



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

122
N1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Anno 1680 den 6 April.

KW 122
N 1

Ex donatione Ampliss.i Dni Artesij Lepema Senatoris Summæ Curiæ Frisiæ dignissimi, cognati nostri Charissimi, facta die 9. Maij 1699 me possidet, E. de Vrio. J.U.D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Ex donatione Clarissi. viri Dni Hartesii à Jepema I.V.D.
Senatoris supremæ Curiæ Frisiæ Dignissimi, ac cognati
mei plurimum colendi A. 1659. possidet



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Ex libris Johannis Rhalaſſ
1656.

122 N 1

P Bertij

TABVLARVM GEOGRAPHICARVM CONTRACTARVM

Libri ſeptem.

In quibus Tabulæ omnes gradibus diſtinctæ, deſcriptiones accuratæ, cætera ſupra priores editiones politiora, Auctioraq3.

ad Chriſtianiſſimum Galliæ &

Navarræ Regem

LVDOVICVM XIII.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Amſterodami
Sumptibus et typis æneis
Iudoci Hondij.
Anno 1616

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

LVDOVICO XIII
BORBONIO
GALLIÆ ET NAVARRÆ
REGI CHRISTIANISSIMO,
HASCE
VNIVERSI ORBIS
TABVLAS CONTRACTAS
OFFERT DEDICAT
CONSECRATQVE
PETRVS BERTIVS.
D. N. M. Q. E.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

QVI regis imperio populos, qui legibus vrbes,
Iuncta Nauarræo Francica ſceptra gerens,
Borbonium nomen, Chriſti cura vnica, ſæcli
Delicium, Magni magna patris ſoboles;
Accipe contractum tabulis quem mittimus orbem,
Nobilis æterni eſt hæc poſitura Dei.
Hæc perit; ille manet: magna hæc, ter maximus ille eſt,
Ille bonus, ſignum huic ſed bonitatis ineſt.
Nam fecit bona cuncta bonus. Mortalia non diu
Stare queunt Parcæ quo poſuere loco.
Gallia fulgenti fulgens eſt orbis in orbe,
Nil tamen illa tuo numine maius habet.
Cui potui melius deſcriptum mittere mundum,
Quam qui mundi oculum deliciaſque regit?
Sic viuas, ſic lætus oues, ſic gaudeant vſque
Borbonius Gallo, Gallia Borbonio,
Vt non deſpicies munus quod Bertius offert,
Magna etiam paruis gratia adeſſe poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Quid verò dignius celſa illa majeſtate Tua facere potes, quam ſi ex ſublimi, quo poſitus es, loco, terras, maria, flumina, montes contemplere? regna & reſpublicas inſpicias? quidque in ijs a maioribus Tuis laudabiliter patratum ſit, ipſe cognoſcas, inritamentum gloriæ, virtutiſque ex ijs petens documentum? Hoc animo quondam Darius a Scylace, a Marciano Nicomedes, a Plinio Veſpaſianus Geographica accepere. Eodem Auguſtus & Antonius tres terrarum menſores per orbem miſerunt, qui poſt inſumptos xxx annos, ad Senatum obſervationes ſuas retulerunt. Sed & Imperator Antoninus Itinerarium orbis conſcripſit, & Agrippa Vipſanius Auguſti gener maximam Europæ partem ipſe dimenſus eſt, orbemque totum Vrbi ſpectandum propoſuit, porticu ad eam rem exſtructa. Carolum Magnum, qui Francorum regnum primus conſtituit, morientem tres menſas argenteas reliquiſſe narrat Rhegino, vnam forma quadrata, quæ Byzantinæ vrbis deſcriptionem continebat, alteram rotundam, Romanæ vrbis effigie inſignitam; tertiam cæteris & operis pulchritudine & ponderis grauitate præſtantiorem, quæ ex tribus orbibus connexa, totius mundi deſcriptionem ſubtili & minuta figuratione complectebatur, cui quarta inſuper aurea non diſſimilis argumenti inſerta fuit. Abel Feda Syriæ Rex potentiſſimus Geographiam ipſe accuratam edidit. Coſmographiam

phiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

phiam ſuam Munſterus Carolo V Imperatori , Germaniam Beatus Rhenanus Ferdinando inſcripſere. Intellexerunt ſcilicet viri magni, hæc ſtudia maximè decere reges, qui ſi ad potentiam ſuam hanc rerum cognitionem adiungant, videntur ad Deum ipſum quam proximi accedere. Mihi, magnum quid, ſed non ſine exemplo audenti, ſuffecerit, ſi ſub auguſto Majeſtatis tuæ nomine Tabulæ noſtræ in orbem eant, legendæ ſpectandæque, quam late vel nunc patet, vel vnquam poſt noſtram memoriam in terris patebit inclytum Borbonium nomen. Iesvs Chriſtus Regni Francici Stator & Soſpitator Regnum Tuum auſpicijs ſuis ornet, motum ſedet, ſurgens augeat, auctum florensque conſeruet, Maieſtatis tuæ, & publico bono, ad ſuam gloriam. Dat. Lugd. Bat. x Kal. April. Anno cIↄ Iↄ c xvi.

1616

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PRÆFATIO AD BENIGNVM LECTOREM.

ANnus erat à Chriſto naeo cIↄ Iↄ xcii, *quum apud* Cl. V. D. *Dionyſium Gothofredum agerem Argentorati, & de communibus ſtudiis frequens inter nos & iucundus ſermo eſſet. Eo tempore ſemper ille me (vt eſt viri doctiſſimi pariter atque humaniſſimi ingenium) tum ad ſtudia grauiora Sapientiæ & litterarum, tum imprimis ad Geographiæ cognitionẽ hortari ſolebat. Hanc nimirũ eſſe veram Hiſtoriæ facem; hanc, litterarum & totius ſapientiæ ornamentũ; huius ſtudium vt omnibus aliquod adnatum, ita optimis ingeniis proprium quoddam eſſe & ſingulare: hanc nos in noſtra patria peregrinantes tanquam hoſpites ſuâ deſcriptione domum deducere, vt poſſimus aliquando qui & vbi ſimus agnoſcere. Ego verò qui animũ à nullo vnquam humaniore ſtudio alienum cuperem, ab hoc verò etiam inſtructiſſimum; quique à prima ætate picturas iſtas regionũ terrarumque & ſpectaſſem libenter, & aliquando etiã per otium expreſſiſſem, etiamſi grauioribus rebus occuparer, tamen amici optimi & benigniſſimi oratione facilè paſſus ſum me ad hoc ſtudii genus pro tempore excitari: Nam & otio abundabã, & peregrè agebam, & putabam, quod res eſt, turpe eſſe, ignorare vbi degas. Coepi igitur notare quædã quæ ad hoc inſtitutũ faciebant: Inquirebam accurrate in præſentia, remotiora verò tabulis ſubiecta mihi repræſentabã: vt ſimul & domi eſſem, & fælici iucundoque animi remigio vectarer per rerũ vniuerſitatẽ. Creuit ſub manu labor: nam quũ paullo poſt in Norico interpretarer Generoſo D. Felici Slupekio Baroni in Conari librũ de Mundo, indulſi animo meo, & poſtquã ad locum illũ, qui Geographicæ tractationis eſt, ventũ fuit, in amoenitates iſtas longius paullò exſpaciatus ſum. Quum verò etiã Germaniam reliquam, & Bohemiã, & Sileſiam, & Poloniam vtramque, vſque ad Ruſſos luſtrarẽ, poſteàque ſecunda ViſtulaGedanũ, inde ad Lyceium Batauicum, reuevirem, vidi in itinere, legi, excerpſi, notaui ea, quæ exiſtimaui ſtudio huic noſtro ornamentũ aliquod & decus adferre poſſe. Neque erat conſilium vulgare iſta: iudicabã enim & cruda adhuc eſſe, & ſtudia noſtra longe digniorẽ finem ſpectare; neque deeſſe, qui hæc & eruditius, & operoſius poſſent facere; ſed volebam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

lebam mihi iſta & meis Muſis duntaxat adſeruata. Feciſſemq; adeò, niſi poſteà quum per ferias ſoluto curis animo labores anteactos colligerem, luſtraremque omnia, & copias quaſi recenſerem, ſimul & amici ſuaſiſſent editionem, & Typographus operam obtuliſſet, & ego illud cogitaſſem optimi Poetæ,

----- Folijs tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Prodeo igitur in ſcenam, & prodeo non eo vultu quo nunc ſum, ſed quo ante annos complures eram, quum iſta concinnarem. Primus labor fuit, pleraſque orbis terrarum parteis tabulis repræſentatas oratione deſcribere. Alter, loca vetera cum recentibus conferre. Vltimus, ex varia lectione miſcere ea, quæ vel docere ignarũ, vel recreare defeſſum, vel tenere attentũ lectorẽ poſſent. Et hæc quidem ſtrictim breuiterque: ſic enim ratus ſum expeditius ea mentibus comprehendi poſſe, & minorem futurã operis molem. Pythagoræ, hiſque qui eius hæreſim fuerunt ſequuti, placuit cubicis rationibus præcepta in voluminibus ſcribere, conſtitueruntque cubum CC XVI. *verſuum, eoſque non plures quã tres in vna conſcriptione oportere eſſe putauerunt. Modum ſcilicet voluere Sapientes ponere inſanæ libidini iam tum ſcripturientis ſeculi. Sed modus ille non tam ex Arithmeticis rationibus, quam ex materia ipſa & fine operis peti debet. Materies noſtra tam late patet, quam ipſa rerum vniuerſitas. Finis eſt repreſentare orbis partes iis qui vel incipiunt ſtudia iſta tractare, vel etiam peregrè agunt; vt quum maiorũ tabularum copia eſſe non poteſt, noſtris vtantur. Vides, vt finis ratio materiæ vaſtæ immenſæque molem reſtrinxerit, in ordinemque coëgerit? Hoc igitur conſilio inſcripſimus* TABVLAS CONTRACTAS, *vt vel ipſo titulo benignus Lector intelligeret, neque omnia nos ſcripſiſſe, neque omnibus. Nam quibus maiora domi aut meliora ſeppetunt, facile patior eos noſtris iſtis carere, modo iidem aliis, qui deſtituti ſunt melioribus, noſtra concedant, patianturque eos,*

Ex noſtris tabulis pictos ediſcere mundos.

Tuum erit, Benigne Lector, operam iſtam æqui bonique conſulere, & ſicubi quid ſcabrum, aſperum, impolitum offenderis, cogitare, facilem eſſe in his lapſum, neque, *Plinio teſte,* vllo in genere veniam digniorem, ſi modo minimè mirum eſt, hominem genitum non omnia humana nouiſſe. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

In Petri Bertii
V. CL.
Tabulas Geographicas

Qvem luſtrare iuuat Mundos, veteremq́ue, nouumq́ue,
Et quid quæque ferant diſcere regna boni:
Bertiadæ poterunt ſatis huic feciſſe Tabellæ,
Quodq́ue Geographicæ publicat artis opus.
Vtile opus; pro quo authori perſolvere grates
Promeritas nunquam tempora noſtra queant.
Nam ſpatijs vaſti peragrandis unius Orbis
Olim vita hominis non ſatis una fuit:
At docti auſpicijs Berti, ductuq́ue fideli
Nunc Orbem geminum eſt unico obire die.

Bon. Vulcanius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Ad Clariſsimum Doctiſsimumque Virum

PETRVM BERTIVM

Geographiam totius vniuerſi edentem.

QVICQVID cæruleis gerens in vlnis
Magnus Iupiter hinc & inde cernit:
Quicquid fornice gemmeus coruſco
Polus cingit, & aureæ ſorores
Phœbes flammeolis vident ocellis,
Cum ſaltu facilique mobilique,
Cum vultu trepidoque pallidoque
Noctis languidulas agunt choreas,
CAMPI, FLVMINA, RVRA, REGNA, & VRBES,
Cuncta BERTIVS vnus, ARVA, AGROSQVE
ORBEM denique reddit vnus ORBI:
Ille BERTIVS, ille noſter, ille,
Qui quicquid latet igneâ ſub æthrâ
Vna ſuſtinet explicare chartâ.
O factum lepidè! O venuſte noſter
Seu tu IVLIADE, aut BATAVE APOLLO
DOVSA maxime, magne DOVSA, quæris
Quantum BERTIADES det? VNIVERSVM.

DANIEL HEINSIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

In Tabulas Geographicas

CL. V. PETRI BERTII

ἈΝΑΘΗΜΑΤΙΚΌΝ.

Ὁ πρὶν ὅλεν κατὰ κόσμον ἀοίδιμος, ὁ πρὶν ἀγαστὸς,
　Ὁ πρὶν ἀναπτύξας θεῖον Ἀριστοτέλη,
Νῦν Χρόνε σοὶ βιοδῶρε, βιοφθόρε, κύδεος οὖρε,
　Κόσμον ὅλον γράψας ἄνθετο Βερτιάδης·
Ὄφρ' αὐτοῦ, κόσμοιο πάλιν διὰ πάντος ἵκοιτο
　Ἡ πολυθρύλλητος κοσμογράφος σοφίη.
Ἀλλὰ σὺ λάζεο κόσμον, ὃν ἄνθετο σοὶ, Χρόνε δαῖμον,
　Καὶ κλέος οἱ ποίει κόσμῳ ὁμοχρονέειν.

IDEM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

In Geographiam Eruditiſsimi viri

D. PETRI BERTI.

CONDIDERAT vaſtum Natura induſtria mundum,
Atque homini dederat munus habere ſuum.
Illum infelicem malè-tardæ anguſtia mentis
Diſcere ſplendorem muneris impedijt,
Ac licet eſſe datas terræ ſibi ſciret habenas,
Et ſpatia, & fines neſcijt imperij,
Certè Fortunæ (neque enim ignorata putandum eſt
Diſtare amiſſis) inuidiâ exciderat.
Ingemere ipſa etiam Mater Natura, quod artis
Nemo tam magnæ noſceret ingenium.
BERTIVS indoluit, caſum miſeratus acerbum,
Artem naturæ reddidit, Orbem homini;
Dum totum nobis deſcribit ſedulus, atque
Cernendum paruis exhibet in tabulis.
Immenſæ pietatis opus, laudiſque, quod omnis
Agnoſcet ſera in ſecula poſteritas.

JOANNES MEVRSIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Clariſſimo, & vndecunque doctiſſimo viro,

D. PETRO BERTIO,

CVm premerent terras ſtribligo, & ruſtica verba,
Orbis in orbe diu pene ſepultus erat;
Aſt opici poſtquam perijt ſcriptura magiſtri,
Extulit e latebris orbis in orbe caput.
Tum docta magni tabula poſitura Tonantis
Depicta. Illa oculos, pavit & illa animum.
Docta tamen mendis ſpiſſis fuit obl ta. Tantæ
Terrarum hiſtoriam condere molis erat.
Id tibi, non dubium claris decus addite BERTI
Pleumoſijs. ſenio dividiæque fuit.
Ergo vtriſque ſecaſque velut Podalirius alter,
Omniaque in propriam reſtitutis faciem.
Iamque Æternæ Vrbis ditio ſicilitaque Atlantis,
(A Tyrijs etiam terra reperta) patent.
Ecqua, poli ſuboles. incrementumque Mineruæ,
Præmia te, tali digna manent opere?
Non ſibi notus erat, ſed erat tibi cognitus orbis:
Vt ſeſe norit, muneris inde tui eſt.
Incanis equidem ſemper celebrabere ſeclis.
Fallor? an hæc tonitrus comprobat ipſa Iovis?

M. GER. VOSSIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

IN

GEOGRAPHICAS
V. CL. PETRI BERTII
TABVLAS.

O DEVS! *eſtne aliquis qui te neget eſſe Monarcham,*
Impius aut nullum qui putet eſſe Deum?
Eſtne aliquis? torvos huc tandem flectat ocellos,
Diſcat & hæc cuius ſit poſitura manus.
Ille tot immenſi diſcat miracula Mundi,
Ingenij diſcat tot monumenta tui.
Omnia quæ libro depinxit BERTIVS *iſto,*
BERTIVS *ille animæ portio magna meæ.*
Huic demitte tuum DEVS *ô* POLYDÆDALE *Numen;*
Dignus hic æternum qui tua templa colat.

PETRVS SCRIVERIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

In Tabulas Geographicas

Cl. viri D. PETRI BERTI.

CÆRVLEVS terris quà dividit æquora NEREVS;
Et modo quà ſurgit, quà modo cedit aquis;
BERTIVS ambit humum, & lati loca dividit orbis,
Et iubet in Tabulas cuncta venire breves.
Ipſa ſuas ſtupuit Natura agnoſcere terras,
Atque oculis credit vix ſatis ipſa ſuis.
Ergo tibi mundus, BERTI, debetur, & ingens
Per tibi devinctam fama feretur humum.
Cumque tuo fas eſt ſemper te vivere mundo,
Ni pereat mundus te pereunte ſimul.

D. HEREMITA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Εἰς τὸν αὐτόν.

ΒΕΡΤΙΕ λαμπρότατον ΒΑΤΑΒΟΥ κόσμημα ΛΥΚΕΙΟΥ.
ΒΕΡΤΙΕ λῷστ' ὁμόγαμβρε ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ,
Εὖγε φίλη κεφαλὴ, τοῦτον τρόπον ἄστρα πατήσεις.
Ἔξοχον ἠιθέους γενναίοις ΗΘΕΣΙ κοσμεῖς.
Δημοσίᾳ τυπόεις ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ κόσμον ἀρίστης.
Παιδεύεις τελέως ἀμαθῆ κοσμήτορα λαῶν.
Νῦν δ' ἔτι καὶ πολύμορφον ὅλως ΚΟΣΜΟΝ θεαθῆναι
Πᾶσι δίδως θαυμαστὸν ὑπερβλητόν τε θέατρον;
Πάντοτε ναὶ μάλα κόσμιος ἐσσὶ, καὶ ἀμφιθαηλὸς:
Τῇ ὅτη ἐγκοσμεῖς ΚΟΣΜΟΝ ΜΙΚΡΟΝ τε ΜΕΓΑΝ τε,
ΒΕΡΤΙΕ λαμπρότατον ΒΑΤΑΒΟΥ κόμημα ΛΥΚΕΙΟΥ.

FESTVS HOMMINGA *Friſius.*

M. TVL.

M. Tvl. Cic. lib v. de Finib.

Naturane nobis hoc datum dicam, an errore quodam, vt quum ea loca videamus,in quibus memoria dignos Viros acceperimus multos eſſe verſatos, magis moueamur, quam ſi quando eorum ipſorum aut facta audiamus, aut ſcriptum aliquod legamus?

Philo Ivdævs.

Ὡς τυφλοὶ πρὸς ὀξὺ βλέποντας, οὕτως ἀναποδήμητοι πρὸς ἐκδεδημηκότας.

P. Ber.

P. Bertii
TABVLARVM GEOGRAPHI-
CARVM CONTRACTARVM
Liber primus,
IN QVO
DE
ORBE VNIVERSO
IN GENERE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

MENANDER.

Ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν.

Ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.

Ξένον δὲ σιγᾶν κρεῖττον, ἢ κεκραγέναι.

Ξένος πεφυκὼς, τοὺς ξενοδόχους σέβου.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SIQVID ſapientiæ ſtudioſo dignum eſt, certè digna ipſo eſt imprimis Geographia: ſiue enim antiquitatem ſpectes, tractârunt eam ante diluuium primi artium inuentores: ſiue copiam, autoritatem, & præſtantiam tractantium; coluit eam atque exornauit *Homerus*, cuius nos non Poëſin ſed picturam vïdemus, vt qui cæcum illum exiſtimant, ipſi mente capti dicendi ſint: Amplificarunt etiam *Anaximander Mileſius*, *Hecatæus*, *Democritus*, *Eudoxus*, *Dicæarchus*, *Ephorus*, *Eratoſthenes*, *Polybius*, *Poſidonius*, *Strabo*, *Dionyſius*, cuius exſtat περιήγησις, *Mela*, *Plinius*, *Solinus*, *Titianus*, omniumque coryphæus *Cl. Ptolemæus*: Noſtro autem æuo illuſtrarunt *Gerhardus Mercator*, *Abrahamus Ortelius*, *Maginus*, *Hondius*, alijque complures: Si vtilitatem conſideres, neſcio an vlla alia Philoſophiæ pars maiorem Rebuſpublicis commoditatem adferat. Sine hac labat Hiſtoria, & omnia rerum antiquarum monumenta cæca ſunt: ſine hac ne Theologus quidem ſitum terræ *Chanaan*, *Ægypti*, & tot vrbium regionumque, quæ in Vetere ac Novo Teſtamento recenſentur, intelliget: ignorabit rationem peregrinationis Abrahæ: neſciet Itinera deſerti: laborabit in profectionibus B. Pauli. Sine hac Medicus herbarum præcipuarum atq; aromatum naturas non intelliget perfectè, quia cauſſas ignorabit virium ac facultatum, quæ ex regionum poſitu, & mundi climate peti interdum debent. Sine hac Iuriſperitus Politici nomen vix poterit obtinere, quum Leges pro terrarum varietate ſæpè varient. Idcircò in Vlyſſe, Neſtore, Menelao, meritò laudat Homerus, quod multas vrbes peragrarint, meritoque idem eandem ob cauſſam Herculem vocat μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων. Non poteſt ea carere Aſtronomus; non poteſt Mercator, non Princeps: nam, vt cum

Strabone loquar, χώρα τῶν πράξεων ἐστὶ γῆ καὶ ἡ θάλαττα ἣν οἰκοῦμεν· τῶν μὲν μικρῶν μικρά· τῶν δὲ μεγάλων μεγάλη· μεγίστη δὲ ἡ σύμπασα, ἥν περ ἰδίως καλοῦμεν οἰκουμένην. Si delectationem quæris, quid eſt iucundius, quam vno conſpectu cœlum, terras, maria intueri? Si dignitatem, quid diuinius? Enimverò vt temporum cognitione maximè ad Dei æternitatem accedimus, ita locorum ſcientia ad eius immenſitatem. Neſcire quid ante te factum ſit, id verò eſt ſemper puerum eſſe, inquit Cicero: neſcire quid alibi geſtum ſit aut geratur, id verò eſt vno ergaſtulo tanquam carcere perpetuò clauſum contineri. Idcircò ſapienter admodum Hadrianus Imperator, quum apud terræ menſores deſcripta loca quandoque eſſet admiratus, nihil cunctatus eſt, quantiſcumque impenſis, quin ad videnda ea aut terrâ aut mari pergeret. Idem in Ægypto factitatũ à Germanico cognoſcendæ antiquitatis cauſſa, quamuis Prouinciæ cura prætenderetur, autor eſt Tacitus ſecundo Annalium. Idem Herodotus de Xerxe, idem alij de alijs prodiderũt. Prætereà quid turpius eſt aut indignius quam ciuem ſuæ ciuitatis vias, domeſticum ædium quas colit aditus ignorare? Atqui nos omnes coſmopolitæ ſumus. Mundus iſte ampla eſt noſtra ciuitas, magna (vt eſt apud Varronem) homulli domus. Proinde mundi partes, terrarum ſitus, regionum tractus, maris ambitum, non poteſt, certè non debet, vllus homo, nedum ſapiens, ignorare. Qnid? quod pro cæli ac ſoli ſitu animari homines obſeruatum eſt? Imperatorum intereſt hoc ſcire; nam vt Lucanus cecinit,

Omnis in Arctöis populus quicunque pruinis
Naſcitur, indomitus bellis, & Martis amator.
Quicquid ad Eoos tractus, mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia cæli.

Illic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Illic & laxas veſtes, & fluxa virorum
Velamenta vides. ---- ----

Quis igitur noſtra hac diſciplina, cuius tantus in omni hominum ordine vſus eſt, carere poſſit?

GEOGRAPHIA, definiente eam ſolertiſſimo iſtius ſcientiæ autore CL. Ptolemæo Alexandrino, eſt imitatio picturæ totius terræ cognitæ, cum ijs quæ vniuerſaliter ei ſunt adnexa: deſcribit igitur Geographia vel in plano, vel in globo omnia loca & partes præcipuas totius orbis cogniti, ſervata interuallorum exacta ratione: Inuentum creditur eſſe Anaximandri. Strabo lib. I. Ἀναξίμανδρον, Θαλοῦ γνώριμον καὶ πολίτην ἐκδοῦναι φασὶ πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα, πιστευόμενον αὐτοῦ εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς. *Anaximandrum Thaletis familiarem ac ciuem refert Eratoſthenes primum de ſitu orbis edidiſſe tabulam, Hecatæum verò librum eiuſdem argumenti reliquiſſe, quem ipſius eſſe ex alio quodam eius ſcripto colligitur.* Neque vero perfectam totius mundi picturam profitetur Geographia; ſed, vt diximus, partium cognitarum, quæ quidem à temporibus Ptolemæi magna acceſſione auctæ, nondum tamen perfectè cognitæ omnes atque exploratæ ſunt. Nos poſt Ptolemæum alioſque conati ſumus diſtributionibus nouis veterum inventa locupletare, ipſorumque obſeruationes noſtris obſeruationibus exornare in ſpem aliquam rediturae etiam ad poſteros vtilitatis, quibus hæc non minus quam præſentibus ſcribuntur. Latius autem videtur patere, COSMOGRAPHIA. nam vt illa tantum terrarum orbis eſt, ita hæc totius Vniuerſi: & vt terra mundo, ita Geographia Coſmographiâ eſt anguſtior. Deſcribit igitur Coſmographia totam rerum vniuerſitatem, Elementa, Terras, Maria, Cæleſtes orbes, eorumque curſus, ſiderumque ſingulorum diſtantias, totam quoque ſub ſe Aſtronomiam complexa. *Geographia* verò terrarum hunc orbem tantum conſiderat: non quidem quatenus eſt cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

pus naturale, ita enim pertinet ad Phyſicum, ſed ratione ſuæ ſuperficiei; quatenus ſcilicet ea ab hominibus habitatur, & quatenus refertur ad circulos cæleſtis ſphæræ. Declarat igitur terminos ac fines prouinciarum, earumque magnitudines, ambitum Oceani, maris tractus, ſinus, promontoria, inſulas: originem fluminum ac fontium, eorumque curſus, flexus, oſtia: Lacuum & ſtagnorum amplitudinem & ſitum; vrbium, oppidorum, arcium, montium, aliorumque locorum memorabilium poſitionem, tum inter ſe, tum reſpectu cæli. CHOROGRAPHIA verò vnius alicuius vrbis aut prouinciæ, ex tabula Geographica excerptæ, ſingularem deſcriptionem profitetur, minutiaſque omnes perſequitur accuratius, portuum, vicorum, populorum. Itaque vt in picturis aliud eſt totum hominem pingere, aliud humanum caput: ita in iſto genere, aliud eſt Geographia, aliud Chorograhia. Quocirca, non mihi videntur rectè facere, qui in Geographicis libris minutias quaſdam perſequuntur, linguarum, legum, proſapiarum, ſtemmatum, feudorum, artium; Nam ſi quæcumque mundo continentur velit is qui mundum deſcribit ſuo libro complecti, Bibliotheca opus erit, non Tabulis & Tabularum deſcriptionibus. Vidi qui orationem Dominicam diverſis linguis expreſſam ſuæ Geographiæ inſeruiſſet. Poterat eodem iure & Theologiam & Iuriſprudentiam omnem eodem referre, & quicquid eſt ſcientiarum & artium. Sed Geographiæ illæ ſunt quas dixi leges: qui tabulas oratione tanquam coloribus exornat, ſervabit modum, atque inter ieiunam locorum enumerationem, interque laxam & lacinioſam πολυλογίαν medius incedet. His igitur præmiſſis, de rerum univerſitate aliquid dicemus.

ÆTERNI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ÆTERNITATEM Dei non æquat tempus; nec immenſitatem locus; nec ſapientiam ſenſus; nec bonitatem virtus; nec potentiam opus: & tamen quicquid omninò rerum eſt, id omne eſt à Deo; tempus ab eius æternitate, locus ab illius immenſitate, ſenſus à ſapientia, virtus à bonitate. Vniuerſum hoc, ab ipſius potentia: Eſtque propterea Mundus aliquo modo ſimilis Deo, aliquo modo diſsimilis: Similis quidem, quia illius artificis opus, in quo actio & agens non differunt: Diſsimilis, quia factus; omne enim quod fit patitur; & quod patitur, à potiore patitur. Eſt itaque vnus, quia ipſe vnus; perfectus quia à perfectiſsimo: bonus quia ab optimo; magnus quia à maximo; neque enim imperfectum aut malum poteſt eſſe, quod eſt ab optimo & perfectiſsimo. Ille vnus eſt, qui totam molem iſtam cum omni inſtrumento elementorum, corporum, ſpirituum, Verbo quo iuſsit, ratione qua diſpoſuit, Virtute qua potuit, de nihilo expreſsit, in ornamentum maieſtatis ſuæ. Propterea Pythagoras primus vniuerſitatem iſtam *κόσμον*, ornamenti nomine appellauit, nos à perfecta abſolutaque elegantia munditieque, ſiue, vt ait Varro, à puritie, Mundum.


FORMAM eius in ſpeciem orbis abſolutiſsimi globatam eſſe, nomen imprimis, & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium pingentiumque, ſed & argumenta rerum docent: non ſolum quia talis figura eſt capaciſsima & ſimpliciſsima, omnibuſque ſui partibus vergit in ſeſe, ac ſibi ipſi tolerandæ eſt, ſeque includit & continet, nullarum egens compaginum, nec finem aut initium vllis ſui partibus ſentiens; ſed oculorum quoque probatione, quod conuexus mediuſque ſit, quacumque cernatur; quodque in motu æquale ſemper cæli partium à terrâ interuallum, quum id accidere in alia non poſsit figura. Vt ridiculi meritò exiſtimandi ſint, qui non σφαιροειδῆ, ſed vel κωνοειδῆ, vel ὠοειδῆ, vel alius etiam figuræ eum eſſe ſunt arbitrati.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

1

8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Neque abſimilis eorum eſt error, qui pulcritudinem mundi admirati, non (quod quidem par erat) ad ipſius autorem atque opificem conſcenderunt; ſed mundum ipſum numen eſſe voluerunt, æternum, immenſum, neque genitum neque interiturum vnquam. Atqui acri iudicio perpendenti, multo abſurdius videbitur, aliquid eſſe Deo coæternum, quam aliquando eſſe cœpiſſe. Omne enim quod eſt, aut eſt primum, aut à primo. Vnum autem eſt primum, cætera igitur ab eo; Ergo & mundus. Si autem Dei nutu gubernantur omnia, id quod nemo mentis compos negare poteſt, quæ tandem dementia eſt, eundem negare omnium effectorem? Nam ſi ipſe non fecit mundum; neceſſe eſt, acceperit vel ab alio factum, vel commodato, vel vi, vel emptione, vel depoſito, vel locato, vel legitima ſucceſſione: vel vt in vacuam venerit poſſeſſionem vel iuſſu, tanquam miniſter, aut ſeruus, aut mercenarius à domino. Quæ omnia quum abſurda ſint, ſupereſt vt vnum Deum æternum & omnipotentem agnoſcamus, cæli & terræ creatorem.

Iam ſi perfectus eſt mundus, VNVS eſt: ſi vnus, non ſunt infiniti: Faceſſat ergo longè, longè inquam à nobis illorum faceſſat amentia, qui mundos innumerabiles tradidere. Furor eſt, profecto furor, egredi ex eo, & tanquam interna eius cuncta planè iam ſint nota, ſcrutari velle extera. Quaſi vero menſuram alicuius poſſit rei agere extra mundum, qui ipſe ſui neſciat, aut mens hominis capere, quæ ipſe mundus non capiat?

PARTES mundi ſunt duæ, Ætherea ſiue cæleſtis, & elementaris ſiue ſublunaris. Ætherea eſt lucida illa regio ſphæras cœleſtes complexa, immunis ab omni variatione, de qua in progreſſu diſtinctius. Elementaris eſt ea quæ infra illos orbes conſtituta, generationem corruptionemque admittit, eſtque non tantùm corporum ſimplicium, vt ſunt ignis, aer, aqua, terra: verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

etiam eorum quæ ex hiſce componuntur, quorum quinque genera ſapientes prodiderunt. Sunt enim quædam mixta imperfectè quæ Meteora appellamus, grandines, inquam, pluuiæ, niues, tonitrua, fulgura, Venti. Sunt alia perfectè mixta, ſed inanimata, vt ſaxa, marmora, metalla. Sunt alia, quæ animam habent θρεπτικὴν, vt plantæ. Sunt quæ inſuper αἰσθητικὴν, vt bruta: ſunt denique in ſupremo & vltimo gradu quæ λογικὴν, vt homines. Nos vt ordinatè diſtincteque progrediamur, inſtituimus primò de Terra & Aqua paucula præfari.

Sunt qui aſſerant, TERRAM & aquam duo habere centra diſtincta, ac propterea non vnam eſſe vtriuſque ſphæram, ſed duas: Atque initio quidem omnipotentem Deum vtramque vno globo complexum eſſe, poſteà tamen voluiſſe, vt aquæ tumor recederet, diuerſo ei centro conceſſo; ita vt globi aquæ & terræ ſe mutuo interſecarent. Alij tria centra ſtatuerunt, vnum terræ, alterum aquæ, tertium vniuerſi. Sed vtriuſque ſententiæ tam facilis nobis negatio eſt, quam illis procliuis adfirmatio. Quid enim cauſæ eſt, cur ad miraculum confugiamus, quum via regia facilis ſit & plana? cur extra centrum vniuerſi res grauiſsimas collocemus? cur Antipodes, perioecos, antoecos è rerum natura exterminemus, quum experientia cotidiana Batavicarum, Hiſpanicarum, Luſitanarum peregrinationum ſatis nos edoceat, multis terræ partibus antipodas degere vel in continente, vel in inſulis? Extremæ parti prouinciæ Sinarum ferè oppoſiti ſunt incolæ Capitis bonæ ſpei. Provinciæ Peru fermè opponitur pars illa Indiæ Orientalis in qua eſt nobile Emporium Calicut. Malaccæ in India Orientali per diametrum obiecta eſt Breſilia: quæ omnia fieri non poſſent ſi (quod illi fabulantur) terra aquis eſſet interſecta, diverſoque centro comprehenſa. Eſt igitur in toto ſuo globo tellus præcincta circumfluo mari; cumque eo orbem conſtituit. Homerus ſanè non aliam ob cauſſam eam vocat ἀπείρονα. Et Numa Pompilius idem

ſpectans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſpectans ædem Veſtæ rotundam conſecravit. Neque verò aliam ejus figuram eſſe poſſe, cum ex gravium ratione demonſtravit Ariſtoteles; tum ex Eclipſibus & horologiorum vmbris à Mathematicis oſtenditur, præſertim, quum nullo non temporis puncto in qualibet terræ parte, & quolibet horizonte poſitis, ſex ſigna cæli conſpiciantur ſuis vicibum orientia atque occidentia æqualiter: quod in alia quam rotunda figura fieri non poſſet. Iam qui terram *Centrum* eſſe dixerit Vniverſi, aliquo modo & ſitum ejus, & magnitudinem reſpectu firmamenti orbiumque ſuperiorum, animo complexus videatur, adſtipulantibus imprimis certiſſimæ fidei ſcriptoribus. Ariſt. 1. Meteor. cap. 14. Ptolem. cap. 6. dict. 11. Alphragano differ. 14. Sed & ratio idem euincit. Nam ſi ſtella firmamenti etiam minima, ſua tamen magnitudine terrarum orbem excedit, minima autem ſtella puncti inſtar eſt in firmamento; conſequens videtur, ut & terra ad firmamentum collata, puncti vicem obtineat. Præterea, ſi qua eſſet reſpectu firmamenti quantitas terræ, majores minoreſue viderentur ſtellæ pro ratione hypſomatis & climatum: Atqui obſervatum eſt, eodem tempore à diverſis Aſtronomis eandem notatam eſſe eiuſdem ſtellæ magnitudinem & eleuationem; Quare, ſi quæ in terris eſt locorum diſtantia, ea reſpectu ſuperiorum orbium planè eſt inſenſibilis magnitudinis, neceſſe eſt ipſam etiam terram, quanta quanta eſt, talem videri. Hæc tamen eſt punctum illud, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur. Hæc eſt materia gloriæ noſtræ: hic ſedes, hic honores gerimus, hic exercitus, imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuiſque cædibus laxiorem facimus orbem. Ac de terra quidem quatenus cum mari orbem conſtituit, pauca iſta ſufficiant.

Eadem prout ab Aquis diſtinguitur, & in ſacris *arida* appellatur, ſic hominum eſt domicilium, vt cælū Dei. Huic vni propter eximia merita cognomentū indidimus Maternæ venerationis, Hæc nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: nouiſſime complexa gremio, iamque à reliqua natura abdicatos deſertoſque, tum maximè vt mater operit. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, augeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: Aër denſatur nubibus, furit procellis: At hæc benigna, mitis, indulgens, vſuque mortalium ſemper ancilla, quid non coacta generat? quid non ſponte fundit? quos odores ſaporeſque? quos ſuccos? quos tactus? quos colores? quam bona fide creditum fœnus reddit? quæ noſtri cauſa alit? Neque tamen quæuis quidlibet ſuppeditat: ſed (vt cecinit diuinus Poëta.)

Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa vireſcunt
Gramina, nonne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epirus equarum?
Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides jactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus. ---- ----

Augeri etiam terras acceſſione inſularum, minui inundationibus & hiatibus, alterari mutationibus obſeruatum eſt. L. Marcio, & Sex. Iulio Coſſ. in agro Mutinenſi montes duo inter ſe concurrerunt. Neronis principatu in prædijs Vectij Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis, prata oleæque intercedente via publica in contrarias ſedes tranſgreſſa ſunt, quæque antea

tea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tea dextra fuerant, facta ſunt leua. Echinades inſulæ ab Acheloo amne congeſtæ ſunt, maiorque pars Ægypti à Nilo. Delos & Rhodos claræ iampridem inſulæ, memoriæ produntur enatæ. Poſteà minores, vltra Melon Anaphe; inter Lemnum & Helleſpontum Nea: alibi Alone, Thera, Theraſia, & Hiera, quæ ab euentu Automate dicta eſt.

Oppida, montes, prata, hauriri profundo commemorant, ſed & inundationibus ſæpè obrui: cuius rei patrum & auorum memoria in noſtra hac Belgica maritima exſtant permulta exempla. Sed & auulſionibus mutatur terræ facies. Abſcidit mare Siciliam Italiæ; Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalanten & Macrin, Berbycum Bithyniæ, Leucoſiam Sirenum promontorio. Sunt qui Leſbum etiam ab Ida abruptam opinentur, ſicut à Miſeno Prochytam & Pithecuſam, & ab Athenæo Capreas. Atque hæc de Terra curſim. plura qui volet, petat ex Plinij libro ſecundo Hiſtoriæ naturalis, Strabone, Dionyſio, alijſque, ex quibus paucula iſta deprompta ſunt in gratiam Lectoris. Hoc tantum adijciendum videtur. *Promontorium* vocari terræ tractum in mari prominentem, & opponi *Sinui*. Talia eſſe in extrema Italia Lacinium & Zephyrium, in Sicilia Lilybæum, in Aſia Sigæum. *Inſulam* dici quæ vndique mari vel flumine alluitur, quales ſunt Creta, Cyprus, Sicilia. *Peninſulam*, quæ iugo adnectitur continenti; iugum illud vocari Græcis ἴσθμον, ipſam verò peninſulam χερσόνησον, quales ſunt, Cherſoneſus aurea, inter Gangeticum ſinum & eum qui Magnus dicitur, Cymbrica vel Danica; Taurica, & nobilis illa Peloponneſus, aliæque. *Mons* eſt terræ aggeſtio ſupra planitiem. Montes nobiles ſunt in Septentrione Riphæi, in Hiſpania Pyrenæi, in Italia Alpes & Apenninus, in Aſia Taurus, in Africa Atlas. Omnium verò altiſſimus creditur in inſula Tenariffen (quæ Canarijs accenſetur) quidam incerti nominis, quem ad LXX miliaria Italica adſurgere, autor eſt Fr. Patritius. Audiui qui referrent, ſuprà ventorum regionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

regionem quum in culmine ſtarent oſſa ſibi viſa; planiciem illic eſſe ex arena; in qua veſtigia eorum qui multo ante ipſos illic fuiſſent, conſpexiſſent.

De Mari hoc loco aliquid etiam adijciendum eſt, quia, vt rectè dixit Strabo, ἐ μᾶλλον χερσαῖοι ἐσμὲν ἢ θαλάττιοι. Nos igitur qui diuina lectitamus, didicimus ex Moſe, mare in ipſo mundi naſcentis exordio fuiſſe à Deo productum: ita tamen, vt primò totam terræ molem complexum fuerit, poſteà tertio creationis die in eum locum quem nunc habet, ſeceſſerit. Vt merito Anticyras relegandi ſint Anaxagoras & Metrodorus, qui mare exiſtimarunt eſſe ſudorem terræ: itemque Anaximander, qui ſpatium omne quod terram ambit principio humidum fuiſſe arbitratus eſt, poſteaque Solis ardoribus exſiccatum, magnam ſui partem aëri, cætera mari reliquiſſe, quos accuratè in Meteorologicis refutauit Ariſtoteles. Cæterum mare aliud vocamus vulgò Mediterraneum, aliud Oceanum. Oceanvs, quem ſacræ litteræ appellant abyſſum aquarum, Homerus τὴν ἔξω θάλασσαν, reliqua omnia ſua vaſtitate & magnitudine ſuperat, diffunditurque per totam terram, ac per diuerſas mundi oras variarum gentium littora, inſulas, promontoria, flexuoſo meatu oberrans, nomen cum locis mutat. Alibi vocatur Occiduus, alibi Eous, Æthiopicus, Hiſpanicus, Atlanticus, Scythicus, Gallicus, Britannicus, Germanicus, Hyperboreus & Glacialis; alibi ex recentiorum nomenclatura *Mare del Sur*, ſiue Pacificum, Archipelagus Lazari, Mare Indicum, Lanchidol. Eius Sinvs plures ſunt, Arabicus, Perſicus, Gangeticus, Magnus, Sarmaticus, Mexicanus, & Vermilius. *Sinus Arabicus* eſt Mare quod rubrum dicitur, ſituſque eſt inter Ægyptum & Arabiam. *Perſicus* qui hodie etiam Meſendim, inter Arabiam & Perſiam ſeſe inſinuat. *Gangeticus* is eſt qui hodie vocatur *Golfo di Bengala*: cuius latitudo eſt à gradu long. 127. vſque ad 150. Longitudo à gradu lat. 8. vſque ad grad. 22. *Sinus Magnus* Ptolemæo definitur à

gradu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

gradu longit. 169. vſque ad 173. latitudinis verò Auſtralis. 4. min. 15. vſque ad 17. min. 20. *Sarmaticus* ſe inter Cherſoneſum Cimbricam & Noruegiam orientem verſus immittit, longo tractu. *Mexicanus* eſt ad vrbem Americæ Mexico, qua Iſthmus eſt Americæ Auſtralis & Septentrionalis. *Vermilius* eſt inter Californiæ promontorium, & Nouam Hiſpaniam.

FRETA Oceani nobilia duo ſunt, *Gaditanum* & *Megallanicum*, quibus addi poteſt *Anian*, quod inter Americæ oras vltimas occidentales & Tartariæ orientales interiectum eſt. Minora plura, Siculum, Gallicum, Euboïcum, Helleſponticum.

MARE MEDITERRANEVM inter Abilam Mauritaniæ & Calpen Hiſpaniæ promontoria irrumpens per medias terras diffunditur, & Africam ab Europa diſterminat, Græcis vocatur ἡ ἐντὸς θάλασσα. Ac fuere è veteribus quidam, qui montes iſtos olim contiguos fuiſſe opinati ſint, ſed perfoſſos ab Hercule, mutatamque ita rerum faciem. Porrò mare iſtud pro regionum ſitu diuerſa habet nomina. Primò quidem occurrit Ibericum, poſteà Balearicum, Gallicum, Liguſticum, inde Siculum, Adriaticum, Ionium, Creticum, Ægyptium, Pamphylium, Syrium, Ægæum, Myrtoum, Icarium, Propontis, Pontus. Pontum dixere initio tanquam alterum Oceanum; putabant enim eos qui illud nauigaſſent, eximium quid & memorabile præſtitiſſe, Καὶ διὰ τοῦτο, inquit Strabo, κατ᾽ ἐξοχὴν ἰδίως Πόντον προσηγόρευον, ὡς ποιητὴν τὸν Ὅμηρον. *Mare Caſpium* ſiue Hyrcanum à montibus, inter quos iacet nomen habet: Eius nos typum repreſentamus in tabulis Aſiæ, Imperij Turcici, Perſia, Tartaria, vnde etiam plenior illius petenda eſt deſcriptio. Illud nunc noſſe ſufficiat, quod Ariſtoteles etiam prodidit Lib. 2. Meteor. Mare Caſpium omni ex parte terra cinctum eſſe, quaſi inſulam, neque ex vllo mari originem ducere, cui etiam adſtipulatur Ptolem. Lib. 7. ſuæ Geographiæ Cap. 5. Neque illud hoc loco omittendum videtur:

maria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

maria vel à provincijs nomen ſortita, vt Ibericum, Aſiaticum: vel ab Inſulis, Siculum, Creticum: vel à Gentibus, Gallicum, Auſonium, Dalmaticum, Liguſticum: vel ab oppidis, Argolicum, Corinthium, Adriaticum: vel à cæli poſitione, Superum, Inferum: ſuperior enim eſt oriens, inferior Occidens. Vel à Regum memoria, Ionium: vel ab hominum caſibus, Icarium, Myrtoum, Helleſponticum: vel denique ab ordine, vt Propontis.

Neque verò ſterile omnino eſt mare. Fert piſces, fert plantas, fert gemmas. Imprimis notandum eſt, quam dædalo artificio natura pleraque omnia quæ aut in terris aut in aëre viſuntur, voluerit in mari repræſentare. Mitto Elephantos, porcos, teſtudines, Canes, Vitulos, Equos. Mitto Falcones, Hirundines: ipſum hominum expreſſit in Equite marino, Sirenibus, Nereidibus, &, quod fidem pænè ſuperat, in Monacho: Ac de Sirenibus qui omnem ſibi dubitationis ſcrupulum volet eximi, præter Alexandrum ab Alexandro alioſq; aſſiduæ fidei & locupletiſſimos teſtes, adeat pagum Brilæ Batauorum finitimum, quem *Swartewale* indigetant; ibi Sirenem exſiccatam & tomento fartam adſeruatamque in rei fidem ac memoriam, ex templi laquearibus dependentem videbit. Iam Corallus, margaritæ, ambra, Succinum, ſpongiæ, aliaque infinita, quem non meritò in admirationem trahant, & adorationem ſupremi numinis? Neque alienum ab hoc loco fuerit, quærere, quid ſit, cur in mediterraneis locis, puteis, montibus, terræque viſceribus, ſæpè conſpiciatur concharum teſtarumque marinarum ingens frequentia. Certe autor eſt Eratoſthenes, circa templum Ammonis, viaque qua ad illud itur magnam conſpici oſtreorum vim, & marinarum fragmenta nauium. Georgius quoque Warnerus diſſerens de admirandis Hungariæ aquis, refert, in Tranſſyluania gallinam ouis incubantem medio in ſale foſsili exſciſam. Addam alia ipſius verbis. *Quin nunc quoque,* inquit, *plerumque magna carbonum vis eruitur cum ſale. In*

Deſienſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Deſienſi fodina, qua nulla eſt in Tranſſyluania altior paucis ante annis exſciſſum eſt de medio ſale ingens robur trabi ſimile, tanta duritie, vt ne ferro quidem facile cederet. Sed idem extra fodinam extractum ſic computruit intra quatuor dies, vt primis digitis concerpi & conteri poßet. Weintichius quoque autor eſt, bufonem in medio ſaxo diſſecto ingentem ac viuum ſine vllo aditus veſtigio repertum fuiſſe, quod etiam à ſe obſeruatum Columbus memorat. Conſtat etiam ſub Pontifice Martino V ſerpentem in media caute iuuentum. Quæ omnia neceſſe eſt vel ijs locis gigni, vel à cataclyſmi tempore miſtæ adhuc permanere. *Mouetur* etiam mare diuerſis motibus, ob cauſarum diuerſitatem. Nam & ventis impulſum cietur; & ab Oriente in Occaſum perpetuò fluit; opinor, ob diurnam orbium cæleſtium conuerſionem, à quibus occulta quædam vis aquas ſecum abripiens in Oceanum influit. Enimuerò certiſſimis ſignis notatum eſt mare ita moueri: nam qui ex Hiſpania nouum orbem petunt, triginta diebus iter illud facilè conficiunt; ijdem vix trium aut quatuor menſium ſpatio ex illis locis in Hiſpaniam redeunt: commeant enim ſecundo, remeant aduerſo mari. Eundem Oceani motum deprehendere Luſitani quum littus Africæ obeuntes in Indiam contendunt: Nam promontorio Bonæ ſpei ſuperato, ſi proram Occidentem verſus obuerterint, etiamſi ſecundis ventis vehantur, tamen ſentiunt ſe minus promouere, aquarum fluxu retardatos. Eſt & tertius motus, à Septentrione Auſtrum verſus, qui potiſſimum cernitur in Mediterraneo mari, vbi Mæotis per Boſphorum Cymmerium in Pontum Euxinum defluit, Euxinus per Boſphorum Thracium in Propontidem; Propontis per Helleſpontum in Ægæum. Eſt & quartus, quem (vt autor eſt Contarenus Libro 2. de Elementis) nautæ in mari Adriatico obſeruauerunt. Legentes enim oram Dalmatiæ, Iſtriæ, Illyridis, vſque ad vltimos Venetorum receſſus, experiuntur flecti inde mare ad Meridiem, verſus Flaminiam, poſteà nonnihil ad Orientem; planè vt in or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

bem agi videatur: quod littorum appulſu fieri, veriſimile eſt. Quintus motus eſt, quem Latini æſtum, Græci πλημμυρίδα vocant, quo mare motu in ſe alternis replicato accreſcit decreſcitque, cuius vt cauſa eſt vna, ita euentus effectuſque non vnus. Alibi enim vel nullus vel perexiguus æſtus apparet. In Oceani *Sur* littore Boreali nullus eſt. In Liguſtico, Tyrrheno, Narbonenſi, & apud Barchinonem in Celtiberia, & in Mexico ad Cuban, vicinaſque inſulas nullum veſtigium. Alibi magnus eſt, vt ad Bengalam, in plaga Indica ſecundum Gangem, in Oceano Gothico, Germanico, Britannico & Portugallico. In Erythræo tantus, vt oſores ſacrarum litterarum mentiti ſint, Moſen in ſicco tranſmiſiſſe, vſum refluxionis opportunitate. Quod tamen fieri non potuit, propterea quod ad Sues vſq;, quod in intimo receſſu iacet, mare operit littus illud, neq; vnquam regrediens ita nudat, vt inferiores partes qua tranſiuerunt Hebræi, ſua deceſſione aperiat. Semper autem Oceani maiores ſunt æſtus, quam ſinuum. Prætereà, circa littora magis quam in alto deprehenditur hic motus; Eſt & in fluminibus quæ ſeſe in Oceanum exonerant diverſa æſtus ratio. Atlantica flumina nihil aſſurgunt; noſtratia plurimum. Tamiſis in Britania ab oſtio ad mediterranea loca quinquaginta millium ſpatio æſtum ſentit; totidem ferme Bætis in Hiſpania. Præterea & temporis in æſtu diſcrimen eſt. Nobis & pleriſque alijs, ſenis horis intumeſcit Oceanus, ſenis detumeſcit. Ad Garumnæ fauces in littore Aquitaniæ ſeptenis horis ſubit Oceanus, quinis refugit: Ad Guineam Æthiopiæ, quaternis horis accedit, octonis regreditur. Sed & in Calicutio mari crementa fiunt plenilunijs, contra ad Indi fluminis littus, nouilunijs. Eſt & in impetu varietas. Ad oram Guineæ tanta vi æſtuat mare, vt vix tribus anchoris nauis firmari poſſit. In littore Cambaiæ, quæ eſt ad fauces Indi, mare binis horis accedens, triginta circiter leucas obtegit, totidem binis recedens detegit; tanta verò id celeritate peragitur, vt incolæ longius in

littore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

littore progreſſi, cataclyſmum tam repentinum vix celerrimo curſu poſſint euadere; niſi cymbali ſonitu de reditu maturè admoneantur. Et ne naues præcipiti aquarum adfluuio refluvioque iactentur, effodiunt nautæ lacunas grandiores, quibus fida nauibus tutaque ſtatio eſſe poſſit, recedente mari.

Neque verò ſemper eadem ſunt momenta fluxus & refluxus. Singulis enim diebus vna ferè hora tardius mare accreſcit: quod ipſum argumentum eſt, fluxus iſtius cauſſam eſſe Lunam, quæ pro diuerſis ad Solem aſpectibus maiores minoréſve æſtus ciet.

Adijciam hoc loco de VENTIS paucula, quantum quidem præſentis inſtituti ratio permittet, nam plenior cauſſarum tractatio ad Phyſicæ illam partem referenda eſt, que Meteora conſiderat. Eorum in numero ita diſſentiunt veteres, vt facilius videatur ventos ipſos, quam autorum conciliare ſententias. De ijs agunt Ariſtoteles 2. Meteor. cap. 6. Seneca lib. 5. Natur. Quæſt. cap. 16. Agel. lib. 2. cap. 12. Plinius lib. 2. cap. 47. Veget. l. 4. c. 38. Stœflœrus 2. parte de vſu Aſtrolabij, propoſ. 44. Maurolycus 2. dial. ſuæ Coſmogr. Ac primum quidem quatuor duntaxat obſeruati ſunt, in quatuor mundi cardines, Ortum, Occaſum, Meridiem, Septentrionemque diuiſi.

Eurus *ad auroram Nabathæaque regna receſſit,*
Perſidaque, & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt
Proxima ſunt Zephyro. *Scythiam ſeptemque triones*
Horrifer inuaſit Boreas. *Contraria tellus*
Nubibus aſſiduis, pluuioque madeſcit ab Auſtro.

 Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


Atque hos quidem Æolus primus notaſſe fertur, qui idcirco ventorum Deus creditus eſt à Gentilibus. Neque plurium Homerus mentionem facit. Poſteà Andronicus Cyrrheſtes octo ventos ſtatuit, vt à Vitruuio proditum eſt lib. 1. de Archit. cap. 6. & à Varrone lib. 3. de R R. eorumque deſcriptionem in turri octogona exhibuit Athenienſibus. Ariſtoteles decem agnoſcit. Poſteriores duodecim fecere. Quatuor enim cæli partes in ternas ſubdiuidentes, ſingulis Ventis binos ſuffectos dedere. Hac arte Varro, vir diligens illos ordinauit. Non enim ſemper idem locus eſt ortus aut occaſus: ſed alius eſt æquinoctialis, alius ſolſtitialis, alius hibernus. Qui ſurgit *ab Oriente æquinoctiali* Subſolanus dicitur Latinis, Græci illum ἀπηλιώτην vocant. Ab *Oriente hiberno* Eurus exit, quem Romani vocauere Vulturnum. Hoc illum nomine Liuius appellat in illa pugna Romanis parum proſperâ, in qua Annibal & contra Solem Orientem, & contra ventum exercitum Romanum conſtituit. Ab *Oriente Solſtitiali* excitatum, Græci καικίαν appellant: apud Latinos ſine nomine eſt. *Æquinoctialis Occidens* Fauonium mittit, qui ζέφυρος Græcis. A *Solſtitiali Occidente* Corus venit, qui apud quoſdam Argeſtes dicitur. Ab *Occidente hiberno* Africus furibundus & ruens, qui apud Græcos eſt λὶψ. A *Septentrionali* latere ſummus eſt Aquilo, medius Septentrio, imus Thracius. A *Meridiano axe* Euronotus eſt, deinde Notus, Latinè Auſter, deinde Libinotus. Plures hiſce nuſquam eſſe crediderunt. Quatuor tamen adiunxit poſteriorum induſtria, effecitque in vniuerſum ſexdecim. Recentiores autem Philoſophi vt fit, rem vniuerſam ſubtilius accuratiuſque penſitantes, duos & triginta conſtituere, quorum nos nomina appoſuimus partim vetera, partim conſtituta primùm à nobis: nam quæ vulgò traduntur, magna ex parte ab indoctis malè concinnata ſunt, tamque barbarum ſonant, vt vel retuliſſe pudeat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

1. ΑΠΗΛΙΩΤΗΣ. Subſolanus. *Ooſt*. Ab Oriente Æquinoctiali.
2. Ἀπηλιώτης νοτιώτερος. *Ooſt ten Zuyden*. Vocant *Hypeurum* vulgò:
3. ΕΥΡΟΣ. Vulturnus. *Ooſt-Zuyd-ooſt*. Ab oriente brumali Plin. lib. 2. cap. 47.
4. Εὐρόνοτος ἀπηλιωτικώτερος. *Zuyd-ooſt ten Ooſten*. Vocant *Meſeurum*.
5. ΕΥΡΟΝΟΤΟΣ. *Zuyd-ooſt*. Hic Agellio eſt Vulturnus. lib. 2. cap. 22. Vulgò *Notapeliotes*.
6. Εὐρόνοτος νοτικώτερος. *Zuyd-ooſt ten Zuyden*. Vulgò *Hypophœnix*.
7. ΦΟΙΝΙΚΙΑΣ. *Zuyd-Zuyd-ooſt*. Ariſtot. 2. Meteor. cap. 6. Vegetio Λευκόνοτος.
8. Νότος ἀπηλιωτικώτερος. *Zuyd ten Ooſten*. Vulgò *Meſophœnix*.
9. ΝΟΤΟΣ. Auſter. *Zuyd*. A Meridiano axe. Plin.
10. Νότος λιβυκώτερος. *Zuyd ten Weſten*. Vulgò *Meſolibonotus*.
11. ΛΙΒΟΝΟΤΟΣ, λιβοφοίνιξ. *Zuyd-Zuyd-ooſt*. Plin. lib. 2. cap. 47. Ariſtot. 2. Meteor.
12. Ζεφυρόνοτος νοτιώτερος. *Zuyd-West ten Zuyden*. Vulgò *Hypolibonotus*.
13. ΖΕΦΥΡΟΝΟΤΟΣ. *Zuyd-Weſt*. Vulgò *Notolibycus*.
14. Ζεφυρόνοτος λιβυκότερος. *Zuyd-Weſt ten Weſten*. Vulgò *Meſafricus*.
15. ΛΙΨ. Aphricus. *Weſt-Zuyd-Weſt*. Ab occaſu brumali. Plin. lib. 18. cap. 34.
16. Ζέφυρος νοτικώτερος. *Weſt ten Zuyden*. Vulgò *Hypafricus*.
17. ΖΕΦΥΡΟΣ. Favonius. Vegetio Subveſpertinus. *Weſt*. Ab occaſu Æquinoctiali.
18. Ζέφυρος βορειότερος. *Weſt ten Noorden*. Vulgò *Meſocorus*.
19. ΑΡΓΕΣΤΗΣ. Corus, Caurus, Iapyx. *Weſt-Noord-Weſt*. Ab occaſu æſtiuo. Ariſtot.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

20. Θρασκιοζέφυρος λιβυκώτερος. *Nood-weſt ten Weſten.* Vulgò *Hypocorus.*
21. ΘΡΑΣΚΙΟΖΕΦΥΡΟΣ. *Noord-weſt.* Vulgò *Borrholybicus.*
22. Θρασκιοζέφυρος βορειότερος. *Noord-weſt ten Noorden.* Vulgò *Hypocircius.*
23. ΘΡΑΣΚΙΑΣ. Circius. *Noord-noord-weſt.* Ariſtot. 2. Meteor.
24. Ἀπαρκτίας λιβυκώτερος. *Noord ten Weſten.* Vulgò *Meſocircius.*
25. ΑΠΑΡΚΤΙΑΣ. Septentrio. *Noord.* Ab axe ſupero.
26. Ἀπαρκτίας ἀνατολικώτερος. *Noord ten Ooſten.* Vulgò *Hypaquilo.*
27. ΒΟΡΕΑΣ. Aquilo. *Noord-noord-ooſt.* Ariſtot.
28. Μέσης βορρότερος. *Noord-ooſt ten Noorden.* Vulgò *Meſaquilo:*
29. ΜΕΣΗΣ. *Noord-ooſt.* Plin. Vulgò *Borrhapeliotes.*
30. Μέσης ἀνατολικώτερος. *Noord-ooſt ten Ooſten.* Vulgò *Hypocæcias.*
31. ΚΑΙΚΙΑΣ. *Ooſt Noord-ooſt.* Ab Oriente æſtiuo.
32. Ἀπηλιώτης βορειότερος. *Ooſt ten Noorden.* Vulgò *Meſocæcias.*

Sunt etiam præter hos, locorum quorundum proprij venti, qui non per totum hemiſphærium tranſmittuntur, ſed vel in proximam tantum regionem, vel etiam vlterius feruntur. In mari Indico qua Calecutum verſus & Moluccas inſulas nauigatur, à Iunio ad Octobrem ſpirat Subſolanus, reliquis menſibus Fauonius. Circà Braſiliam verò & *Rio del Plata*, totum annum ſpirare ferunt ventos Orientales. Proinde & nomina in quibuſdam regionibus ſingularia ventorum ſunt. *Attabulus* Apuliam infeſtat, Calabriam *Iapyx*, Athenas *Sciron* paulum ab Argeſte deflexus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Pamphyliam *Catægis*; Galliam *Circius*, cui ædificia quaſſanti, tamen incolæ gratias agunt, tanquam ſalubritatem cæli ſui debeant ei. Plinius eum non toti Galliæ, ſed Narbonenſi prouinciæ adſcribit, aitq; nulli violentia inferiorẽ, & non ſolùm reliquis Galliæ partibus eſſe ignotum, ſed ne Viennam quidem eiuſdem Prouinciæ vrbem attingere. Diuus Auguſtus templum illi quum in Gallia moraretur, & vouit & fecit. Nulla propemodum regio eſt, quæ non habeat aliquem flatum ex ſe naſcentem, & circa ſe cadentem. In Conimbricenſi tractu Subſolanus æſtiuo tempore annis ſingulis haud rarò ſpirat, imparibus diebus, tertio, nono, ſeptimo. Auſtros in Ægyptum penetare negat Fabianus. Solent etiam quotannis ferè lege naturæ certâ poſt Caniculæ exortum multis diebus flare *Eteſiæ*. Certè illi hieme non ſunt. Seneca autor eſt, eos ſomniculoſos à nautis olim & delicatos vocatos fuiſſe, quod (vt ait Gallio) mane neſciant ſurgere. Dati igitur ſunt vt æſtatem frangant, & à menſium ferventiſſimorum grauitate mortales defendant. Eos negat ex eodem loco ſpirare, ſed in Hiſpania & Aſia ab Oriente, in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à Meridie. Poſt brumam ſpirant λευκόνοτοι qui ab auium aduentu dicuntur ὀρνιθίαι. Sine fine ventos generant etiam quidam ſpecus, qualem in Dalmatiæ ora ſcribit Plinius, vaſto in præceps hiatu, in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini ſimilis emicat procella: nomen quoque loco ait eſſe *Senta*. Quin & in Cyrenaïca rupes quædam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro voluente arenas. Sunt & ventorum adfectiones quædam, Septentrionales frigidi ſunt & ſicci. Oppoſiti illis calidi & humidi. Subſolanus calidus eſt & ſiccus, Zephyrus gelidus & humidus. quo fit, vt alii aliјs ſalubriores ſint. Mitylenen prodidit Vitruuius magnificè admodum atque eleganter ædificatam fuiſſe, ſed parum prudenter collocatam inſalubri loco: flante Auſtro ægrotabant incolæ ob putredines, Coro aut Circio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cio tuſſiebant; Aquilone reſtituebantur. Eſt enim Ventorum omnium ſaluberrimus Aquilo. Atque hi ferè ſunt Venti ordinarij: Eſt & aliud ventorum genus horrendo flatu deſæuiens, tempeſtates mouens, maria concutiens, ſternens ſata læta boumque labores. Turbulentorum iſtiuſmodi flatuum, triplex fere diſcrimen perhibetur: ſunt enim *Ecnephiæ*, ſunt *Typhones*, ſunt *Praſteres*, de quibus accurate Philoſophi ad tertium Meteorologicorum diſſerunt. ECNEPHIAM ſentiunt nautæ noſtri ſub Æquinoctiali, procelloſum, vehementem, acrem: neque enim funditur aut per apertum venit, ſed laborat atque iter ſibi vi & pugna parat: itaque diſrupta nube, fluminis more magno impetu aquam deorſum mittit calidam, vermes gignentem, veſteſque attactu putrefacientem; creber eſt ſub linea æquinoctiali. Luſitani Batauique malis edocti, quoties eo loco nubem vident, illicò vela omnia deijciunt; ni faciant, procellæ impetu mergendi. Quod ſi flatus magna vi ex nube excuſſus in gyrum torqueatur, dicetur TYPHON; Latinis Vortex, Lucæ in actis ἄνεμος τυφωνικὸς ὁ καλούμενος εὐροκλύδων, certa & præcipua nauigantium peſtis, quæ non vela tantum, ſed ipſa etiam nauigia contorta frangit & abſorbet, ac nonnunquam in altum ſecum abrepta, refert: ſimiliterque è terrâ euulſas arbores & ſaxa ingentia aliorſum deuehit. Quod ſi denique contingat halitus nube contentos concluſoſque ignem concipere, tum ob materiæ ſiccitatem, tum ob arietationem iactationemque, tum etiam ob ἀντιπερίστασιν, eáque flamma erumpat poſteà, ita vt ignis vehementi cum flatu deorſum feratur, dicetur PRÆSTER, proxima quæque non ſolum poſternens, ſed etiam amburens, adeò vt etiam mare ipſum eo effervеſcat. Obſeruatum etiam eſt, ſiderum quorundam ortu procellas concitari, vt Hyadum, Orionis, Aquarij, aliorumque. Sunt & loca quædam tempeſtatibus infamia: talia ſunt in Indica nauigatione iuxta Bonæ ſpei promontorium in mari Atlantico,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& quà ex portu Sinarum in Iaponiam eſt profectio, aliaque nonnulla. Sed de Ventis pauca iſta ſufficiant.

Porrò ad nauigationum compendia directionemque imprimis facit pyxis nautica, in qua acus librata adfabrè & magnete illita, polum arcticum inter XXXII Ventorum regiones indicat, parte alterâ in eum obuerſâ, altera Auſtrum deſignante, etiam quum in gyrum nauis rotatur. Inuentor tanti boni fertur ſuperiore ſeculo fuiſſe Flauius Melfius Neapolitanus: neque conſtat quibus ille indicijs, rudimentis, ac progreſsibus ad hunc vſum peruenerit. Enimuerò pyxidis iſtius beneficio fit, vt cœlo etiam obſcuro, quum neque terræ vſpiam, neque vlla apparent ſydera, medio Oceano clauum nauemque dirigant naucleri, & quum priſci vel littus legerent, vel ad vagas ſyderum motiones curſum inſtituerent, noſtri magnetis ope, adhibitis tabulis nauticis, mirum dictu, non ſecus ac ſi terrâ iter facerent, vaſta maris ſpatia & ſinuoſos anfractus emetiantur, atque ad optatum portum deueniant. Sed ad pyxidis illius vſum prudentia opus eſt. Nam & χαλυβόδειξις illa nonnihil à polo declinat, quæ res occaſionem dedit conſtituendi poli Magnetis, & quibuſdam locis nihilo ſecius vel Orientem vel Occidentem verſus recedit: Cuius deflexionis quia operoſior eſt obſeruatio, nos eam naucleris relinquentes ad reliqua noſtri operis pergemus.

TERRA,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


TERRA, quæ vna cum aqua globum efficit, centrum eſt vniuerſi: Hanc ambit aër, hunc, elementum ignis. Circa elementarem verò regionem, ætherea motu circulari fertur, quam Philoſophus quintam appellat eſſentiam, vulgo οὐρανὸν & cælum vocant. Et οὐρανὸν quidem παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι, cælum verò, vt ſcribit Ælius Gallus, quia eſt cælatum, habet enim tanquam aliquod vas impreſſas figuras formaſque ſtellarum: vel à contrario nomine, quod apertum ſit, ac minimè occultum. Varro magis putat à chao cauum, & hinc cælum dici, quia cauum eſt; quò reſpexiſſe videtur Ennius, quum dixit, *Cæli ingentes fornices.* Prætereà duobus modis cælum dici obſeruatum eſt: nam & pars eius ſumma, vbi ſtellæ, cælum dicitur: & inferior iſta quam Pacuuius demonſtrat quum dicit, *Hoc vide circum ſupraque, quod complexu continet terram, Id quod noſtri cælum memorant.*

Certè vnum eſſe non poſſe aut ſingulare, ex motuum diuerſitate perſpicuum eſt; nullum enim corpus poteſt ſimul eodem tempore moueri per ſe oppoſitis & contrarijs motibus. Quot igitur diuerſitates ſunt motuum, tot cælos ſtatui neceſſe eſt. Ægyptij igitur, Chaldæique & alii Aſtronomi ad Platonis vſque & Ariſtotelis tempora octo orbes cæleſtes ſtatuerunt, propter octo diſtinctos motus, quos in ſideribus obſeruauerant. Eos ab infimo orſus ordine reſenſebo: Sunt igitur orbes planetarum ſeptem, *Lunæ*, *Mercurij*, *Veneris*, *Solis*, *Martis*, *Iouis*, *Saturni* & vnus orbis *ſtellarum fixarum*, ſemper pari à ſe mutuò interuallo diſtantium. Poſt hos exſtiterunt Arſateles & Timocharis, qui anno ante Chriſti natiuitatem cccxxx. Alexandriæ obſeruauerunt ſtellas firmamenti (quod antiquitas credebat eſſe primum mobile) non ſolum motu diurno ab ortu in Occaſum, ſed etiam alio motu tardiſſimo ab Occidente in Orientem ferri: ac proinde nonam ſphæram aliquam eſſe ſtatuendam. Horum obſeruatio ducentis ferè annis poſt elapſis ab

Hipparcho

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Hipparcho confirmata eſt. Poſt quem Agrias in Bithynia, Mileus Geometra Romæ, & Ptolemæus Alexandriæ diuino ingenio viri, multo adhuc dilucidius iſtum motum ſtellarum fixarum ab Occidente in Orientem cognouerunt. Demonſtratum igitur eſt nonum cælum iſtis autoribus, quod ab ortu in occaſum ſpatio quatuor & viginti horarum circumfertur, & ſecum rapit ſphæram ſtellarum fixarum: quæ ſphæra interea proprio motu ab Occaſu in Orientem voluitur quàm tardiſſimè. Poſt Ptolemæum annis ferè M.C.XL. Tebith, Alfonſus Hiſpaniarum rex, Georgius Purbachius, Ioannes Regiomontanus, præclari Aſtronomi, præter obſeruatos ab alijs & iam enumeratos à nobis motus duos, deprehenderunt tertium quendam, quem acceſſus & receſſus dixerunt: atque hunc proprium eſſe motum voluerunt orbis ſtellarum: ita vt Sphæra nona circumferatur lento illo motu ab Occaſu ad Ortum: decima ſiue primum mobile motu diurno ab Oriente ad Occaſum. Supra hos decem orbes ſtatuerunt Theologi cælum Empyreum, ſedem Beatorum Angelorum: quod cælum quia non mouetur, non eſt Aſtronomicæ conſiderationis. *Saturnus* curriculum ſuum abſoluit annis 30. *Iupiter* 12. *Mars* duobus. *Sol*, diebus 365. & horis penè ſex. *Luna* diebus 27. & horis octo. *Venus & Mercurius* Solem ferè conſequuntur.

Porrò in Sphæra ex Thaletis primum, poſteà ex Pythagoræ partitione, circuli conſtituuntur maiores iſti, *Æquinoctialis, Zodiacus, Colurus ſolſtitiorum, Colurus æquinoctiorum, Meridianus, & Horizon.* Minores iſti, *Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, Arcticus, & Antarcticus*; quos vna cum æquinoctiali Zonas Græci, Latini baltheos vocant, Varro limbos. *Æquinoctialis* qui & æquatuor, & æquidialis dicitur, eſt circulus maior, æquali ſpatio ab vtroque mundi polo diſtans, & Zodiacum duobus punctis interſecans, quem quum attigit Sol, æquale efficit diēi & noctis ſpatium toto orbe: fitque id in principio Arietis & Libræ.

ZODIA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Zodiacvs ἀπὸ τῶν ζώων ab animantibus dictus eſt, vt Latinè ſignifer à duodecim ſignis, Nam vt Varro ait, *limbus hic pictus eſt bis ſex ſignis Stellimicantibus, altus in obliquo æthere.* Et rectè dixit *obliquo*: Eſt enim hic circulus reuerà obliquus, nec ad polos mundi, ſed ad proprios deſcriptus, ac propterea ab Ariſtotele & Ptolemæo vocatur λοξὸς κύκλος. Eius obliquitatem, picturam, ſignaque, primus, ſi Plutarcho credimus, deſignauit Pythagoras; ſi Plinio, Anaximander. etſi hoc inuentum Oenopides Chius ſibi tanquam proprium aſſeruerit. Sub hoc autem Planetæ omnes perpetuo feruntur motu. Eius latitudo antiquis terminata eſt gradibus 12. quibus recentiores binos vtrimque adiecerunt, vt totius ſigniferi latitudo conſtet gradibus 16. propter Martis Veneriſque digreſſiones. *Ecliptica Linea* Zodiacum interſecat, ita vt vtrinque octo gradus relinquat. Nomina duodecim ſignorum ex Auſonio

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍

Sunt *Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,*

♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Horum verſuum prior Borealia, poſterior Auſtralia ſigna complectitur. Sol igitur ſingulis menſibus vnum ſignum pererrat, Luna 28. ferè diebus omnia: & quia trigeſimo demum die Solem iterum conſequitur, placuit ſingulis ſignis tribuere gradus triginta; ita vt in vniuerſum ſint 360. gradus; totidem penè quot in anno dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Colvri propriè vocantur omnes circuli, qui per vtrumque polum ducti, ſphæram æquales in parteis diuidunt; tales quum plures eſſe poſſint in Sphæra, tamen ſingulari nomine ita appellantur mobiles duo: vnus qui æquinoctia indicat, duciturque per mundi polos & puncta æquinoctialia, principia ſcilicet Arietis & Libræ, hic cum æquatore angulos rectos, cum Zodiaco obliquos conſtituit. Alter itidem per vtrumque polum ducitur, ſed tangit puncta ſolſtitialia, principium ſcilicet Cancri & Capricorni: Hic cum Zodiaco & æquatore efficit rectos angulos ſphæricos.

Meridianvs eſt circulus per polos mundi verticemque loci (quem Arabes Zenith vocant) ductus, ac cum cælo dies noctesque æqualiter diuidens. Huius circuli permagnus in Geographicis vſus eſt ad dimetienda locorum interualla: nam cuiuſque loci longitudo eſt ſpatium inter meridianos duos, quorum vnus Fortunatis inſulis incumbit, fingiturque immobilis: alter vertici eius loci, cuius eſt inueſtiganda longitudo. Quæ verò loca eundem Meridianum habent, illa ab Oriente & Occaſu æqualiter diſtant.

Horizon Latinis terminator dicitur, Senecæ finitor & finiens, quia viſum finit: Eſtque circulus immotus, à puncto verticali æqualiter diſtans, totumque cæli orbem in duo hemiſphæria æqualiter ſecans. Eſt is modò rectus, modò obliquus. Quanta autem eſt poli ſuper Horizontem eleuatio, tantum eſt interſtitium Zenith noſtri ab æquinoctiali. Atque hi circuli maiores ſunt.

Circvli Minores vnà cum Æquinoctiali vocantur Zonæ, Balthei, limbi. Homerus eas plicarum nomine πτύχας appellat in clypeo Achillis, facitque duas æreas, duas ſtanneas, vnam auream, Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ᾽ ἔνδοθι κασσιτέροιο, Τὴν δὲ μίαν χρυσέην. Primus eſt *Arcticus*,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

qui hodie aliter multò, quam antiquitus deſcribitur. Hic 23. gradibus 30. minutis æqualiter à polo diſtat: deſignaturque prioribus pedibus minoris Vrſæ. Circulus *Antarcticus* totidem gradibus diſtat à polo Antarctico. *Tropicus Cancri* qui etiam æſtiuus ſiue θερινὸς vocatur, ab æquatore verſus Septentrionem tantundem abeſt. *Tropicus Capricorni* qui hibernus, brumalis, χειμερινὸς dicitur, tantundem verſus Auſtrum ab æquinoctiali. Vocantur Tropici, quia Sol vlterius non progreditur, ſed recedit, hoc enim eſt Græcis τροπεῖν vel τροπᾶν.

POLI in ſphæra ſiue vertices duo ſunt. Vnus Antarcticus, Auſtralis: Alter Arcticus, Septentrionalis.

Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus nox atra premit, maneſque profundi.

A polis per mediam mundi ſphæram ducta Linea AXEM efficit. Manilius,

Æthera per gelidum tenuis deducitur axis
Libratumque gerit diverſo cardine mundum,
Sidereus medium circa quem voluitur orbis,
Æternoſque rotat curſus, immotus. -------

His itaque lati orbibus planetæ, mirificos effectus edunt. Imprimis ECLIPSES, rem in totâ contemplatione naturæ maximè miram. Eius rationem primus Romani generis in vulgus extulit *Sulpicius Gallus*, qui Conſul cum M. Marcello fuit. Sed tum tribunus militum ſolicitudine exercitum trepidantem liberauit. Factum id pridie quam Perſeus rex ſuperatus fuit. Apud Græcos autem inueſtigauit primus omnium *Thales Mileſius*, prædicto ſolis defectu, qui Halyatte rege factus eſt. Poſt eos vtriuſque ſideris curſum in ſexcentos annos precinuit *Hipparchus*, menſes gen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſes gentium dieſque & horas ac ſitus locorum & vicos populorum complexus, quem propterea poſteri *conſiliorum naturæ participem, cæli interpretem, rerumque abditarum capacem, argumenti repertorem quo dî homineſque victi ſunt*, ſingulari elogio vocarunt. Certè Nicias Imperator Athenienſium, iſtarum cauſarum ignoratione veritus claſſem portu educere, opes eorum afflixit. Steſichorum quoque & Pindarum pari ignorantia paulitaſſe deliquio ſolis, palam eſt. Et promiſcuum vulgus etiam veneficijs olim *laboranti voluit ſuccurrere Lunæ*, auxiliante ad hoc diſſono æris crepitu. Quæ omnia recenſere aliò properantibus nimis prolixum foret. Iam COMETÆ, quos non quidem in cæleſti, ſed in ſublunari regione concreſcere certa ratio euincit, ex materia pingui, craſſa, compacta, ita omnium hominum in ſe oculos conuertunt, vt nemo non ſcire quid ſint, deſideret; ignarus utrum mirari debeat an timere. Tempore Anaxagoræ ingens cometes continuos quinque & ſeptuaginta dies arſit, tantaque eum ventorum ſecuta eſt tempeſtas, vt lapidem vehiculi magnitudine à rupe auulſum, in ſublime turbo ferret, dimitteretque in Ægos Thraciæ flumen, cuius rei certiſſimus eſt auctor Ariſtoteles 1. *Meteorol.* cap. 7. Regnante Athenis Nicomacho, quum circa Æquinoctialem circulum apparuiſſet cometes, magna ſtatim Ventorum vis cum procella incubuit Corintho. Creduntur autem prænunciare tempeſtates, ſiccitates, ſterilitates, terræmotus, aëris intemperiem, morbos, regum & principum funera, imprimis ſi fuerint matutini: nam meridiani fauſti eſſe exiſtimantur. Sed hæc Chaldæis & Aſtrologis dijudicanda relinquamus. Illud prætereundum non eſt, quod Auguſtus Imp. Cometæ tanquam fauſta lætaque præſagienti, templum ædificauit Romæ, quum ipſi apparuiſſet ludis quos faciebat *Veneri Genitrici*, non multò poſt obitum Cæſaris, in Collegio ab eo inſtituo :. Et quidem gaudium ſuum ipſe his verbis prodidit. *Iis ipſis ludorum meorum diebus, ſidus cr.nitum per ſeptem dies in regione cæli quæ*

ſubeſt Septentrionibus, eſt conſpectum. Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam; quo nomine id inſigne ſimulchro capitis eius, quod mox in foro conſecrauimus, adiectum eſt. Quid verò de noua ſtella quæ iuxta Caſsiopeiam cum magno ſpectantium ſtupore apparuit anno 1572. quæque anno M. D. LXXIV. euanuit ſentiendum ſit, non eſt huius loci diſputare. Certè Abumazar nouam ſtellam aliquando ſupra ſphæram Veneris viſam prodidit: & Hali ſuper 2. quadrip. Ptolemæi cap. 9. aliam ſe vidiſſe teſtatur in XV. gradu Scorpij, quum Sol eſſet in ſigno oppoſito.

Fiunt etiam faces, lampades, trabes, bolides, chaſmata: fit & ſanguinea cæli ſpecies, & (quo nihil terribilius mortalium timori eſt) incendium ad terras cadens, ſicut Olympiadis C. ſeptimæ anno tertio, quum Rex Philippus Græciam quateret. Apparent etiam acies inter ſe dimicantes, triſti ſpectaculo,

Sæpe etiam ſtellas vento impendente videbis
Præcipites cælo labi, noctesque per vmbras
Flammarum longos a tergo albeſcere tractus.

Plures etiam Soles ſimul cernuntur, quos Græci parelios vocant: Etſi verò plures quam tres Plinius ad ſuum vſque æuum viſos neget, tamen alij ſex aliquando apparuiſſe ſimul commemorant.

Sæpe etiam duplicem in tenebris eſt cernere lunam,
Nube caua referente aliam ſub imagine formam.


Infinita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Infinita ſunt alia polydædalæ naturæ miracula, quæ efficientem cauſſam è cælo habent, materiam ex inferioribus. Cælum enim variè informat ea quæ ex elementis miſcentur, quo fit, vt & regionum tractus hanc cæli ſentiant operationem. Roſcidæ æſtate ſunt in Africa noctes. Locris in Italia, & in lacu Velino, nullo non die apparet arcus. Rhodijs nunquam tanta nubila obducuntur, vt non aliqua hora Sol cernatur, ob quam cauſſam Horatius *claram Rhodon* dixit: idem Syracuſis accidere refert Plinius. Nec miretur hoc qui obſeruet quotidiano experimento heliotropium cum Sole circumagi, abeuntem Solem intueri ſemper, omnibuſque horis cum eo verti. Lunari poteſtate oſtrearum, conchyliorum, & concharum omnium corpora augeri & rurſus minui: quin & ſoricum fibras reſpondere numero lunæ, minimumque animal formicam ſentire vires ſideris, interlunio ſemper ceſſantem: Mare ipſum intumeſcere aut detumeſcere ad lunæ motum. Quæ omnia quum ſint obuia & expoſita, manifeſtè indicant inferiora iſta à ſuperioribus informari.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

MIRVM fortaſſe cuipiam videatur rerum Mathematicarum imperito, totius terrarum orbis ambitum menſurâ complecti. Atqui de hoc nemo vnquam dubitauit Mathematicus. Cuius rei nos fidem facturi, aliquot menſurarum ſpecies proponemus quæ apud omnes cuiuſuis nationis homines ratæ ſunt.

Granum hordei menſura eſt omnium minima.

Digitus habet grana ſecundum Latitudinem diſpoſita	4.
Palmus, digitos continet	4. vel grana 16.
Pes habet palmos	4. vel digitos 16.
Cubitus paruus iuxtà Vitruuium continet pedes	$1\frac{1}{2}$. vel palmos 6.
Cubitus communis qui & vlna, eſt pedum	4. vel palmorum 16.
Vlna agreſtis, pedum	6. vel palmorum 24.
Paſſus ſimplex primæ differentiæ, eſt pedum	2. vel palmorum 8.
Paſſus duplex primæ differentiæ, eſt pedum	4. vel palmorum 16.
Paſſus ſimplex ſecundæ differentiæ, eſt pedum	$2\frac{1}{2}$. vel palmorum 10.
Paſſus duplex ſecundæ differentiæ, qui & paſſus Geometricus dicitur, eſt pedum	5. vel palmorum 20.
Paſſus ſimplex tertiæ differentiæ eſt pedum	3. vel palmorum 12.
Paſſus duplex tertiæ differentiæ eſt pedum	6. vel palmorum 24.
Pertica ſiue decempeda eſt pedum	10. vel palmorum 40.
Stadium habet paſſus Geometricos	125. vel pedes 625.
Milliarium continet ſtadia	8. vel paſſus Geom. 1000.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Leuca Gallica ſiue Hiſpanica continet milliaria ——— $1\frac{1}{2}$. vel paſſus Geom. 1500.
Leuca Germanica communis habet milliaria ——— 4. vel paſſus Geom. 4000.
Leuca Sueuica omnium maxima habet milliaria ——— 5. vel paſſus Geom. 5000.

Horum quindecim vno Gradu continentur. Memoriæ iuuandæ cauſſa adponam vulgatos Verſiculos.

Quattuor ex granis digitus *componitur Vnus,*
Eſt quater in palmo *digitus, quater in* pede *palmus,*
Quinque pedes paſſum *faciunt : Paſsus quoque centum*
Vigintiquinque ſtadium *dant : ſed* miliare
Octies dat ſtadium , Duplicatum dat tibi Leucam.

Leucæ vox Gallica eſt, definiturque ab Ammiano lib. XV. & XVI. itemque à Iornande in Gothicis mille quingentis paſsibus. B. Hieronymus in Ioëlem. *Vnaquæque gens certa viarum ſpatia ſuis appellat nominibus, nam & Latini mille paſſus vocant , & Galli Leucas , Perſæ paraſangas , & Raſtas vniuerſa Germania.* Milliare vel milliarium à mille paſsibus appellationem habet, quod ſpacium quia lapidibus ſignabatur , factum eſt vt lapidem promiſcuè vſurparent pro milliari. Ita Strabo στηλωμένην ὁδὸν poſuit pro via per columellas & lapides diſtincta. CL. Rutilius Numatianus.

Intervalla viæ feſſis præſtare videtur
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

Ex his iam facile erit, menſuram quamlibet in aliam quamcumque reducere. Si enim menſura minor in maiorem commutanda eſt, diuidendus eſt numerus minoris menſuræ per numerum,

rum, ſecundum quem minor in maiore continetur. Sin maior menſura reſoluenda fuerit in minorem, multiplicandus erit numerus maioris menſuræ, per numerum, ſecundum quem minor in maiore continetur. Præterea tenendum: *Longitudinem* loci æſtimari ex portione Æquatoris quæ eſt inter meridianum ipſius loci & alterum meridianum qui per inſulas Fortunatas ducitur. Ab his enim inſulis ſumitur initium longitudinum, progrediendo ab eis in Orientem. Ac quum terræ globus in 24. meridianos diuiſus ſit, ſciendum eſt, ſingulos vnius horæ ſpatio anticipate aut poſtumare Ortus, Occaſus, Meridiem, Eclipſes, prout fuerint vel Orientaliores vel Occidentaliores. *Latitudo* verò loci eſt arcus meridiani cuiuſcumque loci inter Æquatorem & parallelum qui per eiuſdem loci punctum verticale ducitur, interclusus, eſtque hæc æqualis eleuationi poli. Qui quærit loci longitudinem, is quærit ecquod ſit eius interuallum à primo meridiano. Qui latitudinem; diſtantiam ab æquatore, vel etiam eleuationem poli. Tenendum & illud, longitudines latitudineſque gradibus menſurari. In Æquatore gradus eſſe 360. In meridiano quater *90*. qui iuncti 360. conſtituunt. Sed quæri poſsit, quid cauſſæ fuerit, cur hoc quidem ſpatium vocarint Geographi & Aſtronomi latitudinem, illud verò longitudinem? Quia ſcilicet terra omnis quæ colitur magis ſe porrigit ab occaſu in ortum, quam à Septentrione in Auſtrum, & quia in pinacibus quum orbis euoluitur atque explicatur ſpatium iſtud ſemper eſt longius. Et ſanè vt ait Ptolemæus τῆς οἰκουμένης ἡ πρὸς δυσμὰς ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν διάστασις πολλῷ μείζων τῆς ἀπ᾽ ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν ἐστί. Hoc tamen ſciendum, Hiſpanos non à Meridiano inſularum ante à nobis commemoratarum facere initium graduum in India ſupputandorum, ſed eos à Meridiano Toletano & quidem occidentem verſus graduum numeros diſpungere.

His ita præmiſſis operæpretium eſt receptas de terræ ambitu audire ſententias. *Ariſtoteles* libro ſecundo de Cælo cap. 14. refert opinionem quorundam antiquorum, qui adſerebant ambitum terræ continere ſtadia 400000. quæ efficiunt noſtro calculo miliaria 50000. Ex hac ſententia vni gradui terreſtri tribuenda erunt ſtadia 1111 $\frac{9}{1}$. miliaria verò 138 $\frac{8}{9}$.

Hipparchus teſte Plinio lib. 2. cap. 18. tribuebat peripheriæ terrarum orbis ſtadia 277000. hoc eſt miliaria 34625. Ex hac ſententia vnus gradus habebit ſtadia 769 $\frac{9}{11}$. miliaria 96 $\frac{13}{76}$.

Eratoſthenes vt eſt apud Macrobium lib. 1. in ſomnium Scipionis terræ ambitui tribuit ſtadia 252000. hoc eſt miliaria 31500. Ex hac ſententia gradus vnus erit ſtadiorum 700. hoc eſt miliarium 87 $\frac{1}{2}$. *Ptolemæus* terreni orbis ambitum aït habere ſtadia 180000. hoc eſt miliaria 22500. Ptolemæo igitur gradus vnus eſt ſtadiorum 500. ſiue miliarium 62 $\frac{1}{2}$.

Alphraganus, Alcmeon, Thebitius circumferentiæ terræ adſcribunt ſtadia 163200. ſiue miliaria 20400. Hi gradibus ſingulis tribuunt ſtadia 453 $\frac{1}{3}$. ſiue miliaria 56 $\frac{2}{3}$.

At recentiores rerum Aſtronomicarum periti nauigationibuſque frequentibus exercitati teſtantur vni gradui in mari reſpondere duntaxat ſtadia 424. hoc eſt miliaria 53. Quod ſi ita eſt, multiplicatis 360. gradibus per ſtadia 424. reſultabunt ſtadia 152640. hoc eſt miliaria 19080. Atque hic erit ambitus totius qua latiſſimè patet terrarum orbis. Sin graduum ſingulorum extendas magnitudinem (vt veriſimile eſt feciſſe Alphraganum & Ptolemæum) poterunt ita haud magno negotio conciliari in ſpeciem diſsidentes ſententiæ. Sunt tamen qui vni gradui terreſtris circuli 15. miliaria Germanica attribuant, & quidem præcisè, Italica verò 62. Horum calculo patet orbis terreſtris milliaria Germanica 5400. Italica verò 22320. Quæ de Germanicis miliaribus diximus, ea ad communia miliaria referenda ſunt: alioqui 12. mediocria, 10. magna Vni

gradui

gradui reſpondent. Sic Gallica communia 25. magna 20. Italica 60. vel 62. Anglica 50. Sueuica 10. Atque hæc de orbis terrarum ambitu.

Partes eius antiquiſſimi duas ſtatuêre. Et vt omnem naturam in cælum & terram diuidebant; ſic cælum in regiones, terram in Aſiam & Europam. *Aſiam* poſuere ad Meridiem & Auſtrum, *Europam* ad Septentriones & Aquilonem. Poſteriores *Aſiam* ab *Africa* diſtinxere: Nunc etiam quarta pars addita eſt AMERICA, ab Americo Veſputio inuentore ita nuncupata, Quam ipſam alij in *Septentrionalem* & *Auſtralem* diſpeſcunt, faciuntque parteis quinque. Sunt qui ſextam adijciant, terram *Auſtralem incognitam*, in qua ſunt *Pſittacorum regio*, & *Terra del Fuogo*, *Beac* prouincia aurifera, cum *Lucach* & *Maletur* regnis inter vtramque Iauam ſitis. Iidem ſeptimam partem faciunt Terram Borealem, polo ſubiectam. Illud verò etiam hoc loco notandum, quod orbis partes Auſtrum verſus non æquè notæ nobis deſcriptæque ſint, atque verſus Septentriones. Nam ad gradum vſque LXXVII. poli arctici pleraque omnia littora perluſtrata ſunt, quum ad Polum antarcticum nihil nobis ſit notum, quod excedat gradum LX. quædam verò etiam intra gradum XXIII. nos lateant. Alijs alia placuit orbis diſtributio in partes tres, quarum prima comprehendat *Europam*, *Aſiam*, *Africam*. Secunda *Nouum Orbem*: in quo America. Tertia *Auſtralem* ſiue *Magellanicam terram*, paucis admodum littoribus adhuc exploratam, neque diſplicet nobis iſta partitio, modò Quarta adijciatur Subborealis: quemadmodum libro ſecundo diſſeremus.

Ratione verò habitationis, poſiti ſunt ab antiquis in terra limbi quidam & faſciæ, cæli circulis reſpondentes; vt quicquid à polis vtrimque ad circulos priores, Arcticum & Antarcticum continetur, id omne frigoribus perpetuis & infeſto gelu preſſum, vocaretur Zona frigida: Quicquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quid eſſet intra Tropicos, diceretur Zona torrida: Quæ verò mediam extremaſque interiacent, crederentur ſolæ Temperatæ. Hoc voluit diuinus Poëta, quum dixit.

Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum vna coruſco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni eſt,
Quam circum extremæ dextra læuaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
Has inter mediamque, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuum, & via ſecta per ambas
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Huius autem terræ in Zonas diuiſionis primus fertur autor Parmenides. Cur verò mediam orbis Zonam ardoribus flagrantem torridamque crediderint, extremas verò duas glaciales, ac proinde inhabitabiles, hæc cauſſa eſt. Videbant ſcilicet Solis acceſſu terram calefieri, receſſu frigeſieri; ſemperque intenſiorem æſtum eſſe, quum ſolis radij ad perpendiculum recta linea demittuntur, aut alioqui reflectuntur in angulos acutos, frigus verò eo eſſe vehementius quo radij eſſent obtuſiores: quum ita obſeruaſſent pleriſque in locis, coniecerunt neque ſub Æquinoctiali, neque intra Tropicos habitari poſſe. Hæc Ariſtotelis, Ciceronis, Macrobij, Philonis Judæi, Plinij, Bedæ, Thomæ, Scoti fuit ſententia. Cæterum multò ſeſe aliter rem habere atque iſti exiſtimarunt, docuerunt olim Eratoſthenes, Polybius, Ptolemæus, Auicenna, & Theologi aliquot præſtantiores, quibus vt aſſentiamur facit tum experientia, tum ratio: Frequentibus enim noſtro ſeculo Luſitanorum, Hiſpanorum, Anglorum, Batauorum nauigationibus deprehenſum eſt, Zonam mediam pleriſque in locis non ſolùm non torreri æſtu, ſed temperatam eſſe;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

eſſe; & imbrium, perennium fontium ac fluminum aquis, nec non & frugum fructuumque copijs affatim abundare, & à varijs gentibus magna cæli clementia ſolique fertilitate & ſalubritate incoli. Et ſanè par eſt illis in locis diurnum calorem nocturno diſcuti frigore, imbribuſque frequentibus ſolum rigari: Neque tamen hæc idcirco dicimus, quod totum tractum ſub æquinoctiali pariter temperatum arbitremur: ſed quod non vbique torridum & Solis feruoribus aduſtum. Sunt enim etiam loca quædam ſatis frigida, vt nonnulli ſe in maris quodam tractu expertos memorant: ſunt quædam feruida vt apud Monomotapam & inſulas Moluccas & Abyſſinos: At apud Peruuienſes plane eſt temperata. Præterea non vbique ſub æquidiali circulo ſunt Æthiopum inſtar nigri, ſed quibuſdam in locis etiam candidi. Vt ex eo intelligamus omnipotentem DEVM in prima rerum creatione proprias quaſdam ſingulis regionibus qualitates indidiſſe, quæ Solis curſu ſiderumque influentia non immutantur, ſed conſeruantur.

Porrò qui alterutram zonarum frigidarum incolunt, appellantur περίσκιοι, qui temperatarum alterutram ἑτερόσκιοι, qui torridam ἀμφίσκιοι, quod eorum vmbræ modò Boream, modò Auſtrum verſus porrigantur. Antœci dicuntur qui in diuerſis & è regione poſitis Zonis ſub eodem Meridiano, ſed ſub diuerſis parallelis æqualiter tamen ab Æquatore remotis habitant. Periœci, qui in eadem Zona ſub eodem parallelo degunt. Antipodes ſiue Ἀντίχθονες, aduerſipedes, qui toto orbis diametro opponuntur, hoc eſt gradibus CLXXX. Atque hos quidem religioſa magis quam erudita negauit antiquitas. Lactantius ut oſtenderet eos non eſſe, operosè negauit eſſe vſpiam homines quibus veſtigia ſint ſuperiora quam capita, aut loca, quibus quæ apud nos iacent & ſtant, inuerſa pendeant, arbores deorſum creſcant, cælum infra ſit, terra ſurſum, pluuiæ in ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

in terram non cadant ſed adſcendant. Virgilium quoq; Epiſcopum Saliſberienſem narrat Auentinus hæreſeos accerſitum a Bonifacio Epiſcopo Moguntino, quod adſeruiſſet, eſſe Antipodas. Re autem ad Bohemorum regem delata, atque inde ad Zachariam Papam appellatione facta Vir optimus hæreſeos condemnatus eſt. Putabant enim indocti homines, alium orbem fore, ſi forent Antipodes: quod ſi alius orbis, alio quoque Chriſto redemptore opus ipſis fore. Sed nos ad noſtra redeamus.

Facit etiam ad terrarum diſtinctionem Climatum & Parallelorum cognitio. PARALLELI ſunt circuli æquali vndique interuallo diſtantes ab Æquinoctiali, ſuntque vel Boreales vel Auſtrales. Boreales commemorat Ptolemæus in ſuis Coſmographicis vnum & viginti, interſtitio vnius quartæ horariæ à ſe inuicem diſiunctos. *Primus* ducitur per Taprobanam, quæ in magna conſtructione vocatur Berberis, diſtatque ab Æquinoctiali ferè gradus IV. min. 15. Dies hîc longiſsimus eſt horarum XII $\frac{1}{4}$. *Secundus* deſcribitur æquali ab Æquatore ſpatio graduum octo, & paullò amplius. *Tertius* diſtat gradibus XII. cum ſemiſſe, vbi dies eſt horarum 12$\frac{3}{4}$, *Quartus* eſt ſuper Meroën, dies horarum 13. *Sextus* ſuper Syenen, *Octauus* per Alexandriam ducitur, *Decimus* per Rhodum & ſic deinceps. CLIMATA ſignificant ſpatium terræ parallelis duobus interclusum, inter quos dimidiatæ horæ accidit variatio à longiſsimo die. Talia Ptolemæus poſuit ſeptem, Διὰ Μερόης, Διὰ Συήνης, Δι' Ἀλεξανδρείας, Διὰ Ῥόδου, Διὰ Ῥώμης, Διὰ Βορισθένους, & Διὰ Θύλης. Poſteriores fecere XXIII. ab Æquinoctiali Arcticum polum verſus, ad eleuationem vſque graduum LXVII. *Primum* clima eſt per Meroën, vbi altitudo poli initio eſt XII. poſt XVI. tandem XX. graduum. *Secundum* per Syenen ſub Tropico æſtiuo, ob quod Lucanus *Umbras* dixit *nuſquam flectente Syene*. *Tertium* per Alexandriam, *Quartum* per Rhodum vel Babylonem, *Quinctum*

per

per Romam, Corſicam & Helleſpontum, *Sextum* per Venetias & Mediolanum, *Septimum* per Podoliam & Tartariam minorem. *Octauum* per Witebergam, *Nonum* per Roſtochium, *Decimum* per Hiberniam & Moſcouiam. XI. per Bohus caſtrum Norwegiæ. XII. per Gothiam: XIII. per Bergas Noruegiæ: XIV. per Viburgum Finlandiæ: XV. per Arotiam Suetiæ: XVI. per Dalenkaulij fluminis oſtia: reliqua paribus interſtitijs per alia Noruegiæ, Sueciæ, Albæ Ruſsiæ, & vicinarum inſularum loca. Poſſent eodem modo & climata Auſtralia diſponi, inditis nominibus vel ab ipſis locis, vt διὰ Ιαȣ̃ας, vel ab oppoſitis in Hemiſphærio Boreali, vt ἀντι διὰ Μερόης. Aſtrologi primum clima ſubiecerunt Saturno: ſecundum Ioui, tertium Marti, quartum Soli, quinctum Veneri, ſextum Mercurio; ſeptimum Lunæ.

Non fuerit alienum oſtendere hoc loco, à quibus primùm terrarum hic orbis coli cæptus, & quæ familiæ à primis deductæ ac veluti proſeminatæ ſint. Poſt diluuium igitur vt in ſacris rerum diuinarum monumentis à Moſe traditum eſt, filij NOACHI fuere Iapheth Cham, & Sem. Ab his coloniæ in reliquam terram hominibus caſſam & ſibimet ſoli vacantem ductæ ſunt, A IAPHETHI enim filiis nepotibuſque orti Comori qui Cimmerij & Cimbri, à quibus Germani Rhiphæi & Turci originem traxerunt: tùm etiam Maſſagetæ & Medi. Nam filius Iapheti fuit Aſchanaz, à quo & nomen Aſcanij in Aſia frequentatum, & appellatio indita lacui & flumini. Hinc Aſcaniæ inſulæ maris Ægæi, & Aſcania Phrygiæ locus emporio celebris, apud Plin. lib. V. nat. hiſt. cap. 32. Ioſephus tamen Rheginos in Italia extrema putat olim vocatos Aſchanazas, Hieroſolymitanus putat Aſiam dictam ab Aſchanazo, eique adſtipulatur locus Ierem. LI. 27. A *Iauan* orti Iones, ab his Hellenes, Cretenſes, Rhodij, quique inſulas maris Mediterranei colunt, Cyprij, Samij, Leſbij, Chij, alijque. A *Tubal*, Iberi Aquilonares, A *Meſech*, Moſci. A

Thyrus,

Thyras, Thraces. Hæc eſt familia Iapheth. CHAM filios habuit Chus, Miſraim, Phuth, & Chanaan. A *Chus* ſunt Æthiopes, & ab his Sabæi, Stabæi, quique Arabiam felicem incolunt, & Palmyrinam: nam Seba & Chauila diuerſas regiones inſedere. Ille Auſtralem auro thure & aromatibus abundantem in Æthiopia, vt eſt 1. Reg. x. 1. Ieſa. L. 6. Iezek. xvii. 22. Atque in hac regione Kandakes reginæ imperauerunt, quarum vnam memorat Lucas Actor. vii. 27. plures Strabo lib. xvii. Geogr. & Plin. lib. vi. nat. hiſtor. cap. 29. Hic verò ſuperiorem tractum occupauit Arabiæ felicis, ſicut ex mercibus apparet, quarum mentio eſt Iezek. cap. xxvii. 15. & xxxviii. 13. Nimrodus verò Rex fuit Babyloniæ, regioniſque Cyrrheſticæ in qua eſt Edeſſa, atque Achabene, tum regionis Calcitidis in qua exſtructæ vrbes Niniue, Calne, Reſen. *Calne* forte oppidum eſt Callinium, munimentum firmum, & commerciorum opportunitate gratiſsimum, cuius meminit Amnianus lib. xxiii. Reſen iunioris Gordiani munimento nobile eſt in Meſopotamia: alij in Suſianes agro Darſianam eſſe putant. A *Miſraim* ſunt Ægyptij, quibus primum culta Libya, Trogloditis, Cyrenaïca, Numidia, Arabia Petræa, Palæſtina, Cappadocia. A *Phuth* ſunt Mauritani apud quos olim Phuthæi incolæ nomen habuerunt, & fluuius Fut, à maiore Atlante ducentis paſſuum millibus diſtans, teſte Plinio lib. v. cap. 1. Eum fluuium à Ptolemæo vocari Pthuth quidam exiſtimauit; ſed apud Ptolemæum non φθοῦθ legitur ſed φθοῦρ; Plinius Phthurim nominat. A *Chanaan* Sidonij, Hetthæi, Iebuſæi, Amorrhæi, alijque. Hæc eſt familia poſterorum Cham. SEM habuit *Elam* à quo Elamitæ, *Aſſur* à quo Aſſyrij. *Lud* à quo Lydij; *Aram*, à quo Armenij, Æoles, Ætoli, & Meſi: denique *Arphachſad* à quo Suſij, & ab his Selebij, Sarmatæ, Hircani, Scythæ, Bolytæ, Imaënſes, Sacæ, Peruuiani, Indi, & vt quidam arbritratur noui orbis incolæ. Ex his veluti propaginibus populi de populis, vrbes de

vrbibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vrbibus exuberarunt. Cæterum plenius ſcire iſta cupienti conſultius fuerit adire Moſen, eiuſque interpretes: nobis ſatis eſt leuiter locum attigiſſe. Ex his igitur apparet, non è terra natos ſingulis locis homines vt blitum; falſoque alios ſe ante Lunam ſatos, alios αὐτόχθονας iactitare; ſed vno loco primum à DEO creatum hominem, à cuius poſteris deinceps coloniæ in alias terras ductæ ſunt, non capiente hominum frequentiam primi loci anguſtia. Nunc verò nauigationibus frequentibus & certis peregrinationibus etſi non omnia, pleraque tamen orbis loca incoli deprehenſum eſt. Neque dubito quin etiam ante Romanorum & Græcorum imperium orbis maximâ ex parte luſtratus & cognitus fuerit quibuſdam, quos idcircò vulgus Heroas eſſe iudicauit, & verſibus decantari voluit. Mitto Liberum patrem, Herculem, Iaſonem; Quis neſcit Vlyſſem & Menelaum ab Homero, quis Theſea & Perithoum ab alijs celebratos? Caſtorem etiam & Pollucem quis ignorat maris curam ſuſcepiſſe, & nauigantium ſecuritati præfuiſſe? Minoëm maris imperium tenuiſſe? Phœnicum quoque nauigationes notæ ſunt, quos Strabo extra colomnas Herculis egreſſos teſtatur in Africano littore Vrbes condidiſſe. Sed hi paucorum aliquot hominum fuere conatus. Quod ſi migrationes populorum, gentiumque integrarum μεταστάσεις inſpexerimus, facile erit nobis pronunciare, iiſdem artibus cognitum eſſe orbem habitabilem, quibus primùm cæptus eſt coli: ac primum quà patuit oculi iactus, inde etiam ad vlteriora loca nauigationes inſtitutas. Maiorem *Aſiæ* partem cognouere olim Græci, Alexandri Magni ſuperatam debellatamque victorijs. Multa mercatoribus debemus, quædam caſui & tempeſtatibus. In Arabico ſinu res gerente Auguſti C. Cæſare filio, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragijs feruntur agnita, certiſſimo tunc argumento *Africam* circuiri nauigando poſſe. Hanno etiam Carthaginienſis potentia florens, circumuectus à Gadi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

à Gadibus ad finem Arabiæ, præternauigato promontorio, quod Bonæ Spei dicitur, omne iter ſuum prodidit ſcripto: teſtatus tandem non mare ſibi ſed commeatum defuiſſe. Idem tentauit fecitque ad extera Europæ noſcenda miſſus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius autor eſt, Eudoxum quendam ſua ætate quum Lathyrum Regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum, Gades vſque profectum: multoque ante eum Cælius Antipater, vidiſſe ſe, qui nauigaſſet ex Hiſpania in Æthiopiam commercij gratia. De quibus conſulendus eſt Strabo libro ſecundo. Sed & illud obſeruatum; Carthaginienſes, qui Phœnicum coloni fuerunt, quum ſæpius à Tyrijs, Mauritanis, alijſque bello peterentur, ipſique nauibus valerent, Gades aliquando præternauigaſſe, & *mari Atlantico* vectos, tandem in nouas oras appuliſſe, coloniam duxiſſe, eamque rem tacitam ſeruaſſe, vt ſi rurſum ſuis ſedibus eijcerentur, haberent loca in quæ cum familia vniuerſa commigrarent. Eandam rem paullò aliter narrat in mirabilibus Ariſtoteles. Is enim ſcribit, inuentam fuiſſe fortuitò à Carthaginienſibus inſulam, in eamque iniuſſu magiſtratus quamplurimos commigraſſe. Hanc rem diffluente paulatim populo Carthaginienſi cœpiſſe poſteà capitalem eſſe. Hæc ferè Ariſtoteles. Meminere eiuſdem rei Tertullianus libello de Pallio, & Plato in Timæo. Poſteriore ſeculo, primus in orbem illum vectus eſt Chriſtophorus Columbus Gennenſis ſub Ferdinando Hiſpaniarum rege. Hunc ſub Carolo V. Imp. ſecuti ſunt alij. Corteſius nouam Hiſpaniam, Valboa, mare Auſtrale; Pizarrus Peruanum regnum; Magellanes Magellanicum fretum; Pontius Legionenſis Floridam; Fernandes Iucatanam aperuerunt. *Septentrionalis* verò *Oceanus* maiore ex parte nauigatus eſt auſpicijs Auguſti, claſſe Germaniam circumuecta ad Cimbrorum promontorium, & inde, immenſo mari proſpecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam & humore nimio rigentia maria, reverſa. De Septentrionali etiam circuitu tradidit Cornelius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

nelius Nepos, Q. Metello Celeri Galliæ Proconſuli Indos à Rege Suecorum dono datos, qui ex India commercij gratia nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti: quæ res primum Equiti Anglo Willugbæo, poſteà Forbiſſero, inde Batauis quoque animos addidit inueſtigandi iter quod ex Oceano Septentrionali duceret ad regna Cathay & Sinas, neque adhuc deſperata res eſt: Primus autem ab hominum memoria, SEBASTIANVS CANVS, quum ſoluiſſet Hiſpali vna cum Ferdinando Magellano fretum Magellanicum tranſmiſit; vectuſque per Mare pacificum, & per Sinenſem Oceanum, ad Moluccas peruenit. Interempto autem in Baruſſis inſulis Magellano, ipſe per mare quod vocant *Lanchidol*, perque Oceanum Æthiopicum, totum orbem circumuectus eſt, naui quæ felici præſagio VICTORIÆ nomen & παρά-σημον præferebat: ob cuius facinoris memoriam pro Emblemate habuit in ſcuto Mundi typum, cum hoc Elogio, PRIMVS CIRCVMDEDISTI ME. Hanc nauem ferunt Hiſpali adſeruari, & quotannis interpolari, vt de naui Theſei narrant Plato & Plutarchus. Poſt eum idem fecere Reginæ Angliæ Eliſabethæ auſpicis Franciſcus Dracus & Thomas Candiſch. Et ſuperioribus annis, ſed parum ſecundo euentu Oliuarius a Noort Batauus. Atque hæc de Africæ periplo, deque tranſitu per mare glaciale in Indiam, & de totius orbis circumnauigatione hoc loco dicta ſufficiant; conſequens nunc eſt, vt ſingularum orbis partium deſcriptionem aggrediamur; in qua mirum Lectori non videbitur, ſi antiquorum, Strabonis, inquam, & Ptolemæi deſcriptionibus multis partibus noſtræ locupletiores ſint, quandoquidem illis temporibus neque ea fuit nautarum ſollertia, nondum repertis pyxidibus nauticis, tabulis hydrographicis, inſtrumentis Aſtronomicis, alioque apparatu nautico, neque ea audacia in explorando mari, neque tantum ſtudium res abſtruſas inueſtigandi quantum noſtro hoc ſeculo apparet. Claudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

maria credidit antiquitas vndecimà Novembris, aperiri decima Martij. Vegetius lib. I V de re militari cap. XXXIX. *A Nouembri menſe crebris tempeſtatibus nauigia conturbat Vergiliarum hiemalis occaſus: Ex die igitur tertio Iduum Nouembris vſque in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur. Nam lux minima, noxque prolixa, nubium denſitas, aeris obſcuritas, ventorum imbri vel niuibus geminata ſæuitia, non ſolum claſſes a pelago, ſed etiam commeantes a terreſtri itinere deturbat. Poſt natalem verò vt ita dicam nauigationis, qui ſolemni certamine, publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum ſiderum ipſiuſque temporis ratione vſque in Idus Martias periculoſe maria tentantur:* Quos tamen terminos etiam olim mercatorum perrupit curioſa atque inexplebilis habendi fames; Itaque ſubdit Vegetius. *Non quod negotiatorum ceſſet induſtria, ſed quia maior adhibenda eſt cautela quando exercitus nauigat cum Liburnicis, quam quum priuatarum mercium feſtinat audacia.* Hinc ergo etiam noſtrorum hominum indefeſſum nauigandi ſtudium. Faxit Deus opt. max. vt quantum ea res gloriæ habet ac ſplendoris, tantum quoque faciat ad pietatis veræ & nomini Chriſtiani propagationem.

P. BERTII


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

P. BERTII
TABVLARVM GEOGRAPHI-
CARVM CONTRACTARVM
Liber ſecundus,
IN QVO
TERRAE SEPTENTRIONALES.
Ptolemæo incognitæ.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PARTICVLAREM diſtinctamque orbis deſcriptionem alij aliunde auſpicantur, nos a regionibus ipſi polo ſubiectis. Pomponius Mela initium fecit a Prouincia Mauritaniæ Tingitana: eiuſque conſilij ſui rationem explicans, *Nunc*, inquit, *exactius oras ſituſque dicturo, inde eſt commodiſſimum incipere, vnde terras noſtrum pelagus ingreditur: & ab ijs potiſſimum, quæ influenti dexteræ ſunt.* Porrò addit, *In noſtrum mare pergentibus, læua Hiſpania, Mauritania dextera eſt.* Hæc igitur ipſi cauſſa fuit cur a Mauritaniæ inciperet. Eandem rationem ſequutus videtur in itinerario ſuo Antoninus. Strabo, Plinius, Ptolemæus incipiunt ab Europâ; quos plerique hodie ſequuntur autores. Faceremus idem & nos, niſi præter vulgatas illas tres orbis partes, Europam, Aſiam, Africam, & quartam Americam, quincta inſuper neceſſariò nobis ponenda eſſet, Subborealis; & ſexta Subauſtralis, ſuis ſingulæ polis ſubiectæ. Manifeſtum id tum ex alijs, tum ex eo, quod in terminis ſingularum partium, hoc eſt, Europæ, Aſiæ, Africæ deſcribendis prætereantur hæ terræ, ac pro derelictis habeantur, quo ipſo oſtendunt ad nullam iſtarum partium terras illas pertinere. Nam qui Hyperboreos Europæis adiudicant, cur non eodem iure Hypernotios adcenſeat Americanis, aut Africanis? Quod ſi his ſingularem partem tribuunt, vident Aquilonaribus terris ſingularem quoque partem eſſe tribuendam. Deinde, quid cauſſæ eſt, cur illos Europâ potius quam Aſia aut America ſeptentrionali dicant contineri? Ambiunt ſcilicet hæ terræ punctum polo ſubiectum, habentque partes quaſdam Europæ, quaſdam Aſiæ, quaſdam Americæ vicinas: punctum autem commune non poteſt vni alicui parti ſeorſim adiudicari: multò minus pluribus. Qui Hyperboreos omnes in Europa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ponunt, non poſſunt euadere, quin ſimul etiam in Europà collocent Aſiaticos & Americanos ſunt enim & illarum partium ſub polo termini: quod quum nobis religio eſſet, maluimus eos ſeorſim deſcribere. Qui aliam a nobis rationem ingrediuntur, ij non tantum punctum, cuius nulla eſt magnitudo, extendunt, & ex ea lineam efficiunt; ſed etiam idipſum punctum diuidunt poſtea, aliamque oculis faciem terrarum ſubijciunt quam reuera eſt. Vidi qui punctum illud facerent æquatori par: orbemque terrarum non ſphæræ ſed quadrata forma deſcriberent, meridianis omnibus ad perpendiculum parallelis. Has nos ineptias vt vitaremus, optimum factu putauimus, ſi Hyperboreos & Hypernotios ſeorſim ſpectandos præberemus, tanquam duos totius orbis vmbilicos, ſuperiorem & inferiorem: His enim ſepoſitis, facilis erit reliquarum orbis partium diductio, euolutio, atque explicatio: Et poteſt excuſari maiorum in hac parte ignorantia; neque enim illi poſitum ſphæræ terreſtris conſiderauerunt μυλοειδῆ, ſed obliquum; atque idcircò non deſcripſerunt orbem qualis eſt totus, ſed qualis ab ipſis erat cognitus: orſiq; ſunt deſcriptiones alij a partibus ſibi notioribus, alij a partibus Borealibus. Qui orbem gradibus longitudinis & latitudinis metiũtur, quod ſine accuratâ Aſtronomiæ & Geometriæ notitia fieri non poteſt, quãdo ad polos ventum eſt, viderũt ſe omni prorſus longitudine excluſos, quandoquidem puncti longitudo nulla eſt. Ac poſſet quidem haud ineptè miſſis Europæ, Aſiæ, Africæ aliarumq; partium appellationibus per ſegmenta ſphærica fieri orbis vniuerſi explicatio; ſed quia hæc omnis cõſideratio Mathematica foret, duxerunt ſibi ab ea omnes Geographi abſtinendum. Peritiores mediam viam ingreſſi, ſectiones illas conſuetas Imperiorum ſeruauerunt, eaſque aptarunt ad gradus; ſed quum peruenerunt ad Polos, viderunt non vſque quaque congruere hanc ciuilem diſtributionem cum illa Mathematica: quumque vlterius progredi deberent, ſubſtiterunt. Nos primi Terras Polares a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

res a reliquis diſtinximus, eoque hoc ſumus adſecuti, vt & illas ſeorſim ſpectandas exhibuerimus, & reliquas orbis partes natura ab ipſis diſcretas ſub conſueta hactenus nomenclatura propoſuerimus. Hæc igitur erit ratio totius deinceps operis noſtri; ex quo datur intelligi, cur nos regiones Polo ſubiectas primo loco deſcripſerimus: In reliquis illum Ptolemæo auctore ordinem ſeruabimus, vt vbique facilitatis a nobis habeatur cura, hoc eſt, vt Borealia prius quam Auſtralia deſcribamus, & τὰ δισμικώτερα τῶν ἀνατολικοτέρων, idque propterea, quod nobis eam hemiſphærij partem quæ Septentriones ſpectat incolentibus, in ipſo rerum intuitu & conſpectu ſuperiora videntur τὰ βορειότερα, ad dexteram verò τὰ ἀπηλιωτικώτερα, tum in ſphæra, tum etiam in pinacibus. Itaque quum a meridiano ſtabili nobis ſit faciendum initium, primùm eas regiones percenſebimus quæ ad illum proximè accedũt, progredientes à Septentrione Auſtrum verſus, & ab occaſu ad ortum, quæ res & ad conſenſum cum antiquis, & ad facilitatem cumprimis faciet.

Exhibemus ergo primâ hac tabulâ noſtrâ terras Polo Arctico ſubiectas, a gradu L X V vſque ad nonageſimum, quas terras in ſphæra ſtante ſiue μυλοειδῆ videmus ſub axe Septentrionali poſitas. Plinius de his. *Poſt Arimaſpos*, inquit, *ſunt Riphæi montes, & aſſiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata a naturâ rerum, & denſâ merſa caligine; neque in alio quam rigoris opere, gelidiſque Aquilonis receptaculis. Pone eos montes, vltraque Aquilonem gens felix ſi credimus, quos Hyperboreos appellauere, annoſo degit æuo, fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus, ſemeſtri luce, & vnâ die ſolis auerſi. Semel in anno ſolſtitio oriuntur iys ſoles, brumaque ſemel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus iys nemora lucique, & Deorum cultus viritim gregatimque; diſcordia ignota, & ægritudo omnis.* Autor eſt idem, quoſdam eos in prima Aſiæ parte poſuiſſe, non in Europâ, ſcilicet ob cauſſam iam ante a nobis relatam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tam : ſunt enim in communi omnium inferiorum regionum termino, ſicut Tabula ipſa id manifeſtè expreſſit. Addit poſteà. *Qui non alibi quam in ſemeſtri luce conſtituere eos, ſerere eos matutinis, meridie metere, occidente ſole fœtus arborum decerpere, noctibus in ſpecus condere tradiderunt. Nec licet dubitare de gente ea, quum tot autores prodant; frugum primitias ſolitos mittere Delon Apollini, quem præcipue colunt. Virgines ferebant eas hoſpitijs gentium per viros aliquot annis venerabiles, donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere ea ſacra inſtituere: hique ad conterminos deferre, atque ita Delon vſque. Mox & hoc ipſum exoleuit.* Plinio prior Mela refert quoque ſimilia. *In Aſiatico,* inquit, *littore primi Hyperboreï ſuper Aquilonem Riphæoſque montes ſub ipſo ſiderum cardine iacent, vbi Sol non quotidie vt nobis, ſed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo ſex menſibus dies & totidem alijs nox continua eſt. Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis: cultores iuſtiſſimi, & diutius quam vlli mortalium & beatius viuunt. Quippe feſto ſemper otio læti, non bella nouere, non iurgia: ſacris operari maxime Apollinis, quorum primitias Delon miſiſſe initio per virgines ſuas, deinde per populos, ſubinde tradentes vlterioribus: moremque eum diu & donec vitio gentium temeratus eſt, ſeruaſſe referuntur. Habitant lucos ſiluaſque, & vbi eos viuendi ſatietas magis quam tædium cœpit, hilares, redimiti ſertis, ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præcipites dant.* Sed de his ſingularem librum ſcripſit Hecatæus, citatum a Plinio lib. VI. cap. 17. qui etiam ex Mela pleraque de hac gente deſcripſit, vt ex Plinio Solinus, quorum vterque probatiſſimorum autorum fide veritatem ſententiæ ſuæ confirmant. Et certum eſt, pleraque iſtorum Herodoti quoque auctoritate confirmari, ſimilia narrantis in Melpomene: qui & hoc addit, εἰ δὲ εἰσί τινες ὑπερβόρειοι ἄνθρωποι, εἰσί καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι: quo ille ſententiam noſtram quaſi αἰνιττόμενος confirmat. Porrò Hyerboreï dicuntur, quod ſub polum ita vergant, vt Boreæ flatus non ſentiant, vtpote ſupra ipſum ſiti. Feſtus Pompeis a vitæ modulo putat ita appellatos, quaſi ὑπερβαίνοντας

τὸν

τὸν ὄρον. Vtrumq; fabuloſum eſſe rectè oſtendit aduerſus Cardanum ſcribens Scaliger Exerc. L I. Sub ipſo axe ſeptentrionali vides in Tabula inſulas quatuor, totidem interfluentibus Euripis diuiſas: Eſtque hæc omnis deſcriptio ex Platone petita, qui & in Phædone, & alibi ita Tartara deſcribit: creditur ille hauſiſſe ex Homero, ex eodemque etiam Crates, qui Tartara definit locum frigoribus damnatum ob continuam ſex menſium noctem. Plato ſic, ἐςὶ δὲ ἄρα ἄυλη ἡ αἰώρα διὰ φύσιν τοιάνδε τινὰ ἕν τι τῶν χασμάτων τῆς γῆς· ἄλλως τε μέγιςον τυγχάνει ὂν καὶ διαμπερὲς τετρημένον δι᾽ ὅλης τῆς γῆς. τοῦτο ὅπερ Ὅμηρος εἶπε λέγων αὐτὸ,

Τῆλε μάλ᾽ ἧχι βάθιςον ὑπὸ χθονός ἐςι βέρεθρον

ὃ καὶ ἄλλοθι καὶ ἐκεῖνος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν τάρταρον κεκλήκασιν. εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συρρέουσί τε πάντες οἱ ποταμοὶ, καὶ ἐκ τούτου πάλιν πάντες ἐκρέουσι. & quæ ſequuntur; quibus verbis indicat eſſe in Tartaro illo hiatum, inque eum omnia confluere flumina, ipſumque adeò Oceanum, ac rurſum ex eo effluere: carere illum fundo: Et aquas ab eo ſorberi & exſpui; atque hanc eſſe cauſſam fluxus in Oceano atq; refluxus. Adiecit aliquid huic fabulæ Iacobus Cnoxen Buſcoducenſis, qui autor eſt, Minoritam quendam Anglum & quidem Oxonienſem (vt ne fides deeſſet) imò & Mathematicum, terras iſtas ſubboreales vidiſſe, luſtraſſe, aſtrolabio dimenſum eſſe, radio etiam deſcripſiſſe. Ex eo expreſsit Tabulam Gerhardus Mercator noſtras aliena potius quam ſuâ fide: neque enim putandum ſomnijs iſtis fidem accommodatam a tanto viro. Ex Mercatore nos iſtam damus. Euripos illos quatuor narrat fabulator Cnoxius tanto impetu ad interiorem illam voraginem rapi, vt naues cum mercibus & hominibus etiam aduerſo vento abripiat, inque illud barathrum demittat. Rupem eſſe ſub ipſo polo ad trium & triginta leucarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

magnitudinem: eam rupem inſulæ inſtar abyſſo cingi. Hinc quatuor Euripis Oceanum in iſtam voraginem ſeſe exonerare, quorum ſinguli licet oppoſiti terminis, auſtrum verſus feruntur. Sed primus Europam ſpectat, ſecundus, Aſiæ partem Europæ viciniorem. Tertius eam Aſiæ partem quæ freto Anian terminatur: Quartus Americam reſpicit. Primus patet leucas triginta ſeptem, & tribus oſtijs ſeſe effundit in Oceanum: Secundus quinque, Tertius nouendecim. Ita ergo quatuor effectæ ſunt inſulæ, quarum illam dicit eſſe beatiſsimam, quæ Europæ eſt proxima. Quod de Euriporum celeritate narrat, refellitur ipſa nautarum noſtrorum experientia: hi enim vſque ad octogeſimum primum latitudinis gradum progreſsi, ea parte quà Cnoxius fingit ſecundum Euripum quinque oſtiis in Oceanum Glacialem exonerari, nullos iſtiuſmodi Euripos, nullum iſtiuſmodi fluxum deprehenderunt: ſed & maria offenderunt, vbi Tabula noſtra terras oſtendit. Deinde, ſi Cnoxiana illa vera ſunt, quis illa dimenſus eſt? quis ex iis locis redux ad nos commeauit, qui quod viderat, docuerit? Spes eſt, vel Batauorum vel vicinorum populorum induſtr â, Gallorum inquam Britannorum, Danorum, Norwagorum, Lubecenſium, accuratius iſta inneſtiganda aliquando: vt poſthac non fabulis aures accommodandæ ſint, ſed vero. Plerique enim quos indagare vera piget, ignorantiæ tamen pudore mentiri non verentur: haud alio proniore lapſu, quam vbi falſæ rei grauis autor aliquis prætenditur.

Eſt in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

EST in Oceano Septentrionali ingens ſub axe regio, inſulane ſit, an continens hactenus incertum, quam delati illuc Guilhelmus Bernhardi & Ioannes Cornelij naucleri Bataui Anno cIↃ IↃ XCVI die 24 Iunij, a ſcopulorum & montium iugis acutis vocauerunt *Spitſbergen*, Noſtrate enim linguâ *Berch* montem ſonat, *ſpits* verò acutum. Inciderunt autem in has terras tum fortè, quum per glacialem Oceanum quærerent viam in regnum Cathay & tractum omnem Sinenſem, per fretum Anian. Regio illa omnis deſerta ab hominibus ob acre gelu, habet tamen quo ad ſe inuitet mercatores; eſt enim circa eam diues admodum Balænarum, Morſarum ſiue vaccarum marinarum, quas Angli equos, alij elephantos vocare malunt, alij cuniculos marinos, piſcatio, ex quibus adipem igni excoctum inque oleï tenuitatem ac fluorem redactum (noſtri *Traen* vocant) dolijs condunt, & ad varios vſus ingenti cum lucro ſuo in terras Europæas deportant & diuendunt: ſed & dentes ebori certantes, & alia quædam. Conſtat vno die ducentas Morſas a Batauis captas eſſe. Sunt qui etiam cornua illic Monocerorum inuenta adſerant: quod & in alijs ad Septentrionem locis euenire, confidenti potius in vulgus narratione, quam certa apud eruditos fide, dicitur. Balænarum varia eſſe genera nemo ignorat: ſed in hoc tractu tam ſunt ingentes, vt eas etiam ſuperent quæ in mari Atlantico a Mauritanis Maroccenſibus capiuntur, apud quos tamen vna balænæ coſta fertur tanta fuiſſe, vt camelo inſidens Maurus ſine offenſione aut corporis flexu liberè ſeſub eius ſubmitteret curuatura, erat enim pro poſte ac fornice ad horti oſtium poſita, ex qua re de reliquo corpore facile poteſt coniectari: Hic verò ſunt quæ excedant longitudinem octoginta pedum. Fœminæ mammas habent, ſed quarum papillæ tanquam in vaginis receptæ condantur, quas ad vſum promi par eſt, ſunt enim ad ſuctum vitulorum emiſſitiæ. Lac dulce eſt, candidum, ſed olens piſculentum, vt & corpus totum.

KB
Den Haag

Dentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DESCRIPTIO SPITSBERGIÆ.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Dentes nullos habent, ſed pro ijs virgas, craſſitudine pollicari, quæ tandem in villos ſcinduntur ac deſinunt: his ſubigunt macerantque ſpumam, quâ ali creduntur: nam propter gulæ anguſtias grandiorem molem vorare non licet: aditus quippe vix ſemipedem patet, minuſculi verò piſces, facilè declinant inuaſionem, celeritate ſua ſubterfugientes ignauum ipſarum & lentum motum: ſunt tamen qui exiſtiment patulo eas ore piſces obuios abſumere. Qui eas venantur, ſolent harpagone circa pinnas primum vulnerare, quâ parte maximè ſentiunt. Læſæ mox ingentes maris nebulas efflant, ſanguinemque aquis permixtum per nares exſpuunt ad maximi mali altitudinem: poſteà ſe abdunt pelago; inde emergunt: Ita delaſſatas atque exanimes inuadunt protinus venatores iaculis, dolabris, venabulis, & capite imprimis obliſo conficiunt. Sed fecit lucroſa iſta venatio, vt de regionis iſtius ac totius circa regionem illam piſcationis iure orta ſuperioribus annis fuerit contentio, Gallis, Hiſpanis, Cantabris, Flandris, Batauis alijſque ius gentium obtendentibus, Anglis & Danis proprietatem ſibi vindicantibus. Narrant Angli, Equitem quendam Willougbæum Anno cIↄ Iↄ LIII temporibus Eduardi VI Regis primum mortalium has terras oculis ſuis eminus conſpexiſſe, quum forte itinere Septentrionali viam quæreret ad regna Cathay Indiæ Orientalis: Ex eo adſerunt earum poſſeſſionem ad ſe pertinere. Sed ijdem quum mercatores ſuos patiuntur Danorum Regi vectigal ob piſcationem ſoluere, eo ipſo refutant quæ dixerunt, non enim penditur veſtigal niſi legitimo Domino. Fatentur ijdem, Willougbæum non niſi in Groenlandiam appuliſſe. Atqui longo admodum interuallo, imò verò toto mari diſtat Spitſbergia a Groenlandia; Quod autem hunc totum tractum Angli Groenlandiæ nomine indigetant, id eò faciunt, vt aliquo iuris prætextu videantur loca iſta occupare. Præterea terræ illæ ad quas appulit Willougbæus ſitæ ſunt altitudine graduum LXXII. At hæ

a gradu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

à gradu LXXV ad LXXXII. atque amplius ſeſe extendunt; neque enim maximè Septentrionalis eius terminus hactenus cuipiam compertus eſt. Ex quibus omnibus hoc efficitur, non eſſe regionem iſtam vel eandem cum Groenlandia, vel à Willougbæo vnquam conſpectam. Vt veró viderit ille forte has terras inter nauigandum eminus; an protinus ex eo intuitu naſcetur præſcriptionis titulus, & quæ natura gentibus voluit eſſe communia, ea oculi iactus adimet vniuerſitati, præſertim quum nauigatio illa ab eo inde tempore vſque ad annum MDCVIII ab Anglis deſerta fuerit? Si colonias illuc duxiſſent Angli, & præſidiis terram muniuiſſent, viderentur fortè aliquo titulo eas terras ſibi poſſe vindicare, ſed nauigatione tamen & piſcatu (hoc eſt bono communi) non poſſent vicinas gentes arcere: nunc quum nihil iſtorum fecerint, ac prætereà ab ipſa etiam naturâ prohibeantur tale aliquid facere, non videntur pro ſuo habere poſſe, id quod natura publici iuris eſſe voluit; præſertim quum Galliæ Reges ex quo Nouam Franciam, & terram Nouam occuparunt, nullas vnquam gentes piſcatu circa illa loca prohibuerint. Sed hæc noſtri nunc inſtituti non ſunt. Regio omnis ſita eſt ſub zona frigida, quo fit, vt præter variantia aliquot dierum diſcrimina diem vnum in anno habeant ſex ferè menſium ſolidorum, ſiue clepſydrarum 175 quarum ſingulæ conſtent horis 24. Et quum dies ipſis tam longus ſit, tamen, quia ſolis radii ab horizonte iacti ſuperficiem terræ non pungunt, ſed ſtringunt, impedientibus verò montium altiſsimorum iugis vmbraſque emittentibus per interualla tantum illuſtrant, vix tepeſcunt agri, certe ante menſem Iunium rarò fit, ut glacies circa littora ſoluatur. Hoc ipſo anno quo nos iſta commentamur, eſt autem is à nato Domino M D C X I V nauis Bataua Occidentem verſus ex illis terris miſſa, vt oras Groenlandiæ ſpecularetur, reuerſa narrauit, omnia in illo tractu quaqua verſum glacie obſita eſſe. Quod ipſum quoque argumento eſt, peculiari cæli tem-

peratura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

peratura fieri, vt loca illa licet magis Auſtralia maiora tamen frigora ſentiant. Mediterranea eius regionis nemini adhuc cognita ſunt: agri littoribus vicini muſco veſtiuntur nō gramine, non herbis, non fruticibus, non arboribus: Lignorum tamen copiam nautis ſufficit æſtus, qui ab auſtro delatus certo indicio eſt, ligna illa ex Norwagia fluctibus abrepta illuc deferri. Caprarum tamen ingentes illic greges, & ceruorum, ſed & vulpium candidorum, fuſcorum, atrorum. Qui in has terras nauigationem inſtituunt, ſuperant primùm promontorium Norwegiæ *Βορειόταλον*: inde recto curſu feruntur ad Vrſorum inſulam *Chirri*; medio maris ſpatio ſitam inter Norwagiam & Spitſbergiam: inde pertingunt ad Auſtrale illius promontorium quod Lochhout vocant: Regio Septentrionem verſus extenditur longo tractu vti diximus: eſtque is ſolus notus: nam cætera à Lochhout Orientem verſus ignota ſunt, nullique hactenus mortalium, quod quidem conſtet, comperta. Sinus inſignes habet quatuor, quorum ſinguli varios portus continent à natura factos. Primus maximè auſtralis eſt, ad inſulam Kyn: ſecundus ad Illond: Tertius ad Lowſond vel Belſond: Vltimus ad Hornſond, nomine à cornu monocerotis loco ipſi indico. Conſtat, ad primum ſinum appuliſſe quondam Guilielmum Bernhardi Nauclerum de quo initio diximus: claſſisque illius ductorem in rei memoriam ſigna illic tunc temporis fixiſſe; quæ Angli illuc anno demum M D C X I I delati diſiecerunt, & diſturbarunt: neque id negare ipſi etiam Angli poſſunt: quæ res magnoperè arguit quam friuola ſint ea quæ ab ipſis obtenduntur aduerſus ius gentium, & primas humanitatis leges.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DESCRIPTIO GROENLANDIÆ.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SEQVITVR nunc GROENLANDIA quæ a virore nomen habet: *Groen* enim Teutoni-
bus viride ſignificat: porrò regionem iſtam omnem iampridem Iſlandi ſub nominis iſtius
nomenclatura celebrant, Nicolaus Zenetus qui anno M. CCC. LXXX varijs iactationi-
bus in vicino mari agitatus eſt, teſtatur, hiemem illic eſſe nouem menſium, totoque eo
tempore ibi non pluere: Continenſne ſit, an inſula, incertum: nam vaſta quum ſit & ex vtraque
Meridiani primi parte longe ac late ſparſa, ſub inclementi cælo, itinere ob maris tempeſtates in-
uio, nondum a noſtris hominibus paragrata eſt. Certum eſt tamen inhabitari. Aiunt vero etiam
cultam eſſe, & fertilem; adeò vt armenta habeat, & greges ouium, caprarum, porcorum. Tan-
tam vero ſoli vbertatem, vt non ſolum incolis & pecori ſufficiat, ſed etiam abundet. Ingens
namque butyri & caſei & piſcium vento induratorum ſtrues narrant ſub dio ab incolis componi
quas mercatoribus divendunt. Epiſcopum habet ſingularem ſubiectum Archiepiſcopo Nidro-
ſiæ. Præfectum quoque titulo Regis Daniæ ipſis imperantem. Blefkenus autor eſt, vidiſſe ſe in
Iſlandiæ cœnobio quod Helgafiel vocant, monachum patria Groenlandum, qui ſe a parentibus
puerum narrabat detruſum in monaſterium D. Thomæ, poſtea ab epiſcopo Groenlandiæ abdu-
ctum in Noruegiam, inde quũ rediret in Iſlandiá relictum eſſe. Frigus ibi eſſe indomitum, quo etiã
multi mortales extinguantur. Æſtatẽ trimeſtrem, Iunio, Iulio, Auguſto. Pelli frigora a ditioribus
ignibus ex ligno extructis quod maris reciprocantis æſtus ſubminiſtrat, a cæteris attritu pedum,
& fomento in antris ſubterraneis; præterea pellibus, & ſi quid præterea poteſt induſtria humana
ad ſui conſeruationem ingenioſè conquirere. Habet regio omnis immanes vrſos, quibuſcum
perpetuum incolis bellum: habet & vulpes; Et, ſi vera eſt fama, monocerotes. Pygmæos certè illic
reperiri conſtans omnium opinio eſt. Blefkenus is quem retuli (tametſi narrantem hæc quoque

audiui)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

audiui) Pygmæos illos humanam formam referre, piloſos eſſe vſque ad extremos digitorum ar-
ticulos, barbatos genuum tenus. Sed brutos eſſe, ac non oratione tantum, ſed & ratione deſti-
tui: ſibilum quendam anſerum more proferre: Abbatem cœnobij S. Thomæ duos tales aluiſſe,
Seque hæc pro comperto habere. Cœnobium illud quod dixi eſt ordinis Prædicatorij: a quo
non procul mons eſt Æthnæ inſtar igniuomus. Sed & fons aquæ candentis, qui in monachorum
cellas deriuatus eas tepefacit; eius calore edulia omnia coquuntur, nullo alio igni adhibito.
Tota illius monaſterij fabrica eſt ex tophis, quos cum fauillis mons eructat. Exterior enim
iſtorum ſaxorum facies aquis adfuſis molleſcit, eoque fit, vt ſaxa ſaxis impoſita tanquam tenaciſ-
ſimo bitumine conglutinentur, ad firmam & duraturam per ſecula ſtructuram. Inter Groenlan-
diam & Iſlandiam rupes eſt ingens in vaſto mari, quæ inſulæ propior eſt quam ſaxo, nomen eſt
Hutiſhock, in eo naues habent ex corio vt vult Olaus: vt alij ex viminibus: poſteriorum con-
iecturam iuuat P. Bembus lib. VII. hiſtoriæ Venetæ. *Nauis*, inquit, *Gallica dum in Oceano non lon-
ge a Britanniâ iter faceret, nauiculam ex medijs abſciſſis viminibus arborumque libro ſolido concretis ædifica-
tam cepit, in quâ homines erant ſeptem, mediocri ſtatura, colore ſubobſcuro, lato ac patenti vultu, cicatriceque
mira, ac violaceo ſignato. Hi veſtem habebant e piſcium corio, maculis eam variantibus: coronam e culmo pictam
ſeptem quaſi auriculis intextam gerebant: Carne veſcebantur cruda, ſanguinemque vt nos vinum bibebant. Eo-
rum ſermo intelligi non poterat: ex ijs ſex mortem obierunt: vnus adoleſcens in Aulercos, vbi Rex erat, viuus
eſt perductus.* Similia iſtis leguntur in hiſtoriâ Forbiſſeri: ex quibus illud inſuper colligas, vaſtam
eſſe admodum Groenlandiam, & populis variè excultam. Bleſkenus qui hæc loca tametſi non
diu, calcauit, narrat ſe in littore deprehendiſſe virunculum promiſſa barba, iam mortuum; ad
cuius latus erat cimba & hamus ex oſſe piſcis, & neruus loco funis: cimbæ alligatas fuiſſe qua-
tuor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tuor veſicas ne mergeretur, quarum iam tres detumuerant: eamque nauem Præfecto Iſlandiæ dono datam, miſſam poſteà ab ipſo ad Regem Daniæ. Qui cætera de moribus, vita, habitu victuq; iſtorum populorum, quo veſtitu vtantur, quæ incolant tentoria, quibus armis ſe muniant, ſcire volet, conſulat Hiſtoriam Forbiſſeri Gallicè & Latinè iampridem editam.

DESCRIPTIO ISLANDIÆ.

In Oceano Septentrionali, ſiue Hyperboreo inſulæ ſunt Friſlandia, Iſlandia, Schetlandia, Groenlandia, Harum aliqua creditur eſſe antiquorum THVLE quam Ptolemæus ΘΟΥΛΗΝ vocat, cuiuſque medium ponit gradu lat. XXX. 20. long. LXIII. De hac Virgilius, *Tibi ſerviat vltima Thule.* Seneca. *Terrarum vltima Thule.* Claudianus. *Thulen procul axe remotam.* Statius, *Ignotam vincere Thulen* &, *nigra littora Thules.* Hoc tamen obſeruatum, Thulen etiam pro Britanniâ poſitam à Statio, quum inquit,

Cærulus haud aliter quum dimicat incola Thules
Agmina falcifero circumuenit acta couino.

Et pro remotiſſima qualibet regione eam vſurpauit Marcellinus quum inquit, *Etiamſi apud Thulem moraretur,* Ita Iuuenalis.

KB Den Haag

De conducendo loquitur iam Rhetore Thule.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Suidas nomen traxiſſe putat à Thule rege Ægyptio, Iſidorus à Sole. Eius verba adſcripſi.
Thule vltima inſula Oceani inter Septentrionalem & Occidentalem plagam, vltra Britanniam, à Sole nomen
habet, quia in ea æſtiuum ſolſtitium ſol facit, & nullus vltra eam dies eſt, Vnde & pigrum & concretum eius
mare. Reinerus Reneccius nos docuit, *Tell* lingua Saxonica ſignificare limitem, quo fortè reſpexit
Iſidorus. De eius poſitione ambigunt viri docti. Ortelius ſuſpicatur Tilemarchiam Noruegij
regni tractum eſſe antiquorum Thulen: Atqui ex Iſidoro Thule inter Septentrionem & occiden-
tem ſita quum ſit, alibi quærenda eſt. Plerique alij Iſlandiam volunt eſſe ipſiſſimam Thulen, à
quibus tamen diſſident Saxo Grammaticus, Cranzius, Milius, Iouius. Doctiſſimus Gaſpar Peu-
cerus libro de terræ dimenſione autor eſt Schetlandiam paullò antè à nobis nominatam, vocari à
nautis *Thilenſell*. quod ſi ita eſt, merito mihi cum eruditiſſimo Cambdeno dicere liceat, inuentam
Thulen. *Schetlandia* enim inſula eſt inter Scotiam & Noruegiam frigoribus horrida, & vndique
procellis expoſita, cuius incolæ piſcem vento exſiccatum contuſumque pro farre & pane habent.
Certè Solinus eam iuxta Britanniam ponit. *Multæ aliæ circum Britanniam Inſulæ, e quibus Thule vl-*
tima, in qua æſtiuo ſolſtitio ſole de Cancri ſidere faciente tranſitum, nox pene nulla. Brumali ſolſtitio dies adeo
contractus, vt ortus iuncti ſint & occaſus. Vltra Thulen pigrum eſt & concretum mare. Inde a Caledoniæ pro-
montorio Thulen petentibus, bidui nauigatio eſt. Quamuis autem Schetlandiæ Polus arcticus non ita
attollatur, vt de Thule commentus eſt Pitheas Maſſilienſis apud Strabonem, tamen vt eam ean-
dem cum Thule iudicemus faciunt nominis ante relati adfinitas, poli eleuatio cum Ptolemaica
exactè conſentiens, quodque bidui nauigatione à Caledoniæ promontorio diſtet ex Solini deſcri-
ptione, ſitque inter Septentrionalem & Occidentalem plagam interiecta, vt notauit Iſidorus. hoc
eſt inter Noruegiam & Scotiam, quo loco eam quoque Saxo Grammaticus conſtituit. Poſtremò

quod

quod Bergorum littori ſit oppoſita vt voluit Mela, tametſi apud ipſum Belgarum vulgò legitur. Verba Pomponij Melæ hæc ſunt. *Thule Bergorum littori oppoſita eſt, Graijs & noſtris celebrata carminibus. In ea quod ſol longe occaſurus exſurgit, breues vtique noctes ſunt, ſed per hiemem vt alibi obſcuræ, æſtate lucidæ: quod per id tempus iam ſe altius euehens, quanquam ipſe non cernatur, vicino tamen ſplendore proxima illuſtrat: per ſolſtitium verò nullæ, quod tum manifeſtior non fulgorem modò, ſed ſui quoque partem maximam oſtentat.* Sed de Thule adeundus omninò Fr. Petrarcha lib. III. Epiſt. I. FRISLANDIA in Oceano Deucaledonio par penè eſt Hiberniæ, cælum habet inclemēs, regionem frugibus deſtitutam, incolas Ichthyophagos, piſcium enim ingentem copiam non ad vſum ſuum modò, verum etiam ad mercatum piſcantur, quos Angli, Scoti, Hollandi inde petunt. ISLANDIA Inſula centum propè milliaria Germanica in longitudinem patet: nomen illi à gelu, quo ex parte riget. Sita eſt non ſub Meridiano primo, vt in Europæ & Hyperboreorum tabula notauit ſculptor, ſed octauo inde gradu. Partes eius montoſæ deſertæ ſunt, planities pratis & paſcuo agro admodum læta: frumentum non fert, neque arborem vllam præter Betulam & Iuniperum. Incolæ ex piſcibus vento exſiccatis panem conficiunt, potus eſt aqua, ditioribus lac. Lubecenſes tamen, Hamburgenſes, & Roſtochienſes quotannis hanc inſulam nauibus ſuis frequentantes eò deferunt farinam, panem, cereuiſiam, mulſum, vinum, pannos Anglicos, lintea, ferrum, chalybem, aurum, argentum, mulierum vittas & ligna in vſum ædificiorum & nauigiorum: exportant pro his pannum Iſlandicum, magnas ſulphuris effoſſi maſſas, piſces induratos, butyrum, ſebum, vellera, ferarum pelles, vulpes, falcones albos, equos, & alia iſtiuſmodi. Lignorum maxima per vniuerſam Inſulam inopia eſt, niſi forte (quod interdum accidit) ex Septentrionali plaga arbores grandiores ventorum turbine funditus exſtirpatæ naufragij inſtar ad hæc littora deferantur: quibus

incolæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

incolæ ad vſum focorum, ædificiorum, nauiumque vtuntur. Inuenta creditur Anno Chriſti c. m. ſub Alebrando Epiſcopo Bremenſi; Religio Chriſtiana cum incolis illuc illata eſt: ſed Epiſcopos cœperunt habere inde ab anno m. ccc. xcviii, quorum Catalogum recenſet Angrinus Ionas. Diuiditur vniuerſa in totidem partes, quot ſunt mundi cardines. Orientalem vocant *Auſtlendingaſiordung*, Occidentalem *Weſtfiordung*, Septentrionalem *Nortlendingaſiordung*, Meridionalem *Suydlendingaſiordung*. Duos habet Epiſcopatus Cathedrales Gymnaſijs publicis ornatos, & typographijs, omnique apparatu litterario, Holam, ſub quo ſunt Monaſteria *Pingora*, *Remeſted*, *Modur*, *Munkeniere*: Scalholt cui Monaſteria ſubſunt *Videy*, *Pyrnebar*, *Kirckebar*, & *Skirda*. Regio omnis Danis ſubiecta eſt; Catellos habet albos, quos incolæ impenſius diligunt. Piſcium tanta eſt copia, vt eorum ſtruices altiſſimas ſub dio concinnent, atque ita venum exponant, altitudine interdum ipſa ædium tecta ſuperante. Res maiorum memorabiles carminibus celebrant, vel ſcopulis inſculptas vindicant ab obliuione. Montes per vniuerſam Inſulam excelſi ſunt. Occidentem verſus eſt *Hecla*, ſequuntur plures, *Crucis* & *Helga*, ſiue ſanctus mons. Haud longè ab Hecla ſunt ſulphuris fodinæ: mons ipſe quum furit, magnos euomit in cælum flammarum globos, ſaxa proijcit, cineribus omnia longe lateque complet; Qui naturam cauſſaſque eius incendij curioſius contemplaturi propius ad montem accedunt, facilè vna aliqua latente voragine viui abſorbentur: nam & multæ ſunt, & cineribus ita tectæ, vt nemo ſibi cauere poſſit. Locum propterea vocant carcerem ſordidarum animarum. Accedit huc, quod quum glacies ſoluta totos octo menſes magnis molibus littori vndique allidatur, horrendum ſonum edat, quem incolæ dicunt animarum eſſe eiulatum & quiritationem.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DESCRIPTIO NOVÆ ZEMLÆ ET nauigationis per mare Hyperboreum ad Sinas.

MALE vulgò has terras Nouam Zemlam vel Zemblam vocant: nam Zemla panem triticeum ſignificat lingua populari: Zemia verò viam & regionem. Eſt ergo Noua Zemia accolis nihil aliud quā noua via; indito nomine vel a noua obſeruatione locorū antea incognitorum, vel a conatu eorum qui per eas terras iter in Orientalem Aſiæ plagam, Cathai ſcilicet Chinam, & inſulas Moluccas adfectarunt: Iouius ex Demetrio quodam Moſcho audiſſe ſe narrat, Duidnam innumerabiles trahentem amnes ingenti curſu ad Aquilonem deferri, mareque ibi eſſe longe vaſtiſſimum; ita vt illinc ad Cathaium legendo oram dexteri littoris (niſi terra, inquit, interſit) nauibus perueniri poſſe, certiſſima coniectura credendum ſit. Pertinent enim Cathaïni ad extremam orientis plagam, ad Thraciæ ferme parallelum, Luſitanis in India cogniti, quum proximè ad coëmenda aromata per regionem Sinarum, & Malaccam, vſque ad auream Cherſoneſum nauigauerint, veſteſque ex ſebellinis pellibus attulerint: quo vel vno argumento non longè a Scythicis littoribus Cathaium vrbem abeſſe ipſe exiſtimat. Atque hæc quidem Iouius ex Demetrio. Antiquius illud eſt, quod de Septentrionali illo circuitu refert Plinius, lib. II. cap. 67. Q. Metello Celeri Galliæ Proconſuli Indos a Rege Suecorum dono datos eſſe, qui ex India commercij gratia nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Audiendus quoque eſt Julius Cæſar Scaliger: Is ergo exercitatione XXXVII de nauigatione ex Cronio Sinam verſus ita ſcribit. *An vero per id mare poſſit ad Sinas inſtitui nauigatio, alia alijs adducta ſunt in vtramque partem argumenta, varieque adſenſum eſt. Noſtra tamen hæc ſunt. A Duidnæ fluuij oſtijs vnde curſum auſpicantur, legendum eſſe volunt totum illum tractum, qui vniuerſam ambit Scythiam ad eius Orientalem vſque angulum: in cuius flexu, Septentrionem aut Aquilonem cum Fauonijs commutandum. Qua*

de re qui verba faciunt, illius & maris, & ventorum & oræ naturam minus exploratam habere certum eſt. Adeo namque rari ſunt Zephyri & ſubſolani, vt pene ſint ignoti. Aquilonum frequentia tanta, vt illius imperium cæli quaſi legitimum a natura commiſſum eſſe videatur. Vada infinita, cæca, limoſa. Hyeme, quæ decem ſæuit menſes, quaſi pauimento ſolidata maris ſuperficies. Æſtate perpetua caligo, quæ pomeridianis horis vna aut altera vix diſcuſſis, mox redintegratur. Tum vero maius a glacie periculum, cuius immenſæ cruſtæ fluitantes mobilium inſularum inter ſe concurſantium ſpeciem præbent. Atque hæc quidem ita ſe habere iam aliquot experimentis Anglorum præſertim & Batauorum comprobatum eſt: etſi enim profectionem periculoſam diſſuaderent, via inuia, frigora, glacies, ſolitudo terrarum, vaſta maria, tum ſi deprehenſi eſſent a nocte, certum exitium: tamen inuitabant ex aduerſo etiam permulta; lucri ſpes, dieï longioris beneficium, opinio aliqua poſſibilitatis. Vicit ergo ſpes metum. Duobus autem itineribus ſuperato mari Hyperboreo perueniri eo poſſe creditum eſt: Fuere qui recta Septentrionem peterent; Hi inciderunt in Spitſbergiam, excluſique glacie pretium operæ retulerunt venationem Balænarum, ſicut ante relatum a nobis eſt. Fuere qui ad ortum ſtatim deflecterent. Hi in nouam Zemblam, delati ſunt, Fuerunt denique qui ad occaſum declinantes ſperarent ſe illuc poſſe pertingere. In his fuit primus Caſpar Corteſius, tum frater eius Michael, inde Sebaſtianus Gabottus Venetus, Hugo Willougbæus, Ioannes Veraſinus, Martinus Forbiſſerus, & poſt eum Ioannes Dauis, ac recenti memoria Georgius Weymouth, ac denique H. Hudſonus: ſinguli diuerſa quærentes compendia. Sed Hudſonum improbe ſocij medio in itinere deſeruere, inq; Angliam rediere: Hudſono (quem ſcaphæ impoſitum maris fluctibus commiſere cum paucis naualibus prefectis) quid factum ſit, ignoratur. Neque adhuc res tanta extra ſpem poſita eſt, inuitantibus ijs quæ iam dixi: atque imprimis auaritia, Nam vt recte ſcripſit

Plinius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Plinius, *Piratæ primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, & hiberna experiri maria; at nunc idem auaritia cogit:* Inpellit ergo auaros eò lucri ſpes, quo exſules & facinoroſos vitæ proferendæ ſtudium; facitque vt dum vitam tueri volunt, vitam perdant. Vidi Tabulam a Ruſſis haud ita pridem delineatam, in qua Ruſſorum, Samoidarum, Tingoeſorum littora cum vicino mari Arctoo & inſulis aliquot depicta erant, non quidem Geograhica accuratione, ſeruatis longitudinum & latitudinum dimenſionibus; ſed craſſiore Minerua, planè vt in Itinerario antiquo quod Velſerus edidit, factum eſt: In ea tabula Duina fluuius maximè erat occidentalis; ſequebantur autem Orientem verſus cum alij, tum imprimis Peiſa, Petchora, Obij, Ieneſeia, & Peiſida. Ad rem noſtram id facit, quod diſertè inter Weygats & Nouam Zemlam adnotatum eſt, non niſi pleno æſtu, aucto ſcilicet mari illac iter nauibus patere; alias vadoſum eſſe pelagus, atque inuium, propter rheumata. Cæterum inter inſulam Waygats & Samoïtarum continentem fretum eſſe nauigabile tum illa ipſa tabula oſtendit, tum experimento Batauorum nautarum Anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi quarti certiſſimè compertum eſt. Vt dubium non ſit, ad flumen vſque Obij nauibus perueniri poſſe. Iam ſi tabulæ illi Ruſſicæ quam dixi, fides adhiberi poteſt; patebit iter ab Obij flumine ad Peiſidam: Narrant autem hiſtoriæ Ruſſorum, Moſchos & Tingoeſios quum curioſa flagrarent cupiditate luſtrandi vlteriores Orientem verſus terras, emiſiſſe exploratores, qui terreſtri itinere ſuperato fluuio Obij & Ieneſeia ad Peiſidam vſque delati inciderunt in homines cultu, moribus, ſermone a ſe mutuo differentes: auditum illic manifeſtè campanarum ſonum ex aduerſa ripa, hoc eſt ab Oriente ad ipſos delatum, perceptum ſtrepitum hominum, equorum hinnitum, conſpecta vela, & quidem quadrata qualia ſunt Indorum, locum amœnum eſſe, & menſibus Aprili ac Maio omni genere florum, herbarum, ſtirpiumque luxuriantem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

riantem. Eam rem Moſchorum Duci innotuiſſe poſtea, qui manu facta ex Tartaris, Samoiedis & Tingoeſijs mandauit, vt tranſmiſſo Peiſida fluuio terras iſtas diligenter luſtrarent: ſed Ducis obitu factum, vt turbatis rebus præclara illa incepta neglecta fuerint. Suſpicio eſt, loca illa Indis vicina eſſe: ac proinde ſi ſuperari Peiſida fluuius poſſit, non fore difficilem ad regna Cathay & Sinarum imperia tranſitum.

DESCRIPTIO FRETI VAIGATS.

POST varia terrarum & maris diſcrimina fortiter ab alijs hactenus tentata, fortiſſimè feliciſſimeque ſuperata quam latè orbis Orientem & Occidentem verſus patet, ſubiji Batauorum animum nouum, audax, arduum conſilium de Regnis *China* & *Cathai* petendis itinere Septentrionali. Spem faciebant permulta: imprimis illud quod alias ex Plinio relatum a nobis eſt, *Q. Metello Celeri Galliæ proconſuli Indos a Rege Suecorum dono datos eſſe, qui ex India commercij gratia nauigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti*: quod omnino fieri non potuit, niſi circuitus aliquis Septentrionalis eſſet, pateretque ex India in Sueciam iter maritimum. Accedebat, quod certo deprehenſum eſſet, impedimenta occurſantis montiumque in molem coacervatæ glaciei circa nouam Zemblam, gradibus LXXIII. LXXIV. LXXV. & LXXVI. non tam ex poli vicinitate venire, quam ex mari Tartarico, cuius fluctus perpetua inclinatione in has terras incumbunt: Enimuerò noſtrates nautæ quo ad polum altius deſerta continente lati ſunt, hoc mitio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

mitiorem auram, & magis æſtiuum quid ſpirantem experti ſunt. Viderunt ſanè Groenlandiam etiam octogeſimo gradu virentem, ceruiſque ac damis refertam, quum Noua Zembla ſex aut ſeptem gradibus inferior, nec graminis herbam habeat, nec frondes. Anno itaque M. D. XCIV. quatuor nauium claſſis inſtructa eſt: Zelandi vnam dedere, rectore Cornelio Cornelij F. Duas Amſtelodamenſes, quibus præerat Gulielmus Bernhardi: Vnam Enchuſani, ductoribus Iſbrando Veccales & Ioanne Hugone à Linſchoten: hæ quinta Iunij ſoluentes ex inſula Texalia, poſt *menſem vnum, nimirum quarta Iulij, nouam Zemblam adſpexere.* Repetita poſtea nauigatio eſt anno ſequente: tertiumque anno M. D. XCVI. Deprehenſum, Fretum *Vaigats* quod ipſi Naſſouicum appellauerunt, eſſe peruium: itaque luſtratis vtrimque oris, delati ſunt in mare Tranquillum. Parte dextera habitant *Samoitæ,* læua Barbari quidam, quorum veſtigia conſpecta ſunt, ipſi nuſquam comparuerunt, etiam ſi magna opera ſtudioque *quæſiti fuerint. Samoitæ ſqualenti* corpore moribus inconditis ſunt; videntur tamen ingenio ſatis eſſe capaci atque idoneo ad artes cognoſcendas; noſtris enim nautis de maris vicini natura aptè admodum reſponderunt. Veſtes *ijs ex pellibus caprearum, quibus à capite ad calcem vſque muniuntur; Ditiores* panno vtuntur pellibus ſuffulto. Coma omnibus promiſſa, quam in cirrum componunt. Statura breuis, facies lata & plana, *oculi* parui, pedes breues. Ruſſos dicebant ſolemni & anniuerſaria profectione ex *Petzora* per fretum *iſtud proficiſci in Tartariam,* vltra *Oby* fluuium, ad locum quem Tartari vocant *Vgalitam.* Amplius: poſt iter quinque dierum, mare eſſe magnum, *& late patens: Omnes* ſunt idololatræ: ſigilla habent lignea impolita, rudia, quæ adorant, & quibus ſacrificant. Naues noſtræ ſuperato freto mare ingreſſæ, inſulam reperere quam vocarunt *Staten eylant.* Vna etiam ductore Guielmo Bernardi Nouam Semblam ſuperatura, victa tempeſtatibus, gelu & nocte per-

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

10

DESCRIPTIO FRETI VAIGATS.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

petua oppreſſa, vectores deſtituit: qui naui deſertâ ex lignis diuina prouidentia eò delatis caſam
exſtruxerunt, in quâ à quarta die Nouembris Anni M. D. XVI. vſque ad XXIV. Ianuarij anni ſe-
quentis vnam continuam noctem experti ſunt. Triſte eſt & horrendum meminiſſe quænam viri
fortiſsimi interea temporis pertulerint, cæcis in tenebris, loco ab hominibus deſerto, & ab ipſa
natura damnato; vt cum vrſis vulpibuſque certarint, vt in tiguriolo niuibus vndique ſepto mu-
nitoque vitam egerint, quæ frigorum incommoda ſenſerint, quæ morborum, quæ mortis, quæ
deſperationis. Viceſima quarta Ianuarij die, ſalutare & lætum ſolis iubar primum conſpexerunt.
Egreſsi, vrſum ingentem obuium habuerunt, quem tormentis exploſis traijciunt; occidunt, la-
niantque. Adipem huius belluæ ferunt centum librarum fuiſſe, Vtebantur eo nautæ loco olei
ad lucernas. Quum verò Sol paullatim elatior circumferretur, dieſque adcreſcerent, cepit omnes
patriæ viſendæ deſiderium, & infelices terras relinquendi: Oneraria inter glaciei inſulas tan-
quam rupes arceſque ſtabat immota, neque ſpes erat illius ſoluendæ. Scaphæ ſupererant duæ, vna
maior quam noſtri nautæ vocant *den bock*; altera minor: Hiſce decretum ſe mari, tempeſtatibus,
atque euentui incerto committere. Viceſima nona Maij accinguntur operi. Sexdecim omninò
ſocij nauales ſupererant. Hi cymbam tractantes, ſentiunt inedia, illuuie, frigore, alijſque incom-
modis, exhauſtas vires. Hic videres viros fortiſsimos fruſtra lacertos ſuos ſpectantes, nauar-
chum inſtigantem monentemque, aliquid vt ſupra vires tentarent, niſi mallent in Nouæ Zemblæ
littore vel fame interire, vel viui ab vrſis deuorari. Nituntur itaque & pro ſe quiſque nauiculas
reſtaurant. Intentos operi inuadit vrſus, quem niſi exploſa bombarda occidiſſent, actum omninò
de reditu deque ipſorum ſalute fuiſſet. Hunc alij duo ſtatim inſequuti, ſimili fortuna perierunt.
Sex iam totos dies ſcaphis reparandis inſumpſerant, ſeptimo viam ſternunt, qua in mare nauicu-
læ pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

læ protrahi poſſent. Sequentibus aliquot componunt ſe itineri, ſarcinas mercatorum complicant, in ſcaphis deponunt, totamque hiſtoriam itineris & manſionis accuratè deſcriptam & thecæ cupreæ inſertam è camino ſuſpendunt: Decima quarta Iunij ſcaphas in mare protrahunt; relinquuntque iniquum littus, læti quidem diſceſſu, ſed triſtes recordatione futurarum inſtantiumque ærumnarum. Digreſſi paullum à littore, cum fruſtis glaciei ingentibus luctantur. Vigeſima moritur *Guielmus Bernardus* nauclerus peritiſſimus, non multo poſt *Nicolaus Andreæ*. His in glacie depoſitis, repetunt mare; Poſtquam ſummis difficultatibus trecenta & octoginta milliaria confeciſſent, ſcapha vna cruſtis glacieī attrita factaque eſt, merces pleræque mari hauſtæ periere. Eam ſocij ſubductam reparant. Tandem victo malis corpore, animo adhuc inuicto ad *Inſulam crucis* ventum eſt vndecima Iulij die. Inde ad *Cantij promontorium* aperto mari. XXVII eiuſdem menſis deuenere ad ſinum *Conſtinſarch*. Progreſſi ad ſinum S. Laurentij. Ruſſorum nauiculas offenderunt, hominesque quos XIV. menſibus integris non viderant, primum conſpexerunt. Tandem ventum ad Ruſſiæ promontorium *Candinaër*, vbi à Ruſſis victu recreati paullum, iterum ſe in mare & in fluctus. Decem totos dies aberrarunt, diſperſi tempeſtatibus, quique coniuncti vix pares erant malis, diſiuncti penè ſuccubuerunt; ſed XXI. Auguſti factum eſt vt ſe inuicem iterum conſpicerent, ferrenturque ſimul *Kildunum:* Inde *Colam*, vbi nauem onerariam quæ ibi hibernauerat, offenderunt: quâ poſtea ſimul Amſtelodamum appulerunt.

P. BERTII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

P. BERTII
TABVLARVM GEOGRAPHI-
CARVM CONTRACTARVM
Liber tertius,
IN QVO
TERRA SVBAVSTRALIS
Ptolemæo & priſcis incognita.

F

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

QVICQVID ſub polo antarctico terrarum iacet, id quia nullius hactenus peregrinationibus luſtratum eſt, deſcribere diſtincte velle & accuratè neſcio maiorisne id temeritatis foret, an impudentiæ. Conſtat tamen terras ibi eſſe, & quidem vaſtas ac longè lateque quaquauerſum ſparſas: licet non conſtet de modo terrarum, ſintne contiguæ an inſularum ritu diſiectæ: nam quod in Tabella noſtra hæc omnia continua depinguntur, pictoris eſt coniecturam potius quam certam rerum notitiam ſequentis. M. Paulus Venetus, cui magnam locorum exterorum notitiam debemus, meminit regni *Beach* quæ Iauæ ſit Auſtralis: tum *Lucach* & *Maletur*, *Iauæ* quoque *minoris*. Ipſa quinetiam *Iaua maior* quà Auſtrum ſpectat nondum nobis nota eſt: Circa fretum Magellanicum terra eſt quam qui primi viderunt, a conſpectis illic ignibus vocauerunt *Del Fuogo*: certo argumento loca illa ab hominibus culta atque inſeſſa eſſe. *Nouam Guineam* ſuo loco deſcribemus. Cætera adhuc ſiue noſtrorum hominum ſocordia, ſiue animis in res alias occupatis, denſo caliginis peplo tecta ignorantur. Quocirca excitanda mihi videtur acuendaque Regum, Principum, ac Rerumpublicarum orbis Chriſtiani induſtria, vt ad has terras luſtrandas operam conferant, nunquam collaturi, niſi cum ingenti fructu & certa nominis immortalitate. Neque eſt quod eos difficultas deterreat: ingentis enim lucri certa ſpes hoc tædium diluet. Et quanto maiora difficilioraque adgreſsi ſunt ijdem nullo ſuo compendio? quam pertinaci ſtudio tentarunt ſæpius oras Septentrionales, & damnata frigoribus loca, quum hic omnia ſint læta, ac beata, quæque curioſos homines ad ſe etiam inuitent? *Beach* regnum vix XV gradu diſtat ab æquatore; eodem auſtrum verſus interuallo quo verſus Septentrionem inſulæ

Philippinæ; Quid cauſſæ eſt, cur has multi petant, illud nemo? *Lucach* tropico ipſo Capricorni ſubiectum eſt; ſicut tropico Cancri Numidia. Nulla non pars huius terræ prominet vltra circulum antarcticum, quum in Septentrionalibus etiam vſque ad gradum L X X noſtrorum hominum perruperit curioſitas. Superioribus annis Petrus Fernandes de Quir Hiſpanus qui ſuo ipſe periculo, expenſis abſumtiſque in eam rem omnibus ſuis facultatibus, oram iſtam omnem luſtrauit, emenſuſque eſt amplius quam x x leucarum millia, regi ſuo per libellum autor eſſe voluit ducendi in hæc loca colonias, prolatis etiam ijs rationum momentis, quibus quod Regi ſuo perſuadere non potuit, aliorum animos poſsit illuc impellere. Narrat ergo magnitudinem earum regionum tantam eſſe, quanta ſit totius Europæ cum Aſia minore vſque ad mare Caſpium, cumque Perſia omni, omnibuſque inſulis tum maris mediterranei, tum Oceani Gallici & Germanici, ne Anglia quidem, Scotia, Hiberniaque exceptis. Neque difficilem earum eſſe occupationem, quum non habeant vicinos populos armis terribiles, vt ſunt Turcæ, Mauri, alijq;: Subiectam ait Zonæ torridæ, partem quoque lineæ Æquinoctiali; pleraſq; eius regiones ita ſitas, vt Africæ, Europæ, & maximæ Aſiæ parti recta linea opponantur, ſintque proinde earum incolæ Africanis, Europæis, Aſiaticis antipodes. Quod ſi regiones ab æquatore Septentrionem verſus diſtantes gradibus x v luxuriant omnium rerum beata copia, non poſſunt eæ quæ pari interuallo auſtrum verſus ab æquatore diſsident ijs eſſe infeliciores. Sed nos ad Petrum Fernandes reuertamur. Refert ergo ille, regiones eas habitari variè, & multis diuerſiſque populis incoli: quorum alij candidi ſint, alij fuſci; alij mellini: capillos ijs nigros, flauos, longos, fluentes, quibuſdam cripſos, villoſos, raros. Miſceri enim populos, neque ſeorſim habitare ſine vllo commercio, ſed iungi inter ſe, & tum matrimonijs ſociari, tum rerum neceſſariarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rum exportatione atque aduectione. Nullas habere machinas bellicas, & licet in factiones variè diuidantur, tamen non armari niſi arcu, ſagittis, claua, fuſte, telis ligneis miſsilibus; veneno autem prorſus non vti. Velari ipſis inguina: gratos eſſe, beneficos, dociles, hoſpitales. Spem eſſe, ſi comiter habeantur, ab aduentantibus Europæis auerſos non futuros, imò verò etiam ſalutarem Chriſti doctrinam amplexuros. Ædes habent ligneas, palmarum frondibus contextas. Vaſa pleraque fictilia: etiam textrinæ gnari. Sed & retibus vtuntur, & ex marmore faciunt menſas, ſcabella; Ex ligno etiam ſcaphas & lintres, certo indicio vicina ipſis nauigari: ex conchis margaritas gignentibus parant cuneos, ſcalpra, ſerras, ligones, ſphærulas quoque & periapta quæ collo adligant. Panes habent non vnius generis: quos ex radicibus conficiunt ſponte ſua ſubnaſcentibus: platanos quoque & amygdalos, & nuces: mala item medica, citrea, aurea. Arundinum ſaccari ſuccum gignentium ingens ibi copia: Palmarum ibi genus eſt præaltum; cuius vſus varius; ex læſo cortice ſtillat liquor qui initio ſeri, poſtea vini, denique aceti ſaporem habet: nuces carduorum vicem referunt, nucleorum medulla virens cremorem lactis imitatur; ſi maturuerit manditur loco cibi, arefacta oleum præbet lychnis aptum, & vulneribus ſanandis perquam idoneum. Ex cortice exteriore lagenulas concinnant: interior materiam ſuppeditat ſtipandis nauium commiſſuris, rudentibus, reſtibus, funibus conficiendis: ex ramis & trunco arboris faciunt tabulas, haſtas, remos; ex frondibus ſtoreas, vela, mattas. Neque carnium ipſis deeſt copia ex porcis, quos habent frequentes, gallinis, perdicibus, anatibus, turturibus, columbis, capris, & vaccis: neque piſces deſunt fluuiatiles, & marini. Sed & aromatum genera habent exquiſita, nucem myriſticam, zinziber, piper, maſtichen, cinnamonum. Ex metallis argentum, & ſi fides eſt alijs, aurum. Apes ſibi viſas illic narrat laudatus a nobis antea Pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

trus Fernandes : ac prætereà animantia ex quibus butyrum , aruina, caſeus, petaſones, corium confici poſsit. Enumeratis autem his alijſque earum terrarum commodis ſic ille tandem Regem alloquitur. *Littora* , inquit , *illa quæ luſtrauimus, inuicte Rex, indicio nobis ſunt, quid ex interioribus partibus exſpectare debeamus. Spondeo tanta commoda tantaſque diuitias, quantas hodie vel ex ipſis Indis haurimus. Neq; verò nos cuncta peruestigando emenſi ſumus; quum neque locorum id paſſa fuerit amplitudo , neque morbus permiſerit , & vt cætera omnia ſecunda fuerint , tempus me talia tentantem deſtituerit. Solum* inquit *furuum eſt, pingue , fœcundum , argilla excoquendis lateribus ad ædificiorum vſum ſufficiens : ſed neque lapides viui deſunt ex rupibus, neque marmora. Lignorum verò ingens prouentus : Campi patentes , atque interſecantibus fluminibus irrigui; quorum ripas cannæ veſtiunt craßitie ſex palmos excedentes. Sinus quem a ſancto Hiſpaniæ noſtræ Tutelari , & glorioſo tuæ nomine vocauimus Iacobi & Philippi viginti atque amplius leucas patet , fidam tutamque interdiu noctuque intrantibus ſtationem præbens: in cuius littore pagos frequentiores eſſe conſtat, non ex eo tantùm , quod ipſi aliquot perambulauimus , ſed quod eminus interdiu fumos , noctu ignes conſpeximus ab incolis excitatos iucundo admodum ſpectaculo , & ad vſum quoque idoneo. Portus cui nomen dedimus Veræ crucis tam laxus eſt , vt vel mille naues capiat : fundus ei illimis, arena ſubnigra intercurrentibus calculis. Portum illum faciunt duo flumina , quorum alter ipſum etiam Bætim magnitudine ſuperat. Littus vtrimque ſubducendis nauibus , & ſi vſus exigat reficiendis aptum eſt , herboſum , arboribus natiuis frondens , quod argumento eſt , neque ſalſis Oceani fluctibus vehementer pulſari , neque ventorum tempeſtatibus infeſtari. In hoc ſinu & portu ſub altitudine graduum* X V *cum ſemiſſe poterit Maieſtas tua vrbem condere, coloniam ducere , leges ciuibus populiſque vicinis dare, quæque largo prouentu ea terra ſubminiſtrat , curare exportanda, vel in Hiſpaniam, vel in Prouincias tuæ Maieſtati ſubiectas, Chili, Peru, Panamæ, Nicaraguæ, Guttimalæ, Nouæ Hiſpaniæ, Terrenatæ, ipſas etiam inſulas Philippinas. Audeo enim fidenter dicere , tanti me fa-*

cere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cere inacceſſa adhuc noſtris hominibus, nec tamen cultoribus deſerta atque inculta hæc loca, vt iudicem ea pretioſarum mercium copia opulentiaque ipſas etiam Sinas, Iaponem, Sumatram, Aſiæque inſulas quæ vulgò creduntur fælicißimæ, ſuperare: Nihil hic dico quod non res ipſa multis partibus ſuperet. Fiat modo periculum. Neque eſt quod quenquam opinio abſterreat de aeris inclementia; quæ alijs forte in locis recentes aduenas lædit. Hic enim eſt temperatus, vt quamdiu illic conſedimus, neminem ſociorum vllus morbus inuaſerit, licet plerique labore & ſudore maderent, aquam biberent, herbas quæ terra, piſces quos fluuij, aues quas aer benigne ſuppeditabat, promiſcuè ederent, nec vitarent Lunæ aut Solis ſpicula, nocturniſque temporibus ſub dio etiam cubarent: exemplo indigenarum quos illud ſine valetudinis periculo factitare vidimus. Hanc, inquit ille ſub finem libelli, *regionem ſub felici Regiæ Maieſtatis tuæ auſpicio occupaui, erecto in eam rem ſigno crucis, temploque exſtructo & ſacris noſtro ritu peractis; fixis etiam vexillis tribus, in quibus columnæ geminæ cum ſignis regnorum atque imperiorum Tuæ Maiſtati ſubditorum.* Sed hæc omnia neminem abſterrere debent quo minus laudem quærat in ea regione conquirenda, ad exercendum mercimonia libera, ac iure gentium mortalibus conceſſa. Quod quidem ego tanto & citius & certius futurum auguror, quo aliarum regionum laudes terræ iſtæ prouentus copia rerumque vbertate multis partibus antecellunt.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



160
170
SEP 180 TENT.
190
200
LINEA ÆQUINOCTIALIS
Ceiram
I. Daru
Doc Martires
I. dos Creſpos
Moo
I. de Arti
I. da Malagnete
Mons blancos
I. as do
La Carimana
La Barbada
Los Bolcanes
I. Madre de Dios
La Redonda
C. de buen deſeo
S. Thiago
Buen Puerto
S. Andres
I. de las Virgines
I. S. Paulo
R. de S. Petro
R. de S. Auguſtin
S. Hieronimo
R. Baixo
P. Salida
El Abrigo
B. de S. Nicolas
P. de Gaſparico
C. Blanco
Buena baya
Ancon de la Natividad de nuſtra Sinnora
NOVA GUINEA
OCCID.
ORIENS
10
20
Zamba
Iſabelle
Amaciſre
Baixos de Candalaire
Nombre de Iheſus
De la Aguada
S. Chriſtovano
Malarta
S. Nicolaes
Vzzerre
Dagoa
Dalcana
S. Tiago
NOVA GUINEA
et Ins. Salomonis
160
170
MER 180 IDIES
190
200

ET INSS. SALOM.

NOVA GVINEA ex eo nomen habet quod Guineæ Africanæ exaduerſo oppoſita ſit, nam vt hæc à Meridiano fixo orientem verſus aliquot gradibus extenditur; ita illa occidentem verſus: & vt hæc poſt quartum ab Æquatore gradum Septentrionem ſpectat, ita illa Auſtrum: accedit & littorum tractus ferè ſimilis, & ſimillima aëris conſtitutio: Continentiſne pars ſit, an inſula, parum conſtat: nam poſtquam ſemel atque iterum naues illuc delatæ ſunt, nemo eam repetijt. Andreas Corſalus Florentinus videtur hanc partem vocare *Terram Peccinacoli*. Quicquid hinc polum Antarcticum ſpectat, id ignotum hactenus atque inuium fuit. Ex quo apparet, Septentrionalem tractnm multo nobis certius compertum eſſe, quam Auſtralem: nuperis enim Batauorum peregrinationibus etiam ad gradum LXXX. ventum eſt: at Auſtrum verſus nemo vnquam ex noſtro orbe gradum LX. ſuperauit. *Inſulæ Salomonis* (ſic hodie vocant) ad Orientem Guineæ ſitæ ſunt: in quibus numerantur *Iſabella Zamba*, *Nombre de Ieſus*, *Iſ. Verde*, aliæque. Ad Septentrionem eſt Archipelagus Lazari, in quo inſularum magnus numerus. Cætera nondum ſunt explorata.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

POTERAT hoc fretum ad Americam referri, exemplo eorum qui hactenus terras deſcripſerunt, ſed fiet, opinor, volente Magellano primo eius repertore, ſi hoc tempore illud adiecero terris Auſtralibus: non eo tantum, quod communis terminus, tam his quam illis videatur competere, ſed etiam quod natura ipſa fluctibus & ventis in hanc maximè partem incumbentibus huic potius parti videatur fretum illud tribuere. Nomen habet a Magellano, qui quum viam ad inſulas Moluccas inueſtigaret adiudicatas Luſitanis, ſeque videret interdicto Pontificio impedıri quo minus Africam circumnauigaret, putauit ſibi aliud iter perquirendum. Ergo XXIV. Auguſti quum primum maris procellæ miteſcere inciperent, ſoluit ex ſinu diui Iuliani in quo aliquandiu hæſerat non tam fluctuum, ventorum, atque hiemis, quam diſſidiorum inteſtinorum inter Caſtellanos & Portugallenſes tempeſtatibus exagitatus. Poſtquam aliquot dies Auſtrum verſus nauigaſſet, ventum eſt ad promontorium S. crucis. Hic vna nauis ad littus eliſa eſt, ſaluis tamen vectoribus, armamentis, & mercibus. Inde quum obſeruaret littora ab Auſtro in Orientem paullatim deflectere, ſpes facta eſt freti conſequendi. Itaque XXVI. Nouembris fauces quædam detectæ ſunt, quas cum quatuor nauibus reliquis ingreſſus eſt Magellanus. Hic in ſinu quodam operiri placuit, & naues tres præmittere quæ viam tentarent, referentque ſi quid viſum à ſe obſeruatumque eſſet. Harum vna quæ fratrem Magellani Aluarum Meſchitam vehebat, elapſa, Oceanum reperijt, & directo verſus Septentrionem curſu in Æthiopiam, inde in Hiſpaniam delata, octauo menſe poſt ſocios deſertos, Aluarum captiuum Imperatori Carolo Caſtellæ regi ſtetit. Altera nauis ſinum tantum eſſe retulit, & quidem vadoſum. Tertia adfirmauit eſſe fretum, obſeruato fluxu maris & refluxu. Menſis erat Nouember, nox horarum quinque. Dextra læuaque in littore ſolitudo, mortales nulli; niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

niſi quod in parte ſiniſtra conſpecta magna ignium copia hæc cauſa fuit, cur & regionem illam vocarent *terram del Fuogo*, & iudicarent ſe ab incolis eſſe conſpectos. Magellanus duabus nauibus hoc modo amiſsis, tres reliquas prout ferebat tunc rerum occaſio inſtruxit, & luſtratis probè rebus omnibus, ſecundo & viceſimo die poſtquam fretum ingreſſus fuerat, delatus eſt in aliud mare quod à tranquillitate vocauit *mare del Sur*. Longitudinem freti comperit eſſe miliarium Hiſpanicorum centum. Latitudo non eſt vbique eadem, terris interdum recedentibus, interdum propius ad ſeinuicem accedentibus, interiecto inter eas ſpatio duûm, trium, decem, quindecim milliarium; quà minimum, vnius. Quatuor anguſtias enumerant, primum in ipſo oſtio orientali: ſecundum vigeſimo ferè inde miliari: tertium medio freti ſpacio. Littus vtrimque arboribus proceris veſtitum eſt: in eoque phocarum, mergorum, pinguinorum conſpicitur frequentia. Sed ad auſtrum omnia magis amœna. Initium freti orientale eſt ad gradum L II cum ſemiſſe, cui ex aduerſo propemodum reſpondet exitus occidentalis: inter quos terminos fretum ſinuoſo & arcuato tractu ſe pandit: eius media curuatura ad gradum L I V ſeſe extendit: ex quo promemodum ipſius Auſtralis littoris ratio cognoſci poteſt.

P. BERTII

P. BERTII
TABVLARVM GEOGRAPHICARVM CONTRACTARVM.
Liber quartus,
IN QVO
EVROPA
Cum luculentis ſingularum Tabularum explicationibus.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

14


Americæ Pars
GROENLANDIÆ PARS
Mare Congelatum
Nova Zemla
TARTARIÆ PARS
Obdora
Frisland
Islandia
Hyperboreus Oceanus
DEUCALEDONIUS OCEANUS
OCEANUS ATLANTI CUS
Hebrides I.
Hibernia
Dania
ASIAE PARS
Mare Caspium et Hircanum
Pontus Euxinus
Natolia olim ASIA MIN.
Lisbona
Sevilla
Granada
Majorca
MARE MEDITERRANEUM
BARBARIÆ PARS
Fez
Alger
Tunis
Sicilia
Candia
Cyprus I.
Miliaria Germanic
50 100 150
EUROPA
10 20 30 40 50 60 70

EVROPAM orbis partium minimam, primo loco Geographi & nominare ſolent & deſcribere; vel ob ſoli nobilitatem, vel quia ipſi qui illam deſcribunt in ea nati, vel ob frequentiam incolarum, vel ob præclara eorum facinora qui eam hactenus tenuere: nos eam tertio loco ponimus; primo inter partes exactè cognitas. Plinius eam *altricem* vocat *rectricis omnium gentium populi, longeque terrarum pulcherrimam.* Aliæ ſanè partes etſi maiores ſint vaſtioreſque, minus tamen habitatæ ſunt, vt quod orbem hunc quidam appellauit pulcherrimum roſetum, id omninò Europæ potiſsimum conueniat, & propter Europam Orbi. Hæc amœnis vrbibus, montibus, fluminibus, referta eſt: hæc omnia ad vitam humanam neceſſaria clementer & benignè ſuppeditat; Artes verò ſcientiaſque ita tractat, vt ob multarum rerum inuentionem, mater; ob conſeruationem plurimarum, nutrix ſapientiæ dicenda ſit: In hac ſunt præſtantiſſima florentiſſimaque bonarum litterarum Athenæa, in alijs regnat Barbaries. Babylonem, Niniuen, Hieroſolyma, habuit Aſia: ſed habuit. Africæ olim Carthago fuit, nunc rudera & arenæ. In America eſt Cuſco, in Noua Hiſpania Mexico: ſed quid aut hæc ſingula aut ſimul omnia ad Europam, præ qua reliquæ partes deſertæ videantur & meræ ſolitudines? Iam confer viros celebres. Nulla vnquam tanta fuit in alijs partibus Heroum frequentia, quanta in vno aliquo Europæ tractu: Habemus hic iura & leges, habemus Religionis Chriſtianæ dignitatem, habemus humanitatis delicias, habemus armorum vim. Paruerunt nobis olim Aſiatici ſub Alexandro, Afri alijque ſub Romano imperio: nunc Americani, Aſiatici, Afri, Europæorum Principum potentiam ſentiunt ac reformidant. Caremus quidem

aroma-

aromatibus ; ſed his ſolis : aduehuntur tamen in hæc loca tanta copia, nobis vt Aſia ſerere ac me-
tere videatur : Vites etiam habet ſed non vbique : vbi vinum deeſt , ibi eius vſum factitio è frugi-
bus potu ſupplet. Inuentionem illius Diodorus in fine libri quarti Libero adſcribit. Vſi eo iam
olim Germani. Tacitus. *Potui eſt humor ex hordeo aut frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus.*
Vſi Galli & Hiſpani. Plinius lib. XIV. cap. 22. *Eſt & Occidentis populis ſua ebrietas, fruge madida, plu-
ribus modis per Gallias Hiſpaniaſque, nominibus alijs, ſed ratione eadem. Hiſpania iam & vetuſtatem ferre ea
genera docuerunt.* Idem libro XXII. cap. vlt. *Ex frugibus fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria
in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia aliiſque prouincijs.* Cæliæ Hiſpanorum mentionem quoque
faciunt L. Florus, & Iſidorus. De Illyrijs Marcellinus libro XXVI. *Eſt autem Sabaia ex hordeo vel fru-
mento in liquorem conuerſus paupertinus in Illyrico potus.* Ab hoc iniurioſum Sabaiarij nomen Valenti
Imperatori datum in obſidione Chalcedonis. Sed ad rem. Nomen habet Europa ab Agenoris
Regis Phœnicum filia: Itaque de amore Iouis in taurum verſi narrant fabulam , quæ etiam exſtat
penes Ouidium : alij eam a prædonibus raptam aiunt , nauem verò quæ Iouis παράσημον, effi-
giemque in prora tauri habuit, in hanc regionem eſſe delatam. Lycophron :

Αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
Κουρῆτες ἀντίποινον Ἰδαῖοι κάπροι
Ζητοῦντες αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
Ἐν ταυρομόρφω τράμιδος τυπώματι
Σαραπτίαν Δικταῖον εἰς ἀνάκτορον
Δάμαρτα Κρήτες Ἀστέρω στρατηλάτῃ.

Quidam

Quidam ob pulchritudinem regionis per ſimulationem raptæ filiæ occupatam eam terram à Phœnicibus ferunt. Herodotus verò nominis originem ignorari putat. Abyſſini Europam *Frankiam* vocant, Europæos *Alfrangues*, Turcæ *Francos* : vnde, niſi a maſcula Gallorum virtute qui Aſiæ bonam partem Turcis ereptam coluere? Fines eius ſunt ab oriente, Mare Ægæum, Pontus Euxinus, palus Mæotis & fluuius Tanais. A meridie, Mare Mediterraneum, & fretum Gaditanum. Ab Occidente, mare Atlanticum. A Septentrione, Oceanus Hyperboreus & mare Septentrionale, quod etiam glaciale appellamus. Strabo formam Draconis ei adſcribit, cuius caput Hiſpania, collum Gallia, corpus Germania, alas dextra leuaque referunt Italia & Cimbrica Cherſoneſus. Sita eſt inter decimum & vigeſimum primum parallelos. Longitudo à freto Gaditano ad Tanain qua ſe longiſſimè expandit, eſt 750. milliarium Germanicorum, Italicorum 3000 Latitudo plurimum 225. Germanicorum mill. Italicorum 900. Sin a Sicilia in Scricfiniam vſque & extrema Septentrionum loca metiaris, deprehendes milliaria Germanica penè 600. Italica 2400. Atque hoc tantillo ſpatio præter geminam Imperij Orientalis & Occidentalis ſedem, complectitur duo & quadraginta regna toto orbe celebratiſſima. Adhæc Ducatus, Comitatus, aliuſque iuriſdictionis loca. In hac ſunt *Hiſpania*, *Gallia*, *Germania*, *Italia*, *Hungaria*, *Tranſſyluania*, *Dalmatia*, *Græcia*, *Polonia*, *Lituania*, *Moſcouia*, *Roxolania*, *Dania*, *Suecia*, *Noruegia*. Sunt & inſulæ in Oceano Boreali. *Anglia*, *Scotia*, *Hibernia*, *Iſlandia*, *Friſlandia*, aliæque complures. Alibi aliæ. In mari Mediterraneo ſunt *Baleares Maiorica & Minorica*, *Corſica*, *Sardinia*, *Sicilia*, *Melita*, *Corcyra*, *Creta* pluresque aliæ, quibus infinita vis hominum degit. Horum omnium nos ſingulares dabimus deſcriptiones, orſi a partibus Occiduis & maxime Septentrionalibus exemplo Ptolemæi.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

15



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BRITANNICÆ inſulæ quas Dionyſius Alexandrinus Βρεττανίδας & Βρεττανικὰς νήσους vocat, Hiberniam ſuo nomine & Albionē cum vicinis omnibus inſulis Orcadibus, Mona, Vecti cæteriſq; cōplectitur: a quibus idcirco noſtro ſeculo Regum doctiſsimus & religioſiſsimus & ſapientiſsimus Iacobus (ad quem vnum plurium regnorum ſceptra deuoluta ſunt) meritò ſeruata veteri appellatione ſe Britannorum regem dici voluit, vt quos leges & iura iungerent, vno communi & priſco Britannorum nomine cenſerentur. Earum ſitum Tabula deſignat. Conſtitutio aëris, vel Cæſare teſte, temperatior quam in Galliâ, remiſſioribus frigoribus. Solum præter oleam vitemq; & cætera calidioribus terris oriri ſueta, patiens frugum, ac fœcundum, ſata tarde hic miteſcunt, citò proueniunt, Eſtque eadem vtriuſque rei cauſſa, *multus humor*, ait Tacitus, *terrarum, cœlique*. Eam nō inuenuſte prædicat Panegyriſtes his verbis. *O fortunata & omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti: meritò te omnibus cœli ac ſoli bonis natura donauit, in qua nec rigor nimius eſt hyemis, nec ardor æſtatis; in quâ ſegetum tanta fœcunditas, vt muneribus vtriuſque ſufficiat, & Cereris & Liberi: in qua nemora ſine immanibus beſtiis, terra ſine ſerpentibus noxiis. Contra, pecorum mitium innumerabilis multitudo lacte diſtenta, & onuſta velleribus: Certè quod propter vitam diligitur, longiſſimi dies, & nullæ ſine aliquâ luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit vmbras, nocteſq; metam cœli & ſiderum tranſit aſpectus, vt ſol ipſe qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.* Sed hæc potius de Albione quam de Britannia vniuerſa ab illo dicta ſunt. Inſulas iſtas a Gallis coli cæptas eſſe, docet ipſa locorum vicinia, facili traiectu ob freti anguſtias: nam quod ſe quidam ibi rerum initio ſatos putant, ſomniū eſt. Cæſar. *Britanniæ pars interior ab ijs incolitur quos natos in inſula ipſi memoriæ proditum dicunt: maritima pars ab ijs qui belli inferendi cauſſa ex Belgio Galliæ tranſierunt.*

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HIBERNIA ab Hibero Hiſpano vel fluuio vel duce nomen habere creditur, Iuuenali, Melæ, Solino *Iuuerna* dicitur; Ptolemæo Ἰουερνία. Orpheo, Ariſtoteli, Straboni, Stephano, Claudiano, *Ierna*: Euſtathio *Vernia*; Diodoro Siculo *Iris*, Plutarcho *Ogygia*: ab antiquitate, eſt enim omninò antiquiſſima. Sita eſt inter Tropicũ Cancri & Circulum Arcticum, inter Hiſpaniam ſcilicet & Britanniã: ab ortu habet magnã Britanniam, à qua mari Hibernico & vnius tantum diei nauigatione diſcluditur. Ab occidente vaſtum Oceanum. A Septentrione, quà Oceanus Deucale donius quem Ptolemæus vocat ὑπερβόρειον, irrumpit, habet Iſlandiam: ab Auſtro eſt Oceanus Verginius. Longitudo eius eſt cccc. millium paſſ. Latitudo cc. Aër huius inſulæ eſt ſaluberrimus, cœlum mite, clemens, blandum; nam neque æſtiuo calore incolæ ad vmbras & loca opaca impelluntur; neque frigore ad focos: ſemina tamen ob autumni humiditatem rarius matureſcunt. Alias ita pabuloſa eſt, vt pecuaria niſi interdum æſtate à paſtibus arceantur, in periculum ſatietate agantur, imò, vt Melæ verbis vtar, *niſi pabulò prohibeantur, diutius paſta diſſiliant*. Salubritate ſanè & ſerenitate aëris multum Britanniæ præſtat. Nemo propter hiemen ibi aut fæna ſecat, aut ſtabula fabricat iumentis. Nullum ibi reptile degit, nullus ſerpens, priuilegio cum Creta communi. Sæpè etiam illuc de Britannia allati ſerpentes, mox vt proximantes terris odorem aëris illius atraxernnt, intereunt. Quin etiam omnia quæ in eadem inſula ſunt, contra venenum valent. Beda teſtis eſt, vidiſſe ſe, quibuſdam à ſerpente percuſſis raſa folia codicum ex Hibernia aſportatorum propinata eſſe, & continuò totam vim graſſantis veneni, tumoremque inflati corporis receſſiſſe. Apum tanta hic eſt multitudo, vt non ſolum in aluearibus, ſed etiam in arborum truncis & terræ cauernis reperiantur. Vites etiam habet, ſed vmbræ magis quam fructus gratia. Equos optimos, tolutim molliterque badizantes, quos ipſi *Hobies* vocant. Populi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

huius inſulæ memorantur à Ptolemæo, *Vennicnij*, *Robogdij*, *Erdini*, *Nagnatæ*, alijq;. Flumina, *Vidua Argita*, *Rauius*, *Libnius*, *Auſoba*, *Senus*, *Iernus*, *Birgus*. Ciuitates, *Nagnata*, *Menapia*, *Regia*, *Laberus*, *Macolicum*, *Regia altera*, *Dunum & Iuernis*. Chriſtianam fidem recepit Anno Chriſti ſeruatoris CCCXXXV. Submiſit ſe Anglorum Regum ſceptro Anno M. C. LXXXV. Hodie diuiditur in quatuor regiones, *Lageniam* quæ ad Orientē eſt Angliæ proxima, *Momoniam* quæ Gallicum littus reſpicit, *Connaciam* quæ ad Occidentem vergit, *Vltoniam* quæ in Septētrionali parte iacet. Sunt qui quartam regionem addant *Mediam*, quæ medio loco ſita à cæteris clauditur. Epiſcopatus Inſulæ ſunt quinquaginta, quorum primas eſt Armacanus. *Armach* in Hultonia ſita eſt, metropolis totius Hiberniæ, & ſedes Archiepiſcopi. In LAGENIA Comitatus hi ſũt, *Vnexford*, *Caterlog*, *Kilkenny*, *Dublinenſis*, *Kildarienſis*, *Comitatus Regis*, *Comitatus Reginæ*, *Longford*, quibus *Fernes & Wichlo* adnumerãtur. In MOMONIA Comitatus ſunt ſeptem. In CONNACIA ſex. HVLTONIA citerior tres habet. Vlterior ſeptem. Supra *Armacum* vrbem ſtagnum eſt haud amplum, in quod ſi haſtam defixã aliquot menſes relinquas, pars ea quæ luto in hæſit ferrea, quæ aquæ immerſa fuit ſaxea, exſtans lignea futura ſit. Iſtud verò præ cæteris memorabile, ex lignis quibuſdam in mari temere natantibus, gummi effluere: idque poſtea in cruſtam indureſcere, intus naſci animalcula, quæ primùm vitam, poſtea roſtra, pennas, alas concipiant, denique vel in aëre volitent vel aquis innatent, neque aliter generari hoc animal. Sylueſter Gyraldus, quem dixi, teſtatur ſe iſtiuſmodi aues permultas vidiſſe ſemiformes, roſtro ex teſtulis pendentes, quæ ſi perfectæ fuiſſent, reliquarum more volitaſſent. Eaſdem quoque in Scotia naſci ferunt, vocarique ab incolis *Barnikles*. Iulius Scaliger in Oceano Britannico ait aues eſſe, anatis facie, roſtro pendentes de reliquijs putridis naufragiorũ, quoad abſoluantur, atque abeant quæſitum ſibi piſces, vnde alantur. Vnam etiam dicit à ſe viſam. Vaſcones Oceani

accolæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

accolæ vocant illas *Crebans*, à Britonibus *Bernachiæ* appellantur, recepto etiam in prouerbium vocabulo, quum ignauiam cuipiam exprobrare volunt, quaſi neq; caro ſit, neque piſcis. Refert idem, Franciſco Galliarum regi concham non admodum magnam allatam eſſe, cum auicula intus penè perfecta; alarum faſtigijs, roſtro, pedibus, hærente extremis oſtraci oris. Feruntetiam in Sinu Codano volucres quaſdam aquatiles ſolere ad maritimas arbuſculas conuolare, & ibi multa Venere expleri, ſemen vndis exceptum in auis effigiem formari, potiſſimùm vbi receſſus littorum quietiores ſunt. Non videbuntur iſta abſurda illis, qui bombycum naturam inueſtigarint, quique experientia conuicti intellexerint, multa indoctis impoſſibilia videri, quæ in natura vel maximè ſunt inſignia. Sed de Hibernia audiamus Hadrianum Iunium.

Illa ego ſum Graijs olim glacialis Ierne
Dicta, & Iaſoniæ puppis bene cognita nautis:
Quæ Tartheſſiaco propior ſe tingere ſoles
Flumine conſpicio, Cauro ſubiecta procaci:
Cui Deus, & melior rerum naſcentium origo
Ius commune dedit cum Creta altrice Tonantis,
Noxia ne noſtris diffundant ſibila in oris
Terrificæ creti tabo Phorcynidos angues:
Et fortè illati compreſſis faucibus atris
Viroſo pariter vitam cum ſanguine ponant.

Et quæ ſequuntur, eſt enim locus prolixior.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

VLTONIA ad Hyperboreum mare protenditur: ei Media & Connacia Auſtrales ſunt: ac Media quidem Buindâ, Connacia verò Erno lacu, & fluuio Bannio ab eà diſtinguuntur. Hanc olim incoluere *Voluntij*, *Darni*, *Robogdij* & *Erdini*, quos Ptolemæus memorat. Regio omnis vaſta eſt, ſiluis & ſtagnis interrupta: reliquis partibus culta quidem, ſed non vſquequaque fertilis: ipſi quoque indigenæ ut in Scotiâ cœlo Boreali videntur animari, eoque horridiores eſſe, magiſque efferati. In VOLVNTIIS Comitatus tres ſunt, *Down*, *Antrimme*, & *Louth*, qui & *Iriel* dicitur. Sedes Archiepiſcopalis eſt *Armach* totius inſulæ metropolis: quam Beda vocat *Dearmach*; a quâ lacus *Eaugh* variè ſe fundens duas facit Cherſonneſos, *Lecale* auſtrum verſus, & aquilonem verſus *Arde*. In illo promontorium eſt quod Ptolemæus Iſanium vocat, nautæ *S. Iohns Foreland*: & opidum Dunum, ſitum in iſthmo, iam olim celebre ſede Epiſcopali: in hoc Thomas Smith Eques auratus nobis pueris anno 1572 coloniam ducturus, ita exceptus eſt, vt filium eius naturalem Hiberni canibus dilaniandum obiecerint: cuius facinoris autores poſtea interfecti & lupis in lanienam dati ſunt. DARNORVM ſedes fuere vbi nunc ſunt *Claneboy*, *RoWte*, *Glynnes*, & *Krine*: fluuius hic Vinderius, Ptolemæo notus: lacus *Eaugh* ſalmonibus totius Europæ præſtantiſſimis fœcundus beneficio *Lough* amnis, qui priſcis Logia dicitur, eſtque limpidiſſimus; talibus enim aquis delectantur ſalmones. ROBOGDIORVN nomen ſeruat vrbs Epiſcopalis *Rabogh*. ERDINI ea olim loca coluere, quæ nunc inhabitant reguli *O Donel*, *O Buil*, & *Mac Guir*. Hic Erno eſt lacus piſcoſus admodum, longus XXX, latus XV millia paſſuum, ex quo Bannius fluuius in occidentem ſeſe voluit: creditur autem is ex diluuio factus, diuinitus illis populis ob infanda ſcelera immiſſo; vt refert Giraldus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CONNACTIA, quæ Gyraldo Connacia dicitur, *Seno* flumine, Banna, & Oceano concluditur in ea ſunt Comitatus Clariæ, Letrimme, Gallweiæ, Roſecomin, Maio & Sligo. Ptolemæus hic locat AVTEROS & NAGNATAS, Ac videtur tota hæc regio nomē ſortita a portu Nagnatium, nam *Cuon*, quod in voce Connaciæ auditur, Hibernis portum ſignificat, Regio ipſa multis locis culta & fertilis, multis ſiluoſa, multis paluſtris eſt. Ora omnis maritima ſinubus varijs portuoſa. AVTERI Auſtralem partem occupant, in qua nunc *TWomondia* ſiue Claria, itemque regio *Clan-Richardi*, & Baronia *Atterith*, quæ priſcum adhuc Auterorum nomen præfert. In *TWomondia* Archiepiſcopalis eſt ſedes Toæ. *Clan-Richard* nomen habet ab Anglo quodam, familiæ Burgenſis quem Henricus VIII. comitem eius tractus fecit. *Atterith* eſt Anglorum Dominorum de Bermingham: in quorum ditione eſt Auſobæ fluuij oſtium Ptolemæo nominatum, quod nunc vocant *The bay of GalloWay*, habens in receſſu ſuo opidum elegans & turritum. Galloweia ſanè emporiū uſque adeò famoſum eſt, ut ipſam etiam Hiberniam apud quoſdam exteros celebritate ſuperet. NAGNATÆ ad Septentrionalem Connachiæ partem ſiti ſunt vſque ad Bannum flumen, qui Vltoniam, vt ſuperiore Tabula dictum eſt, & Connaciam diuidit. Hic rerum potiuntur *O Conor*, *O Roerc* & *Mac Diarmod*, ſuntque Hiberni ſilueſtres.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

19



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

MEDIA Hibernis *Myh*, Anglis *Methe* dicitur, a ſitu, eſt enim in inſulæ meditullio: in eà caſtrum *Lair* (creditur eſſe Ptolemæi Laberus) medium ſignificat. Regio omnis beatiſſima, & veluti inſulæ totius ſumen: agros habet frumenti fertiles, paſcua pecoribus & armentis idonea, ex quibus lac, caſeus, butyrum non ad vſum tantum ciuium ſed ad exportationum copiam conficitur: Colitur enim præ alijs frequentia hominum; *Cameram* idcircò *Hiberniæ* vocant. Diuiditur in partem Orientalem & Occidentalem. Illam *Buuinda* interſecat, ipſi *Boandum* vocant, alluitque Vbboniam, & opida Drogdam & Trim. Hæc *Laberum* habet, & *Deluinum*, quod Baronum Nogentorum in Anglia eſſe creditur. SINEVS fluuius Mediam Connaciamque interfluit. Hic Ptolemæo Senus dicitur, lapſuſque ex Vltoniæ montibus quos *Therne* vocant, per lacus aliquot, primum ad Macolicum ripis vrgetur, poſteà ingenti lacu, (eum accolæ *Lough Regith* nominant, ad eumque Regiam Ptolemæi ſitam fuiſſe veriſimile eſt) exceptus, colligit ſe rurſum ad oppidum *Athlon*, inde pontem ſuſpiciens ex viuo ſaxo exſtructum ab Hendrico Sidneio maximas naues capit, ac per ſexaginta plus minus milliaria iam rectus & grandis ſeſe in Oceanum Occidentalem exonerat, ad *Knoc Patric*, quod nobis ſonat Collem Patritij. Nechamus Poëta de hoc flumine ſic ſcribit.

Fluminibus magnis lætatur Hibernia, Sineus
Inter Connaciam, Momoniamq; fluit,
Tranſit per muros Limirici, Knock Patric *illum*
Oceani clauſum ſub ditione videt.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

20

DESCRIPTIO MOMONIÆ IN HIBERNIA.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

MOMONIA Hibernis *Mown* dicitur, Anglis *Mounſter*, definiturque ad Auſtrum mari Verginio; ad Boream, Seno & Neoro fluminibus, quorum ille Momoniam a Connacia, hic a Lagenia diſterminat. Diuiditur autem in Occidentalem & Auſtralem, nam ad Eurum Lagenia ſita eſt. In illa fuere olim Gangani, Luceni, Velabri & Vterini: in hac Vdiæ: quos memorat Ptolemæus. Nunc in ſeptem Comitatus diſtinguitur, Kerryenſem, Limiricenſem, Corcagienſem, Tripporarienſem, S. Crucis, Waterſfordienſem, & Deſmonienſem. Ad GANGANOS pertinent Kerryenſes homines feri, a quibus Hybernorum in prælio clamor inconditus fluxit. Infra eos eſt *Deſmonia* quam priſcis ſeculis, Lucerni, Velabri, & Iberni inſedere. VELABRI, ad Notium promontorium ſiti ſunt, ſub quo Iernus fluuius in Oceanum ſeſe exonerat ad *Dunk-eran* opidum ſede Epiſcopali celebre. Eſt autem hæc ipſiſsimum *Iuernium* Ptolemæo; quod cum Fluminis & Inſulæ nomine communem habet originationem ex eo quod occaſum ſpectent, nam *Hier* indigenarum lingua occidentem ſignificat. Eſt autẽ hoc loco copioſa halecum piſcatio. Poſt Ibernos ſunt VODIÆ, quorũ nomen in Kilkennienſi territorio præfert ager qui Idou & Idouth nominatur. In hoc tractu eſt vrbs Corcagia, emporio celebris, ſed vicinis vſque adeò exoſa, vt aduerſus eos tanquam hoſtes perpetuas cogant ciues excubias agere, ab eorũque coniugijs abſtinere. Flumen hic Ptolemæo notum Daurona, nunc Sauranus dicitur, qui per oppidum Liſſimor in Oceanum ſeſe exonerat. In Triparienſi Comitatu Palatinatus eſt S. Crucis. In Liriminenſi agro vrbs *Limiricum*, quam diuiſis aquis Senus Fluuius circumluit: ſedes eſt Epiſcopalis, emporium totius Momoniæ nobiliſsimum. Ad Auſtrum eſt *Æmlia* ſiue *Awn* Epiſcopatus & *Caſſilia* Archiepiſcoporum ſedes.

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

LAGENIA tota maritima eſt, & Orienti expoſita; eam a Momonia Neorus Fluuius maxima parte, a Connacia Sineus, a Media limites noti diſterminant: incolæ eam *Leighningh*, Britanni *Lein* vocant. In hac locat Ptolemęus Brigantes, Coriondos, Menapios, Connos & Blanos. Hodie Comitatibus diſtinguitur, Werford, Caterlogh, Kilkenni, Dublinenſi, Kildarienſi, Comitatu reginæ, Longford, quibus nunc adnumerantur Fernes & Wiclo. BRIGANTES inter Suiri oſtium & confluentem Neori Barrouique loca habuere. Ad Birgum conſedere olim COROIONDI, vbi nunc Carloo ſiue Caterlogh Comitatus & agri Kikennienſis pars, tum etiam Oſſiria ſuperior & Ormundia, ad quam fabulantur Lycaonum ritu homines interdum degenerare in lupos: Vtinam non & alibi. Infra Ormondiam ſunt montes Bladinæ, ex quibus Suirus, Neorus, & Birgus ſcaturiunt, quos accolæ tres ſorores vocant. Ad Neorum eſt opidum Kilkenni, quaſi dicas Cellam Canici; creditur autẽ Canicus religioſus fuiſſe eremita. Municipium eſt nitidum, cuius ſuburbium incolũt Hiberni, oppidum ipſum Angli. *Birgus* qui Anglis Barrow dicitur, e Bladina leuiter prolapſus, Rhebã Ptolemæo notam præterfluit: inde per *Dournam* & *Caterlagh* quæ & *Carlogh* labitur ad opidum *Leighlyn*: tum *Neoro* iniectus ad opidum *Roſſæ*, poſtea ſeſe in Suirum inſinuat, eiuſque oſtio exoneratur in Oceanũ Gallicum. MENAPIORVM ſedes fuit ubi nunc Comitatus Weshfordiæ, Hibernicè *Counti Rheogh*. Menapia vrbs, ad Modonam Fluuium fuit. Origo vrbi Belgica; ea & Flemingos olim dominos habuit, & oportunitas loci non reclamat. CAVCI habuere loca quæ nunc vocant *O More* & *O Brin*, fluuius hic *Onoca*. EBLANI ſunt Dublinenſes, quorum regio, Comitatu, rerum omnium copia, Schola etiam illuſtri celebris eſt; quam quum iſta ſcriberemus ornabat Iacobus Vſſerius Theologus eruditione & pietate & ſcriptis imprimis clarus, ei patria Dublinum.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

22



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

EST in Hiberniæ tractu quem Lageniam vocant Baronatus inſignis, Vdrones titulo, quem maxima parte Birgus fluuius ſiue Barrow ambit, ortus ex monte Bladina: niſi quod ex vicinis montibus amnes aliquot in Birgum ſeſe exonerantes reliqua claudunt: Regio hæc omnis amœna eſt & fertilis; pertinetque ad Comitatum *Catherlagh*, quem quondam Guilielmus Mareſcallus maximæ natu filiæ ſuæ dedit. In vicinia eſt *Leighlinia* regium oppidum a Bellinghamo nobiliſsimo Prorege patrum memoria caſtro munitum. Cætera ad Baroniam de Vdrona pertinent, quæ ad Carewos Deuonios ſpectauit ex quo Rogerus de Carew miles Anglicus Digonis Hibernici Baronis filiam in vxorem duxerat. *Cauanaghi* hic circumquaque agunt, qui a Duuenaldo Dermicij vltimi Lageniæ regis filio (incertum nothuſue fuerit, an è legitimis iunior) oriundi in numeroſam familiam excreuerunt, armis & manu prompti, rei equeſtris gloria inſignes, & qui antiquam, teſte Cambdeno, in ſumma paupertate ſpirant nobilitatem. Hi neſcio ob quæ inuicem homicidia ante multos annos admiſſa, capitali odio diſsidentes, per mutuas iniurias & clades ſe quotidie conficiunt, nulla vel pietatis vel legum habita ratione. Ac de Hibernia iſta ſufficiunt. Hoc addam; inſulam omnem animalibus veneno infeſtis carere. Lacerti buboneſque illuc delati non viuunt. Arbores quoque exportatæ nullo ſitu concipiunt vermes, aut araneas admittunt, quanquam & ſuas inſula araneas habeat, ſed innoxias. Weſtmonaſterij in Anglia, & Hagæ in Batauia prætorium ex eo ligno exſtructum creditur. Mirum dictu, ſed tamen certum eſt: araneis circum parietes pendentibus ligna munda relinqui, vix extremas illorum oras filamentorum texturis contingentibus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BRITANNIA inſula totius orbis longè celeberrima obuerſa Galliæ & Germaniæ, nomen habet ob excellentiã ſingulare. Omnes enim inſulæ (vt cap. XVI. lib. 4. refert Plinius) quæ iuxta eam inſulam quam nunc Britanniam dicimus, ſitæ ſunt, communi nomine Britanniæ olim vocabantur, ea verò quæ nunc Britannia dicitur, antea ab albis rupibus vocata eſt *Albion*. Itaque Ptolemæus epigraphen poſuit Ἀλβίωνος νήσου Βρεττανικῆς θέσις. Præterea etiam a Græcis ſcriptoribus ſingulari elogio vocatur ἡ μεγάλη νῆσος, & Procopio ἡ τῶν ἐκτὸς στηλῶν τῶν Ἡρακλειῶν νήσων ἁπασῶν μεγίστη. Romani in ea prouincias tres conſtituerunt vti autor eſt Rufus Feſtus, Maximã Cæſarienſem, Britanniam primam, & Britanniam ſecundam, quibus notitia Imperij, ſed poſteriore æuo, adijcit Valentinam & Flauiam Cæſarienſem. Figura eius triquetra eſt, Siciliæ maximè ſimilis, nam in tres diuerſos angulos ſeſe cuneat. Promontorium primum Occidentem verſus Angli vocant *The cape of Cornual*. Ptolemæus vocat ἀντιουέστειον ἢ βολέριον. Diodoro eſt Belerium. Secundum Cantiũ quod Orientem proſpicit, Anglis *Northforland*. Tertium Orcas ſiue Taruiſium quod longè in Septentrionem extenditur, Scotis dicitur *dungis behead*. Liuius & Fabius Ruſticus eam oblongæ ſcutulæ aſſimilauere. Aliorum ſententias Plinius loco quem dixi exſequitur. Initio Romani quum in eam delati eſſent, alterũ ſe orbem iactabant reperiſſe. Solinus *Finis erat orbis ora Gallici littoris, niſi Britannia inſula nomen pene alterius orbis mereretur*. Cæſar latus eius quod Meridiẽ ſpectat, ſcribit continere millia paſſuum quingenta: Quod ad Occidentem vergit, ſeptingenta millia; quod autem contra Septentrionem protenditur, millia paſſuum octingenta; vt circuitus vniuerſus ſit vicies centum mille paſſuum. Diodorus libro ſexto ambitum eius ſcribit eſſe duorum & quadraginta millium ſtadiorum. Martianus, *Britannia*, inquit, *longa millibus octingentis, lata trecentis, Circuitus tricies octies viginti quinque millia tenet*. Nugæ. Doctiſſimus & accuratiſſi-

 mus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

mus ſcriptor Camdenus Anglus hanc rationem iniuit, A Taruiſio promontorio ad Belerium, itinere ob ſinuoſos littorum tractus curuato, millia paſſuum ſunt 812. Inde ad Cantium 320. millia: denique à Cantio ad Taruiſium 704. millia, quæ ſumma eſt 1836. millium paſſuum. Regio omnis temperata. *Caledonia* quondam dicta fuit à ſylua cognomine. *Britannia* vel a Bruto Troiano quem Æneæ magni ex Syluio poſthumo abnepotem fingunt: vel à Britannis Galliæ populis, vt autor eſt Beda. Vel à Brutijs Italiæ, vel aliunde, vt in iſtiuſmodi inueſtigandis fiingendiſque lenocinatur ſibi ſtulta & barbara imperitia. Incolæ è Gallijs originem traxerunt: Cæſar primus è Morinis in Britanniam traiecit. Nam quod Vlyſſem ſcribit Solinus, in Caledoniæ receſſu appulſum, eiuſq; rei argumẽtum adfert aram Græcis litteris inſcriptã, quodq; Claudianus primo in Ruffinum libro canit,

Eſt locus extremum pandit qua Gallia littus,
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populum mouiſſe ſilentum,

illud Græcorum fabulis quam vero eſt propius. Nos Appioni & Grammaticis diſceptandum relinquemus, Vtrumne Vlyſſes in mari magno an in Mediterraneo errauerit. Certè ex Ptolemæo alijſque haud difficilis coniectura eſt, loca hæc initio inſediſſe & coluiſſe Belgas. Ille enim agnoſcit Atrebatios & Belgas. Illorum ſedes hodie dicitur *Barckshire*, iſtorum *Hamſhire*. Romani Britanniæ potiori parti quingentos pene annos imperarunt, à C. Cæſare ſcilicet ad tempora vſque Theodoſij iunioris: cuius ætate Romanorum legiones & præſidia ad Galliam defendendam accerſita, Britanniam inſulam reliquerunt; quo factum eſt, vt Picti Scotique partem Auſtralem inuaſerint; quorum impetum quùm diutius ſuſtinere Britanni non poſſent, euocarunt è Germania Saxones, viros bello adſuetos, quorum opera initio aduerſus Scotos & Pictos vſi ſunt. Poſtea verò

Saxo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Saxones ſiue cæli illecebris capti, ſiue Pictorum amicitia & familiaritate ducti, ſiue perfidia propria impulſi, fœdus aduerſus Britannos cum Pictis iniuerunt, hoſpitibuſq; ſuis per immanem perfidiã ſubactis partim, partim profligatis, ipſi illorum loca inuaſere: niſi quod in Walliâ veterum Britãnorum hodie ſuperſunt reliquiæ. Ab his igitur pars illa Britanniæ Anglia & Engelant dicta eſt; populi, Angioſaxones. Eſt certe Saxonica vox *Engelant*, quod & *Engelheim* patria Caroli magni in Palatinatu, & Engelburch, Engelrut, Engelbert, Engelhart, & plura eiuſmodi nomina teſtari poſſunt. Eſt & apud Ethelwerdum Angliæ illius Saxonicæ mentio. *Anglia*, inquit, *vetus ſita eſt inter Saxones & Giotes, habens oppidum capitale, quod ſermone Saxonico Sleſwic vocatur.* Saxones igitur Angli in Britanniam migrantes patriæ ſuæ nomen in inſulam ex continente tranſtulere. Scotia vetus nomen ſeruauit. Habemus igitur & appellationis originem, & diuiſionem Britanniæ in Angliam & Scotiam. Ptolemæus illam vocat in magna ſua conſtructione Britanniam magnam, hanc verò paruã: Hoc certum eſt, Romanos illã, vel quod vicinior eſſet Gallis, vel quod amœnior cultiorq; (nam Scotia præ illa eſt horridior) vel quod primum deuicta, nam Scoti validè ipſis reſtiterunt, Prouinciæ titulo coluiſſe, & cum ingenti ſuo commodo adminiſtraſſe. Alij totam Britanniam diuidunt in partes tres, *Lhoegriam* ſiue Angliam propriè dictam, cuius incolæ Angloſaxones; *Cambriam* ſiue *Walliam* cuius incolæ Britanni veteres, & *Albaniam* ſiue Scotiam, quæ exciſorum Pictorum portionem ad ſe profugam recepit. Cambria diuturnitate bellorum macerata, tandem Anglis ceſſit. Reſtitere diu Scoti animis & ſoli genio freti, inq; argumentum æmulationis ciuium ſuorum indolem ab Anglis diuerſam peruicacibus quoque armis pugnare iuſſerunt: donec tandem æmulationem iſtam fata damnarunt, & impoſito Rege IACOBO populos diſſidentes vno ſpiritu vnoque Imperio regi docuit.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

24



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BRITANNIÆ inſulæ Borealior pars quæ aſpera & montoſa admodum eſt, SCOTIA dicitur, olim Albania: atque etiamnum ab incolis qui auitam ſeruant linguam *Albain* appellatur. Tacitus *Caledoniam* vocat, a ſylva. Coloni videntur eſſe Hibernorum: argumento eſt ſermo, qui abHibernorum lingua non multum abludit. Termini eius Auſtrales Angliam verſus, ſunt Tueda, & Solueius, fluuij: quorum ille in Oceanum Germanicum; hic in Hibernicum voluitur; ad Septentrionem eſt Oceanus Deucaledonius, ad Occaſum Hibernicus, ad ortum Germanicus. Longa eſt LXVII. milliaria Germanica, hoc eſt Anglica 257. Lata LII. Germanica, ſiue 190. Anglica. Alias Oceani æſtuarijs ita interſecta eſt, vt nulla domus in ea ſit, quæ ab aqua marina vltra viginti leucas diſtet. Mare ipſum oſtreis, halece, corallis, mytilis, conchiſque diuerſi generis pleniſſimum: In vallibus plurimi ſunt lacus, paludes, konteſque & riui piſcoſiſſimi, quorum pars maxima e monte Grampio oritur. Mons hic mediam Scotiam interſecat, cuius pars Auſtralis, *Superior Scotia* dicitur; Borealis, *Inferior*. Superior Scotia fertilior eſt, incolaſque habet ciuiliores, quos *altæ terræ viros* nominant: vtunturque plerique lingua Anglica. Inferior Scotia aſpera eſt, inculta, agreſtis; eius incolæ dicuntur Scoti ſilueſtres, & *Imæ terræ viri*. Hi Hibernorum, a quibus originem traxere, mores, linguam, arma retinent, ſago & interiore tunica croco tincta aduerſus aëris & cæli iniurias muniti. Arma illis arcus & ſagittæ; cum lato enſe & pugione, quem acutiſſimum ſub zona ferunt. Hæc illa eſt bello inuicta gens, quæ viginti iam ſeculis imperij formam longa ſerie ad noſtra vſque tempora ſeruauit. Centum & octo reges a primo Ferguſio in Iacobũ numerantur, qui primus ditione populos vniuit, quos natura & ſitu iunctos bella diſiunxerãt. Iurgantes enim inter ſe optimates priuatas contumelias in ipſarum familiarum iniuriam & regni depopulationem vertebant. Cædem cæde penſare decorum credebatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

incendiaque alternis ignibus vindicare, etſi non ignorarent, priuatis iſtis iniurijs vaſtitatem patriæ inferri; Vſq; adeò ſuaue videbatur, etiam cum ſuo malo exitium vicini hoſtis procurare. Horum immanitatem ferociamque ſapientiſſimus Rex IACOBVS quum noſtra memoria abolitis ſemel odijs lenire ſtatuiſſet, primæ nobilitatis viros & faces iſtiuſmodi diſſidiorum quorum rixæ eminebant iuſſit finem odijs imponere. Mandatis addidit monita. Itaque precibus & autoritate fractos partim per ſe, partim per delectos ex Senatu ita conciliauit, vt in tota illa regione quæ antea factionibus diſſiliebat, nihil nunc ſit concordia & amica pace antiquius: quod illius Regis factum multis aliorum Imperatorum laureis eſt præſtantius. Ingenia Scotorum viuida ſunt, excitata, ignea: ſapientiæ capeſſendæ maximè idonea. Nihil eſt quod non ſuperare potuiſſet ingenium IOANNIS DVNS Scoti, ſi tempora modò cultum animi elegantiorem ipſi non inuidiſſent: nunc in Scholaſtico illo, (curioſone magis an vtili?) de rebus ſacris diſputandi genere, nihil eo acutius, nihil acuratius, nihil abſolutius: Subtilem doctorem vulgus, Scaliger etiam limam veritatis vocat. Obijt Coloniæ Anno M. CCC. VIII. Nam quum in exſtaſin incidiſſet (peculiarem ipſi ob acutiſſimas meditationes) diutiuſque ea detineretur, à diſcipulis pro mortuo elatus ſepultuſque eſt. Diſcipulum habuit inter cæteros *Guilielmum Occam* Anglicum, cuius ingenium ingenia omnia vetera ſubuertit; noua ad inuictas inſanias ob incomprehenſibiles ſubtilitates fabricauit atque conformauit. Alterum Scotiæ lumen fuit GEORGIVS BVCHANANVS Poëta incomparabilis, qui Oda, Elegia, Tragœdia non ſolum noſtri ſeculi homines ſuperauit, ſed antiquiſſimos æquauit. Diuiditur vniuerſa Scotia in plures regiones, quarum hæ præcipuæ. *Laudonia*, *Merchia*, qui terminus eſt Angliæ & Scotiæ, *Tiſedalia*, in qua olim Gadeni. *Eſchedalia* in qua Horeſti, *Nidiſdalia*, *Anandia*, *Gallouidia*, *Caricta*, *Coila*, in qua Nouantes. *Sterlinga*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

linga, *Mendethia*, *Cluidſdalia*, *Lelgouia*, in qua Damni. *Ernualia*, *Strathernia*, *Storia*, *Roſſia*, *Argatelia.* Sunt &, *Cantira*, *Loquabria*, vbi Epidij vixerunt, *Strathnahernia*, vbi Creones, *Fifa*, *Anguſia*, & *Marnia.* Sunt denique *Buquhan* Taizalorum regio; *Roſſemurray*, *Neßeland & Tarbath*, Vaçomagorum; *Beanroſſen & Sutherland*, Lugorum & Mertarum; *Cathnes* Catinorum & Cornabiorum. Archiepiſcopatus duo ſunt, Sancti Andreæ, & Glaſguenſis. Vniuerſitates duæ celebres, S. Andreæ & Aberdonia, quarum hæc ab Alexandro rege & ſorore Iſabella multis ornata eſt priuilegijs circa annum M.CC.XL. illa ſub Iacobo rege inaugurata, Anno M.CCCC.XI. Eſt & Glaſquenſis, inſtituta a Turubullo eius vrbis & tractus Epiſcopo. Neque verò a metallis deſtituitur: habet enim in Oriſdalia aurifodinam in qua lazurum effoditur: argentum etiam non vno loco hauritur. Ferri verò, plumbi, cupri ingens in montibus copia: Portuoſa eſt imprimis regio: lacubus, fluminibus, montibus celebris. Grampius imprimis nobilis eſt, qui Scotiam borealem ab auſtrali diſtinguit. Ordines ſub rege tres, Eccleſiaſticus in quo Archiepiſcopus S. Andreæ primas regni; Nobilium, in quibus Regis primogenitus eminet, quem Principem Scotiæ vocant, & Plebeius, conſtans ex primoribus ciuitatum. Fœcunda regio, adeò vt binos, ternos, quaternos vno partu edere non ſit infrequens.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SCOTIA Septentrionalis ab Orcadibus ad Grampium vſque montem ſeſe extendit: eius incolæ dicuntur imæ terræ viri, ſuntque ex cæli rigore truciores, acceduntque ad Hibernorum ſyluestrium mores a quibus ipſi originem ducunt, & quorum ſermonem referunt. Planè his conueniunt iſta Sidonij de Getis, *Flammei ſunt croco, pedes perone ſetoſo talos ad vſq; vinciuntur. Genua, crura, ſuræq; ſunt ſine tegmine, veſtis alta, ſtricta, verſicolor, vix appropinquans poplitibus exteris. Manicæ ſola brachiorum principia velantes. Viridantia ſaga limbis marginata. Penduli ex humeris balthei. Aurium tegulæ crinium ſuperiacentium flagellis operiuntur. Lanceis etiam vncinatis ſecùribuſq; miſſilibus vtuntur*: quod argumentum videri poſſit originis ipſorum. ORCADES in Oceano Germanico Boream verſus ſparſę ſunt numero triginta. Ratio nominis quiq; eam primi tenuerint, neſcitur: ſuſpicio eſt vel a Germanis ortos, vel a Pictis: ſunt autem inſulæ illæ cultæ, ſed ſine arboribus; hordei feraces, tritici indigæ: ſed & ſerpentibus, & venenatis animantibus carent. Plerique incolæ ouium paſtores ſunt, aut piſcatores. Prima in illis POMONIA eſt, quam Mainland quaſi S. Magni inſulam, vocant: in ea ſedes Epiſcopalis eſt ad Kirkwalle opidúm, cuius vicinia ſtanni & plumbi fodinas habet. Inde modico freto interiectis aliquot inſulis ſeiunctum eſt Scoticum littus: in quo primùm occurrit NAVERNIA maximè Borealis, nomen a flumine Nauerno habens: Hic Promontorium eſt Orcas quod Taruiſium alij vocant: Sequitur inde CATHENESIA, in qua promontoria Veruedrũ & Betubium quod accolæ *Dunis Bey* nominant quaſi Duncani ſinum. In eodem tractu locat Ptolemæus Cornauios, apud quos Duglaſſorum vetuſta arx conſpicitur, ſemidiruta: Has regiones excipit Meridiem verſus SVTHERLANDIA. in qua candidi marmoris montes ſunt, rarum ſub tã frigido climate naturæ opus. ROSSIA inde ad Neſſam lacum ſeſe extendit, latera eius pulſant hinc mare Deucaledonium, inde Germanicum. Eſt autem ea qua in montes attollitur aſpera at-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

que inamœna, multis admodum promontorijs in Oceanum utrimque excurrens, quo fit, ut & ſinubus pluribus mare admittat. Ac videri poteſt ex hac ipſa re nomen quoque Provinciȩ inditum; Ros quippe Scotis promontorium ſignificat. Lacus in hoc tractu complures ſunt, perquam piſcoſi, inter quos eminet is quem *Lubrum* vocant, in quo ingens eſt piſcium copia. Sunt qui hoc loco ponant Scotobrigantas, quorum in Apocolocynthoſi mentio eſt apud Senecam,

Ille Britannos
Vltrà noti
Littora Ponti,
Et cæruleos
Scotobrigantes
Dare Romuleis
Colla cathenis
Iuſsit, & ipſum
Nova Romanæ
Iura ſecuris
Tremere Oceanum.

Sed non ſemel illi peccant. Nam primum, Cur hic potius quam alibi ponunt Scotobrigantas? Deinde, cur fingunt gentem quæ nuſquam in rerum natura eſt? At, inquiunt, Seneca illos agnoſcit. Ego verò provoco ad codices ſcriptos & excuſos veteres : nulli enim iſtorum meminere. Dicent, ſe ita corrigere. Sed quis illis hanc poteſtatem dedit? Servetur igitur antiqua lectio. Et cæruleos Cute Brigantes: vel ut maluit noſter Iunius, Et cæruleos Cute Brigantes. Sed nos quod inſtitueramus proſequamur. Roſſia quà ſe in montem attollit, inamœna eſt, atque

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

que inculta, qua ſe in campos explicat vſque adeo fertilis, vt nulli Scotiæ parti concedat, meritò vt de ea dixerit Iulius Scaliger, *Scoti ex tritico apud ſe nato veſcuntur optimo vniuerſæ Europæ pane, candidiſſimo, leuiſſimo, maximè ſolubili.* Habet & Roſsia alabaſtri montes. *Neßus* lacus fluuium ex ſe fundit ſibi cognominem, ad quatuor & viginti miliaria. Aqua illius lacus ſemper fere tepet, neque vnquam glacie obducitur: quin & aſperrima hyeme fragmina glaciei in lacum coniecta protinus ſoluuntur. A Neſſo ad ſinum Oceani Occidentalis interuallum vix eſt quatuor milliarium: ſupra quam iſthmum eſt LOQVHABRIA ad mare Deucaledonium, regio imprimis copioſa maritimis & terreſtribus commodis: in eodem mari eſt inſula SKIE, quam inter & Hiberniam ſitæ ſunt HEBRIDES, quas Beda *Meuanias*, Ptolemæus *Ebudas* vocat.

DESCRIPTIO SCOTIÆ AVSTRALIS.

AVSTRALIS SCOTIA cultior eſt & amœnior: incolæ etiam ad omnem humanitatem magis facti, Anglis viciniores. Eſt in hac vltra Grampium montē MORAVIA, quam olim *Varar* dictam putant: regio frugibus & paſcuis fœcunda, arborum quoque prouentu totius regni facilè prima. Duo eius oppida ſunt nobilia, *Elgina* ad Loxiam amnem, qui nomen adhuc antiquum retinet; & *Neſſus* ad fluuium eiuſdem nominis. Sequitur Orientem verſus BVQVHAVIA longo ſe promontorio in mare Germanicum porrigens, Beata regio, omniumque ad vitam rerum neceſſariarum copia fœlix. Fluuios habet ſalmonibus abundantes, vno excepto *Ratra* qui piſcem hunc non admittit. Eſt in eius littore ſpelunca ad *Slanis*

castellum

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

caſtellum in qua guttatim ex fornice diſtillans vnda protinus lapideſcit in metas, quæ niſi tollantur humana induſtria, ſpatium totum opplerent; nitroſam eſſe neceſſe eſt. Helicen verſus ſunt duæ regiunculæ *Boena* & *Ainzia* quę ad *Spaam* vſque Fluuium ſe protendunt, Auſtralem Morauiæ terminum. Hinc Auſtrum verſus occurrit Done fluuius, Salmonum piſcatu nobilis, ad cuius oſtium eſt *Abredonia*, ad littus maris Germanici, quaſi dicas portum Donæ, in qua Vniuerſitatem Alexander Rex cum ſorore Iſabella condidere circa annum Domini M. CC. XL. Vno inde milliari occurrit oſtium *Deæ* fluuij, ad quod *Abreden* ſita eſt: Hodie illam veterem hanc nouam Abredoniam vocant ignari originum. Sequuntur ordine PERTHIA & FIFA. Illa ad vtramq; Taij ripam extenditur. Hæc Taium inter & Fortham flumina nobiliſſima ſita eſt in littore maris Germanici, promontorio longè excurrente. *Taius* Grampio monte ortus primum lacu cognomine excipitur, in tractu quem Bread-Albyn vocant. Inde progreſſus ad dexteram ſui ripam præterit oppidum Caledonium, quod indigenarum linguâ vocatur *Duncaldem* quaſi dicas tumulum corylis conſitum: coryleta enim vrbi & loco vicino nomen dedere, per incultos agros ſparſa variè. His locis creditur fuiſſe ſylua Caledonia; inque hoc tractu putatur Argentocoxus regulus ſub Seuero imperaſſe, cuius vxor Romam abducta quum a Iulia Auguſta Seueri coniuge conuitio vrgeretur, quod ex gentis illius more cum proceribus promiſcue miſceretur, fertur liberè reſpondiſſe, Πολλῷ ἄμεινον ἡμεῖς τὰ τῆς φύσεως ἀναγκαῖα ἀποπληροῦμεν ὑμῶν τῶν Ῥωμαϊκῶν. ἡμεῖς γὰρ φανερῶς τοῖς ἀρίστοις ὁμιλοῦμεν, ὑμεῖς δὲ λάθρα ὑπὸ τῶν κακίστων μοιχεύεσθε. Certè Caledones aut Caledonij altera quondam Pictorum regni pars fuere. Ammianus eorum Vecturionumque meminit. Infra Caledoniam duodecimo miliari in eadem dextera Taij ripa eſt *Perthum*: Ad ſiniſtram, ſub ATHOLIA eſt GOVRIA, inde Boream verſus ANGVSIA, regiones neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

incultæ neque infelices, Anguſiam Eſca fluuius mediam præterlabitur, quem *South* hoc eſt Auſtralem vocant, propter alterum Borealem qui *Merniam* præterfluit. In FIFÆ extremo promontorio eſt fanum S. Andreæ, *Andreapolim* hodie dicunt, in qua vrbe Iacobus Rex anno M. CCCCXI in Angliam profugus Academiam condi voluit. In reliquo littore dextra læuaque conſpiciuntur crebra oppida. Interius eſt *Cuprum* vbi ius Fifanis dicitur, & vlterius ad occaſum in promontorio Lacus *Leuinus* piſcoſus admodum. Qua IERNAM Fifa contingit eſt *Abrenothum*, vetus Pictorum regio. Sequuntur Prouinciæ *Sterlingia, Lenoxia*, *Argadia*, *Cuningham*, *Cliddeſdalia*, *Kyil*, *Landonia*, *Mercia*, *Carišta*, *Gallouidia*, *Nytheſdalia*, *Eſkdalia*, *Tiuedalia*, *& Auandia*. STERLINGENSEM agrum a Lothiana ſeparat Auennus; medium ſecat Carron fluuius iuxta quē viſenda ſunt aliquot vetuſtatatis monumenta: ad dexteram eius *tumuli* quidam exſtant, quos *pacis* vocant. Nec procul ab ijs rudera vrbis *Guidæ* in ipſa Seueri valle. LEVINIA lacum habet Lomundum in quo XXIV atque amplius inſulæ numerantur: Tria habet lacus ille ſingularia. Primum, piſces pinnis carent. Aquæ in ſummo ventorum ſilentio adſurgunt & mirifice agitantur. Inſula quædā cum gregibus & armentis natat. Opinor fungoſam vel pumicoſam terrā eſſe oportere. Haud diuerſum ab hoc eſt illud quod narrat Plinius libro XVI. cap. I. Romanos, dum circa Batauiam agerent, procul quaſi ingentem hoſtium claſſem vidiſſe, cui cum occurrunt conflicturi, non in aciem hoſtilem, ſed in arbores vnà cum inſulis natantes incidiſſe, quæ ad proxima quæque littora rapiebantur. Inſulam quoque auulſam ex Dania ſe ſuperfudiſſe olim ſtagnis Batauicis vbi nunc ſunt *Fenen* refert Petrus Nannius, Danos autem quum res ſuas repetitum veniſſent ac litem ſuper ea re inſtituerent, hoc reſponſi retuliſſe, vt vel alienum ſolum peregrina inſula liberarent, vel poſſeſſione cederent. Etiam in Palatinatu Germaniæ inter Vilſicam & Veidam inſulæ arboribus veſtitæ,

quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quum venti fuerint, vltrò citroque fluctuant. Plura iſtiuſmodi pete ex Plinio lib. II. cap. 95. Lomundus, quem diximus, Leuiniam amnem gignit, qui toti illi tractui nomen dedit. MERCIA ad Oceanum Germanicum porrigitur; hinc Forthæ æſtuario, inde Angliæ finibus & Tueda amne clauditur. Bernicum hic oppidum haud ignobile. Supra Merciam eſt LOTHIANA, cui a Lotho Pictorum rege nomen, alij *Landoniam* vocant. In ea amnes, Tina, Eſca, Letha, Almon. Oppida, Dumbarum, Hadintona, Dalketum, Letha, Limnuchum, & Edinburgum. Eſt autem Edinburgum ſedes regia & metropolis non tantum Landoniæ, ſed totius etiam regni. Ptolemæus vocat στρατόπεδον πτερωτόν, pinnata caſtra. Sita eſt editiore loco, inter montes, Pragæ Bohemorum haud abſimilis; longitudo ei ab ortu in occaſum mill. paſſ. Latitudo dimidio minor. Tota dependet ex monte, qui Boream verſus præcipitio munit vrbem; cætera ad orientem & meridiem muro clauduntur.

DESCRIPTIO ANGLIÆ.

ANGLIA Britanniæ magnæ pars eſt Auſtralis, a Scotia fluminibus Tueda & Solueio montibuſque Cheuietis diſiuncta: ad meridiem eſt Gallia, a quâ freto diſcluditur; ad Occaſum Hibernia cum Oceano Virginio; ad Ortum, mare Germanicum: patet in longitudinem CCC. II milliaria; in latitudinem a Belerio promontorio ad Cantium CC. Aër hic temperatus, cælum craſſum, in quo facilè nubes, imbres, venti concreſcant, quo fit, vt in Gallia etiam frigora ſæpe ſint quam in Anglia acriora; nulla hic bruma ſegetes extinguit, nulli æſtus

KB (Den Haag)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

27



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

li æſtus adurunt; ſed puro incorruptoque aëris tractu liquidi ac pellucidi fontes campos alluunt, Viſenda eius regni ſunt,

Mons, fons, pons, arx, Rex, eccleſia, femina, lana.

Moloſſos habet optimos: Miluos frequentes, & in Tameſi cygnos: Lauri non æquè fœcunda eſt Theſſalia: Roriſmarini planta, apud multas gentes ipſa etiam qua educatur cura pretioſa, hic vulgaris eſt, & nonnunquam in ſepes velut ad hortorum cuſtodiam ſtipata. Vitem alere quidem poſſet, & ad maturitatem perducere, ſed incerta lucri ſpe; propter cæli & ſoli humorem. Nam & Cantij amœnitas crebro collium dorſo ſuſpenſa, & Wintonienſis ager cum cæteris ad Meridiem ortumque ſpectantibus olim vineta habuere, quæ deinde maior paſcuorum vtilitas, viliuſque redemtum ex Aquitaniâ vinum exemit. Lupi iampridem exacti nudos greges & vix alicui moloſſo creditos non infeſtant: Deſierunt exeo tempore eſſe, quo Edgarus Rex Luduallo Walliæ principi trecentos lupos in ſingulos annos vectigalis loco perſoluendos imperauit: quod ille quum tribus annis continuis feciſſet, quarto deſtitit, profeſſus, nullum ſe amplius poſſe in toto regno inuenire. Ita ipſis Deus profuſas nec æſtimatas opes ſiue labore indulget. Cibo, corio, vellere, velut exudantis terræ muneribus populus in ocio & plerumque in obliuione laboris diteſcit: Ne quidem in colendo croco labor, quem optimum habent, facili herba oblatas in floribus opes non in vllius curæ aut induſtriæ præmium aperiente. E regione Eboraci halecum piſcatura vberrima eſt & quæſtuoſiſſima. In rupe *S. Vincentij* quæ fluuio *Auonæ* imminet, magna eruitur adamantium copia, qui ſplendore quidem Indicos prouocant, duritie cedunt. In Cornubia Deuoniaque ſtanni ſunt, & plumbi diuites venæ. Apud Brigantes Gagates plurimus: qui, ſi colorem quæras, nigrogemmeus eſt: ſi quantitatem, nullius ferè ponderis: ſi faculta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tem, aqua ardet, oleo reſtinguitur; ſi vim, attritu calefactus applicata detinet. Enaſcitur hic inter cautes, vbi rimis dehiſcunt, & priuſquam expoliatur, colore eſt ſubruffo & æruginoſo, expolitus verò nigro fulgore ſplendet. Cæterum de Britanniæ gemmis adeundus eſt Ammianus lib. XXIII. Incolæ proceri, venuſti, candida facie. Cibus maxima ex parte in carne conſiſtit. Cereuiſiam ex hordeo coquunt, potum ſapidum, gratum, iucundum, & vt ait Ariſtoteles libello de Ebrietate καρωτικόν. Hic in exteras etiam regiones aſportatur. Itaque quod de Septentrionalibus populis Virgilius 3, Georg. dixit, id etiam in Anglos quadrat, qui

----- noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.

Bello ſunt intrepidi, optimi ſagittarij, in pugna moræ impatientiſſimi; itaque prælia ipſorum impetu potius quam conſilio & ratione valent. Sed & nauigatione pollent. Academiæ in hoc regno, duæ ſunt nobiles, *Cantabrigienſis* in qua hoſpitia Scholarium nouendecim, Collegia verò XIV, & *Oxonienſis* quæ Collegijs ſedecim, aulis octo inſtructa eſt. Nullibi in tam ingenti regno veſtigal, nullæ in vrbibus pontiumue diſcriminibus publicanorum ſtationes, præterquam in ijs locis vnde naues in exteras plagas ſoluunt: Summa apud omnes nobilitatis reuerentia, quam intra breuem eorum numerum æſtimant, quos Dominos vocant: hi ſunt, Duces, Marchiones, Comites, & Barones. Populus præter rem agrariam & opificia, rei maritimæ imprimis ſtudioſus eſt: neque vllus eſt orbis angulus quem non excuſſerit. Miles mari pariter & terra pollet, præſertim ſi externo aëri adſueuerit, cibiſque quos quæque regio peculiaris habet. Claſſem ſane Eliſabethæ Reginæ in Luſitaniam ductam nulla res alia debellauit. Diſcrimina omnia & ipſam adeò mortem impetu magis quam iudicio contemnunt; adeò vt venales animas habere videantur, cuius rei

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

non vnum dedere experimentum tum in vrbium expugnationibus, tum in acie aperta, tum in prælijs naualibus, tum ſi quos ad reſtim vel belli iura vel hoſtium immanitas adegerunt, cum ſtupore & aperto etiam aliarum nationum conuitio, lacrymis & quiritatione incertam vitæ vſuram poſtulantium. Leges quibus vtuntur Angli Gallica lingua, ſed veteri ſcriptæ ſunt, quas ita religiosè ſeruant, vt quum cætera omnia audeant, has ſolas mutare nefas putent. Nihil non conati ſunt in Philoſophia aduerſus Platonem & Ariſtotelem: nihil non in Mathematicis aduerſus Euclidem; Cælum ſtare, terram raptari in orbem conſtans quorundam opinio eſt. Solem ipſum non inhærere ſuo orbi, ſed vagari aut inſtar globi per vaſtum illud inane diſcurrere, ſtellas ouium ritu in cælo errare proprio motu, ſunt qui adſeueratè diſputent. In religione quidam quo longius a patrum veſtigijs abſunt, hoc ſe propiores cælo credunt. Noſtra memoria religionem pater quidam domi cum duobus filijs ſuis procuderat. Placuit poſteà patri aliter opinari: excluſus eſt ex Eccleſia. Iam duo ſupererant, & quidem fratres: Sed nec iſti diu conſenſerunt: Diſſilientibus iſtis, facta eſt ſolitudo: & ex eo Eccleſia triplex ſubnata, ſingulis ſibi ſalutem excluſis reliquis pollicentibus. Cui malo non videtur poſſe adferri medicina, niſi a conſenſu in neceſſarijs fidei capitibus, & reliquorum capitum æquabili tolerantia, dum ad priſcam & Apoſtolicam formam reſectis humanæ inſtitutionis commentis omnia reuocantur. Vrbes per vniuerſum regnum ſunt plurimæ: eximiæ hæ ſunt, *Londinum*, *Eboraeum*, *Cantuaria*, *Briſtolia*, *Gloceſtria*, *Cantabrigia*, *Oxonia*; Flumina præcipua, *Tameſis*, *Humbrus*, *Trenta*, *Ouſa*, *Sabrina*. Archiepiſcopi duo, *Cantuarienſis*, ſub quo Epiſcopi XXII. & *Eboracenſis*, ſub quo tres. Fora temporalia ſunt hæc, *Bancus Regius*, *Camera Curiæ ſtellatæ*, *Bancus communis*, *Scaccarium*, *Curia Wardorum*, *Admiralliꝫ*, *Aſſiſæ*, aliæque. Nos in deſcriptione particulari orſi a limite Scotico ſeriatim Prouincias deſcri-

 bemus,

bemus, eo ordine quo ſitæ ſunt: Romani enim initio Pentarchiam fecerunt: Saxones Heptarchiam. Sub Ethelredo diuiſa eſt tota in Comitatus XXXII. Guilielmus primus addidit quatuor, quibus poſtea tres adiectæ ſunt; vt eſſet numerus Prouinciarum XXIX. His addantur XIII Comitatus Walliæ, fietque ſumma LII Comitatuum. Ergo

TABVLA PRIMA habebit Comitatus *Northumbriæ*, & *Cumberlandiæ*, *cum Epiſcopatu Dunelmenſi.*

SECVNDA, Comitatus *Weſtmorlandiæ*, *Lancaſtriæ*, *Ceſtriæ*, *Caernaruæ*, *Dembingij*, *Flintæ*, *Merionidh*, *Montgomerij*, & *Salopiæ*, *cum inſulâ Maniæ.*

TERTIA, *Cambriam ſiue Walliam.*

QVARTA, Comitatus *Cornubiæ*, *Deuoniæ*, *Somerſeti*, *Dorceſtriæ*, *Wiltoniæ*, *Glamorgam*, *Caermarden*, *Pembrock*, *Cardigam*, *Radnor*, *Herefordiæ*, & *Wigorniæ.*

QVINTA, Comitatus *Eboracenſem*, *Lincolnenſem*, *Derbienſem*, *Staffordienſem*, *Nottingham*, *Leceſtrienſem*, *Rutlandienſem*, & *Norfolcienſem.*

SEXTA, Comitatus *WarWicenſem*, *Northantonienſem*, *Huntingdonienſem*, *Cantabrigienſem*, *Suffolcienſem*, *Oxonienſem*, *Buckinganienſem*, *Bedfordienſem*, *Hertfordienſem*, *Eſſexienſem*, *Bercherienſem*, *Middelſexienſem*, *Southantonienſem*, *Surrienſem*, *Cantium*, *Southſexium.*

SEPTIMA, Inſulas habet, *Vectim*, *Garſay*, & *Garneſay.*

Vtile fuerit videre recenſum Prouinciarum, earumq; ad veterem nomenclaturam collationem, & parœciarum omnium enumerationem.

OTTA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

OTTADINI.

Northumberlant. Hic & in Epiſcopatu Dunelmenſi ſunt Parœciales Eccleſiæ 58

BRIGANTES.

Yorckſhire: Parœciæ hic 459

Richmondſhire, habet parœc. 104

Lankaſter habet p. 36

Weſtmorlant 26

ORDOVICES.

Montgomerſhire.

Marionetſhire.

Caernauernſhire.

Denbinghſhire.

Fliuitſhire.

SILVRES.

Herefordſhire, parœcias habet 176

Kadnoſhire.

Brechnockſhire.

Moutmonthſhire.

Glamorganeſhire.

CORNAVII.

Warwickſhire. parœc. habet 158

Worceſterhire 152

Staffordſhire 170

Cheſſhire 68

CORITANI.

Nothamtonſhire 362

Leiceſterhire 47

Lincolneſhire 630

Nottingamſhire 168

ICENI.

Suffolke 575

Northfolke 660

Cambridgeſhire 168

Huntingtonſhire 78

TRINOBANTES.

Middleſex 73

Eſſex 415

CATTIEVCHLANI.

Buckingamſhire 185

Bodfordſhire 116

Hertſforthire 120

DOBVNI.

Gloceſterhire 280

Oxfordſhire 280

CANTIVM.

Kent habet parœcias 398

REGNI.

Suthry 140

Suſſex 312

ATREBATII.

Barkiſhire 140

BELGÆ.

Somerſetſhire 385

Wilſhire 304

Hantſhire 253

DVROTRIGES.

Dorſerſhire 248

DANMONII.

Cornwal 161

Denſhire. 394

Summa Paroeciarum omnium ſeptem M, centum, quatuordecim, præter minora ſacella: & Paroecias quæ inſulis continentur.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

NORTVMBRIA qua Scotiæ obuertitur montes habet & flumen *Twedam*: regio aſpera, incolæ Martij ſunt, partim ex Scotiæ vicinia, partim ex ſoli & cæli genio, partim ex ſuffoſsione montiũ dum lithanthras extrahunt: partim ex veteri proauorum virtute, ſunt enim Pictorum poſteri: Auſtrum verſus flumina duo ſunt, *Irthingus* & *Tina*, ille in mare Hibernicum, iſte in Germanicum ſeſe effundens, ſecundum quos totam, quam lata eſt, inſulam ſecat murus Picticus Romanæ prouinciæ limes ſiue cluſura, CXXII millium paſſuum longitudine, Seueri opus, qui, vt ait Oroſius, *partem Inſulæ a cæteris indomitis gentibus vallo diſtinguendam curauit: magnamque foßam cum firmiſſimo vallo crebris turribus communitam per* CXXII *mill. paß. a mari ad mare duxit.* Eum Beda octo pedes latum, & duodecim altum fuiſſe ſcribit, recta ab oriente in occaſum linea, cuius non ſolum veſtigia, ſed etiam fragmenta in longa ſpacia porrecta ac tantum pinnis nudata hodieq; conſpiciuntur. Is nunc aliquot locis perfoſſus eſt. Oppida hic aliquot inſignia, Boruicus, cuius mentio in Notitia Imperij, Vindolanum, Wincheſter, cohortis tertiæ Gallorum ſtatio limitanea: Nouum caſtrum Neucaſtle, aliaq;. CVMBRIA, ſiue *Cumerlandia* ab Irthingo ſiue Ituna Northumbriæ flumine auſtrũ verſus ſecus mare Hibernicum extenditur. Multa huius Comitatus ſunt commoda: æris, auri, argenti fodinas inſignes habet: prata & colles gregibus paſcendis, arua ſegeti curandæ; vrbes frequentes. Vix liceat ibi pedem ponere, quin veſtigium exſtet antiquitatis Romanæ aut Saxonicæ: ſtatuæ equeſtres, aquilæ, leones, monumenta, arcus, pyramides, ſaxa, numiſmata, inſcriptiones, aræ infinitæ. DVNELMENSIS Epiſcopatus qui incolis Durham dicitur, ad Septentrionem Northumbria ad Occaſum Cumbria ad auſtrum Teſi flumine clauditur. Primaria huius regionis vrbs eſt Dunelmum Epiſcopatu celebre. Eſt & Iarrow vel Girwy ad Tinæ oſtium, patria Bedæ.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

29



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

WESTMORLANDIA ad helicen & occaſum Cumberlandiâ, ad ortũ Eboracenſi & Dunelmenſi agro terminatur; eſtque maxima parte inculta. Auſtralis pars Lono clauditur: in ea oppidum Candaliæ lanificij gloria & textorum induſtria præcellens.

LANCASTRIA ad mare Hibernicum protenſa, ſubiacet Weſtmorlandiæ, hordei triticique ſatis fertilis: habet in locis vliginoſis abraſa terræ ſuperficie vnctuoſos ceſpites, quos ipſi *Turfs* vocant, ad fomitem ignis, quibus implexæ ſunt arbores vetuſtæ quæ diu defoſſæ iacuerunt, certo inundationis alicuius argumento. Boues hic opimi: vrbes memorantur, *Mancheſter* quod Antonino Mancunium, & *Ormeſkircke*. Fluuij *Merſeius, Irwellus, Dugleſſe, Ribellus, Wyre, Loccus, Lonus*. Sequitur Auſtrum verſus CESTRIA, in qua vrbs ampla Anglis *Cheſter* & *Weſtceſter* Ptolemæo *Deuna* dicta. Fluuij *Deua*, *Wener*, *Merſey* & *Danus*. Ceſtriam auſtrum verſus excipit CAERNARVONSHIRE, Latini Aruoniam vocant: oppidum hic *Bangor* clarum Epiſcopali ſede, & veteri monaſterio Banchorienſi, ex quo hæreſiarcham Pelagium profectum fama eſt. Fluius hic Conouius. DENBIGENSIS ager & FLINTENSIS ordine ſequuntur, in hoc eſt *Ruthum* emporium, *Debingia* oppidum, & Epiſcopatus *Aſaphenſis*, *Ruthlan* caſtello nitens. MERIONETSHIRE a Montgomerio oppido ad ſinum vſque lunatum & Oceanum pertingit, omnium totius Walliæ partium maxime horrida. MONTGOMERIA valles habet amœnas & fertiles, oppida Montgomerium, Lantuethlin; Fluuium nobilem *Sabrinam*. SALOPIA ampla regio & fœcunda. Vrbs Shreſburg quam vulgo Salopiam vocant. MONA inſula Plinio Monabia dicitur, Oroſio Menauia, linum fert & canabim, hordeum, & triticum. Ouium paſcit ingentes greges: Effodiuntur & hic bituminoſi ceſpites.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CAMBRIA ſiue *Wallia* auita eſt Britannorum ſedes, à Saxonibus immunis, linguæ idiotiſmo veteri etiamnum gaudens, atque ab Anglia Saxonica tum dialecto, tum Sabrina & Dia fluuijs diſtincta. Cætera eius regionis mari Hibernico pulſantur. Terra omnis montoſa, aſpera, cliuoſa, niſi qua mari vicina eſt; hic enim ſolum fœcundius. Incolæ, vt teſtatur Humfredus Lhuydus, Anglos veſtitu imitantur, impatientes laborum, generiſq; nobitate ferociẽtes, parcè & duriter domi vitam agunt: pleriq; in Anglia ſe clientelæ & famulitio Regum ac nobilium dedunt, ad quæ ſupra quam dici poteſt ſunt apti. Liberorum etiam educationi inſtitutioniq; operã dant: quo fit vt nullus adeò in vniuerſa Cambria ſit fortuna tenui, qui non in Schola edoctus ſit: peritiores iuri operam dant, deque eo etiam erudite reſpondent. Prouincia hæc ex antiquo receptoq; more, primogenito Regis Angliæ cedit, qui ex eo Princeps dicitur Walliæ. Regiones eius tres ſunt, DEHEVBARTIA ad Auſtrum ſita. VENEDOTIA ad Boream, & POVISIA in medio vtriuſq;. In *Deheubartia* Comitatus ſunt ſeptẽ, *Herefordiæ*, *Brechiniæ*, *Monumetenſis*, *Glamorgenſis*, *Maridunenſis*, *Pembrochienſis & Ceretica*. In *Powiſia* Comitatus duo, *Radnoriæ & Montgomeriæ*. In *Venedotia* quatuor, *Merninæ*, *Aruoniæ*, *Devbingæ & Flintæ*, ſub quibus MONA inſula continetur, quæ vt ſuperiore Tabula diximus, quamuis arida, aſpectuq; inamœna olim iudicata ſit, nunc tamen culta admodum & fertilis eſt, triticique prouentu adeò fœcunda, vt Mater Walliæ vulgo appelletur. Ptolemæo dicitur Μόνα νῆσος. Lapides hic molares è ſaxis exſcinduntur; & è terra alumen & chalcanthum. Incolæ ditiſsimi, Britannica vtuntur lingua, Anglicæ penitus imperiti, Angliæ tamen regibus iam inde ab annis CCC. paruere. Si quis Regum Manniæ ſeriem & nomina ſcire cupiat, petat ex Cambdeno, qui illa ex monaſterio eius inſulæ, quod *Ruſſim* vocant, fideliter deſcripſit.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CORNVBIA Anglis *Karnaw*, vulgò Cornwallia dicitur: eſtque promontorium Angliæ extremum in Oceano Gallico: Fertilis ſi colatur regio, ſegete, pratis, atque imprimis metallis. Oppida in ea, *Heiſton* in quo ſtannum ſignatur, cuius ibi maximus prouentus: *Peryn*, vbi mercatus frequens: *Volemouth*, nobilis & neceſſarius portus, reſpondens Brunduſio Italiæ; poſt hæc, *Arwenach*, *Truro*, *Grampound*, *Fowy*, *Leſtuthiell*, aliaque complura. DEVONIA quæ Cornubiam ortum verſus ſequitur, quamque indigenæ vocant *Deinſhir* latius patet, terris ex cunei velut angulo vtrimque recedentibus. Hic ſtanni fodinæ ingentes: vrbs primaria *Excester*, vulgus Exoniam vocat, Ptolemæus *Iſcam*, Antoninus *Iſcam Domniorum*. Portus nobilis *Pleymouth*, patria Franciſci Draci: Hanc excipit SOMERSETHIA, in qua nobilis ciuitas *Briſtolia*. DORCESTRIA magis ad Auſtrum vergit, Vrbs prima *Dunium*, quod vulgò *Durnouiam* vocant. WILTONIA quæ *Welſhire* a Gallis dicta eſt, primarium oppidum habet *Wiltonum*, ſed præter alias complures etiam *Malmeſburium*. GLOCESTIÆ caput eſt vrbs eiuſdem nominis, ſunt qui eam *Glouerniam* vocent. MONVMETHENSIS Comitatus ad Sabrinæ oſtium & mare Hibernicum ſitus eſt. GLAMORGANIA ſupra eam ſe porrigit. Sequuntur, CARMARDENSHIRE cuius vrbem primariam Ptolemæus vocat *Maridunum*: & magis ad Occidentem vergens PENBROCHIA, tota littoralis: Supraque eam CERETICA in eodem littore. Quibus prætenduntur Orientem verſus in continente RADNORIA, BRECHNOCHIA, HEREFORDIA, & interior VIGORNIA.

KB Den Haag



Eboracum Lincolnia Derbia Staffordia etc.
Milliaria Anglica
10 20 30 40 50
GERMAN-ICUS
OCE
ANUS
SEPT-ENT.
MERI-DIES
OCCID.
ORIENS
Eboracum
Lincolnia
Nottingamia
Derbia
Staffordia
Lancastria
Cestria
Leceſtria
Norfolcia
York
Hull
Scarbourg
Lyncolne
Boston
Yarmouth
Norwiche
Darlington
Applebye
Lancaſter
Manchester
Notingham
Derbie
Stafford
Coventre
Leceſter
Peterburg

SEQVITVR ad mare Germanicum EBORACENSIS ditio: quam Septentrionē verſus Dunelmenſis Epiſcopatus, Auſtriã verſus Lincolnienſis Comitatus termināt. Metropolis eſt *Eboracum*, quod Angli Yorcke indigetāt, vrbs totius regni poſt Londinum prima magnitudine, ciuium copiâ, amœnitate, opibus: Eam *Vrus* fluuius mediam perlabitur, & quaſi in duas vrbes ſecat, ponte lapideo coniunctas. Sunt præter hāc & aliæ triginta octo. LINCOLNIA huic meridiē verſus ſubiecta eſt ad mare Germanicū, regio ampla, campis frumentarijs & paſcuis læta: nomen habet ab vrbe primaria. DERBIENSIS ager mediterraneus eſt, obuerſus Lincolniæ ad occaſū: Vrbs præcipua eſt *Darbia*, celebris cocturâ ceruiſiæ quam *Eal* vocant: Montes huius prouinciæ plumbum habent: quod ex lapidibus effoſſis, igniq;, flante Fauonio exuſtis defluens in maſſas cogitur, habent & antimonium, & lapides molares. STAFFORDIA quoq; mediterranea eſt, ſubiecta Derbienſi agro, prætenſa ad occaſū Salopiæ: arcem habet inſignem & vrbem ſibi cognominē: Eſt præter hanc quoq; *Lichelfeldia* Epiſcopali ſede & *Burtomum* alabaſtrinis operibus celebre. Inter Lincolniã, & Derbiniã Staffordiãq; ſita eſt NOTTINGHAMIA, nomen habet ab vrbe primaria quã *Trenta* fluuius præterfluit; hanc templa, caſtrum forum, domicilia ciuium ampla venuſtant. Ager prouētu glicyrhizæ fœcundus. LEICESTRIA huic ad auſtrū, ſubiacet, cāpeſtris, quã mediã ſecat *Soarus* fluuius ſubluēs oppidū eiuſdē cum prouincia nominis. In hoc tractu fuit, *Verometū* Antonini. RVTLANDIA a ſolo rubricāte nomē habet; Opidu hic *Vppīghã* Gymnaſio celebre ad puerorū inſtitutionē. NORFOLCIA diues regio Oceano Germanico pulſatur, prata habet, cāpos, & colles paſcēdis gregibus. Hic ſita fuit Antonini *Sitomagus*, quã nūc *Thetfort* dicunt. Eſt & *Norwicus* vrbs celeberrima. Et portus *Yarmouth*, quaſi dicas Garienis fluuij oſtiū; a quo nō procul in Oceano vberrima halecum captura. Sunt & alia oppida XXV, pagi complures, Eccleſię parœciales DCIX.

 KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HÆC Tabula reliquas Angliæ partes habet, *Warwicum, Northamtoniam, Huntingtoniam Cantabrigiam, Suffolciam, Oxonium, Buckingamiam. Bedfordiã, Hertfordiam, Eſſexiã, Berceriam, Middelſexiam, Southamtoniam, Surriam, Cantium, & Southſexiam*, ſerie ea quam ex Ptolemæo ſeruandam eſſe alibi oſtendimus. Regiones iſtas ſingulas accuratè deſcribere, longi eſſet operis, quum ſingulæ librum mereantur, ſunt enim fœliciſſimæ & prouentu rerum quas natura poſſit expetere non ad vſum tantum ſed etiam ad delitias, opulentæ. MIDLESEXIA exeo nomẽ habet, quod hic Saxones medio loco inter Orientales, Occidentales, & Auſtrales, qui vulgo *Eßex*, *Weßex* & *Southſex* vocantur, ſedem ſuã poſuerunt, in agro Trinobantum, ad flumen *Tamiſin*, qui vt in Iudæa Iordanes ex duorũ fluuiorum *Soc* & *Dan* concurſu nomen habet compoſitũ: ita ab *Iſide* & *Tamâ* iunctis Tamiſis vna voce appellatur. Ad eam ſexaginta ab Oceano millibus paſſuum ſitũ eſt nobile *Londinũ*, totius Angliæ epitome, Tacito, Ptolemæo & Antonino *Londiniũ & Longidinũ* dicitur, ſub Valentiniano etiam *Auguſta:* itaque in notitia Imperij legas, *Præpoſitus Theſaurorum Auguſtenſium in Britannia*. Eſt autem verè *Vrbs animis numeroq; potens, & robore gentis.* Epiſcopum habuit iam ſub Coſtantino Reſtitutum, cuius in Concilio Arelatenſi mentio eſt. Templum hic nobile B. Pauli. Arx præterea munitiſſima Angliæ totius armamẽtariũ, in qua officina monetaria. Pons quoque e viuo ſaxo nouendecim fornicibus diſtinctus, ſtupendum opus, quum vtrimque ſplẽdidis ædificijs, & via inter ea diſcurrente ſit exornatus. Eſt & Burſa ſiue peri ſtyliũ ad vſus mercatorũ qui ex omnibus orbis partibus eo concurrunt. Infra vrbem eſt domus regia *Grinwicia*, ſupra, prætorium *Richemundum:* Eſt & *Veſtmonaſterium* foro iudiciario, & regiâ longè celeberrimũ; templo etiã B. Petri, in quo reges inaugurari ac defunctos ſepeliri mos eſt. In CANTIO ſunt *Douera* quæ Dubris, & *SandWikum*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

RARÆ circa Angliam ſunt Inſulæ. MONA duplex eſt, Vna in mari Hibernico ita ſita vt ſupra habeat Gallouidiam, dextra Cumberlandiam, læua Hiberniam, infra Caernauã, Hæc illa eſt quæ ad arctum, medio, vt inquit Cęſar, inter Britanniam & Hiberniam curſu iacet. Altera ea eſt quã nuc repræſentamus, exiguo freto a Caernauania diſtincta, diciturque *Angleſey*. Fuit antiqua Druidum ſedes, debellata primum a Paulino Suetonio. Tacitus. *Monam inſulam incolis validam & receptaculum perfugarum aggredi parat Paulinus, nauesque fabricauit plano alueo, aduerſus breue littus & incertum. Sic pedites, equites vado ſequuti, aut altiores inter vndas adnatantes equis, traſmiſere. Stabat pro littore diuerſa acies, denſa armis viriſque, intercurſantibus fœminis, quæ in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus deiectis, faces præferebant. Druidæque circum preces diras ſublatis in cœlum manibus fundentes, nouitate aſpectus perculere militem, vt quaſi herentibus membris immobile corpus vulneribus præberent. Denique cohortationibus ducis, & ſeipſos ſtimulantes, ne muliebre & fanaticum agmen pauescerent, inferunt ſigna, ſternuntque obuios, & igni ſuo inuoluunt. Præſidium poſt hæc impoſitum vicis, exciſique luci ſæuis ſuperſtitionibus ſacri. Nam cruore captiuo adolere aras & hominum fibris conſulere Deos ſolebant.* Rebellantes iterum ſubegit Iulius Agricola, vt in eius vita refert Tacitus. Eſt etiam ſed vicinior Galliæ inſula IARSEI Antoninus *Cæſaream* vocat, ad littus Conſtantini, vrbemque antiquam Conſtantię, Ammianus appellat caſtra Conſtantinia: & XX inde milliaribus GARSEY, quæ Antonino Sarnia dicitur, in qua Smyrus lapis effoditur quo vitriarij vtuntur ad vitra diffindenda. In vtraque pro lignis, quorum ingens penuria eſt, vtuntur *Fuco marino*, ipſi *Vraic* nominant, quam mare eiectat & vicinis ſcopulis allidit. Sola hæc inſula XII Parœcias habet.

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

QVI poſt BRITANNIAS inſulas ſtatim *Norwegiam* deſcribunt, nullas habent, cauſſas cur Europæ continentem incipiant ab extrema eius regione. Nos Ptolemæum & certiſſimam, quam initio expoſuimus, rationem ſequuti, HISPANIAM terram Britannijs ſubiecimus. Habet autem ea ab ortu montem Pyrenæum, qui a Veneris templo ſiue promontorio exortus, prope Illiberos (*Colibre* hodie dicunt) in Oceanum procurrit Cantabricum, qua parte regio maximè anguſta eſt. Ab Aquilone Cantabrico Oceano; ab Occaſu Heſperico ſiue Atlantico alluitur: ab Auſtro verò mari Iberico ſiue Balearico, & freto Herculeo clauditur. Longitudo maxima eſt miliarium Hiſpanicorum C C. Latitudo C X L. ambitus D C. Sita eſt vniuerſa ſub quarto Climate, vel potius inter medium quarti & medium ſexti. Cherſoneſi ſpeciem habet ſi totam contempleris, Iſthmo enim Galliæ adhæret, hinc inde pelago fatigatur, perrupturo etiam, niſi Pyreneorum moles obſiſteret. Pyreneï montes nomen habent vel à puella Pyrene Bebricis filia in illis montibus ab Hercule conſtuprata, vt vult Silius Italicus lib. III. vel (quod veriſimilius eſt) ab fulminum ignibus, qui ſummos iſtos montes frequenter feriunt: vel, vt placet Diodoro lib. VI. quod ſiluæ in hiſce montibus iniecto à paſtoribus igne conflagrauerint. Eos montes ob argenti & æris fodinas quondam celebrârunt; nunc non æquè. Incolas verò iſtorum montium appellârunt Alpinos. HISPANIAS, ex eo nomē habet quod ſit σπανίη, rara ſcilicet & infrequens ob locorum aſperitatem, & planitierum quarundam ſterilitatem. Apoſtolus ad Romanos ſcribens eam Σπανίαν exſertè vocat capite XV. Primum inhabitata creditur à Tubal poſt cataclyſmum. A flumine Ibero, dicta eſt Iberia, & vicina regio Celtiberia: A Bæti Bætica. Ab Heſpero Heſperia: Plinius etiam ſcribit, opinari quoſdam, Hiſpanos oriundos à Græcis, quum Ætoli Diomedem poſt euerſam Troiam in Hiſpaniam ſunt ſequuti. Silius in tertio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Et quos nunc Grauios violato nomine Graium
Oeneæ miſere domus Ætolaque Tyde.

M. Varro in vniuerſam Hiſpaniam perueniſſe Iberos, & Perſas, & Phœnicas, Celtaſque, & Pœnos tradit, vt monet Plinius lib. II. cap. I. Diuiſa primum fuit in Citeriorem & Vlteriorem, reſpectu Italiæ: *Citerior* Hiſpania in ſeptentrionali plaga à Pyrenæo vſque ad Carthaginem porrigebatur. *Vlterior* à Celtiberis vſque ad Gaditanum fretum extendebatur. Poſtea in prouincias tres, Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem : atque hanc partitionem ſequitur Ptolemæus. Sextus Rufus ſex memorat, *Tarraconenſem*, *Carthaginienſem*, *Luſitanicam*, *Galiciam*, *Bæticam* & trans freta in regione Africæ, *Tingitanam*. Maurorum tempore regna fuerunt in Hiſpania plurima, quæ poſteriores in quinque diuiſere, Caſtellæ, Aragonum, Portugalliæ, Granatæ & Nauarræ. Hodie tamen præter Nauarreni regni partem, tota ſubiecta eſt Philippo III. Philippi filio, Caroli nepoti. Partiuntur autem noua diſtributione totum imperium in tria regna, Arragoniæ ſcilicet, Caſtiliæ, & Portugalliæ. Sub Arragonenſi regno comprehenditur præter Arragoniam, Catalonia, Valentia, Maiorica, Minorica. Sub regno Caſtiliæ comprehenditur *Biſcaia*, *Legio*, *Aſturia*, *Galæcia*, *Eſtremadura*, *Andaluſia*, *Granata*, *Murcia*, *Utraque Caſtilia*, cum acceſsione Canariarum inſularum. Sub regno Portugalliæ comprehenditur præter Portugalliam, *Algarbia*. Duces in toto regno ſunt XXIII. *de Frias*, *Medinæ*, *de Rio ſecco*, *Aluæ*, *Alcalæ*, *de Albuquerque*, *Eſcalonæ*, *Oſunæ*, *de Anos*, *de Beſar*, *Candiæ*, *Seſſæ*, *Infantaſgy*, *Medinæ Cæli*, *Medinæ Sidoniæ*, *Maquedæ*, *Naſeræ*, *Feriæ*, *Seborgiæ*, *Sonnæ*, *Villæ Hermoſæ*, *de Verraguas*, *Paſtranæ* & *Franchæ villæ*. Dux *Infantaſgi* habet millia ducatorum CXX. annua. Dux *Medinæ Sidoniæ* CXXX. Cæteri non infra XL. millia ducatorum. Marchiones ſunt triginta ſex, quorum ſinguli minimùm decem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

decem millia ducatorum annua habent, multi etiam LX. plurimi dimidium eius. Comites ſunt L. quorum annuus reditus minimum eſt decem millium ducatorum, ſummùm XL. Sunt etiam Vicecomites, Barones, Prouinciarum præfecti, Proreges, Gubernatores, Admirantes, Mariſcalli, alijque, quorum ſalaria perampla ſunt. Magni Magiſtri ordinum Equeſtrium, S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, Rhodienſium, S. Ioannis, Montæſæ, reditum habent L. millium ducatorum. Archiepiſcopi in vniuerſa Hiſpania ſunt decem, Toletanus, Hiſpalenſis, Sancti Iacobi, Granatenſis, Valentiæ, Tarraconenſis, Syracuſanus, Bracarenſis, Vliſsiponenſis, & Funchalenſis. Epiſcopi ſuffraganei ſunt XL. Vna Toletana Eccleſia CC. millia ducatorum annua colligit. Vnus Archiepiſcopus Toletanus octoginta millia. Academiæ illuſtres ſunt ſeptem, *Salmantica, Complutenſis, Conimbricenſis, Pericianenſis, Saguntina, Oſtenſis, & Ilerdenſis.* Imperium Hiſpaniæ diu tenuere Carthaginienſes; ſecundo bello Punico primum per Pyrenæum iugum ſigna Romana P. & Cn. Scipiones intulerunt, prælijſque ingentibus Hannonem & Haſdrubalem fatres Hannibalis profligarunt. Raptaque tunc illorum impetu fuiſſet Hiſpania, niſi fortiſsimi viri in ipſa victoria Punica fraude fuiſſent oppreſsi. Igitur quaſi nouam integramque Prouinciam vltor patris & patrui Scipio ille mox Africanus, inuaſit; ſtatimque capta Carthagine & alijs vrbibus, non contentus Pœnos expuliſſe, ſtipendiariam Romanis prouinciam fecit. Auguſti tandem Cæſaris æuo tota perdomita eſt. Tenuere eam Romani ad annum vſque CCCC. quò à Vandalis, Alanis, & Sueuis fuerunt expulſi. Hos, Gothi poſt annos triginta tres eiecere, qui ipſi anno Domini DCCXX. à Saracenis ſuperati eiectique, in Aſtruriam & Galæciam natura munitiſsimas regiones conceſſere. Tandem verò eiecti Saraceni ſunt cum rege ſuo Molem à Ferdinando rege Hiſpaniæ, Caroli V. auo materno. Factum id anno M. CCCC. nonageſimo ſecundo.

Eodem

Eodem anno coacta ſunt c x x i v. milla Iudaicarum familiarum ex Hiſpania diſcedere, vetitaque præter res ad victum neceſſarias quicquam auri, argenti, aliæue ſupellectilis ſecum auferre. Tota autem regio neque ſole torretur vt Africa, nec ventis agitatur vt Gallia, ſed temperato aëre fruitur. Quo fit, vt oleum mel, crocum, rubiam, ſaccarum, limones, cappares, dactylos, mala citrea & punica, fructuſque alios ferat abundanter: vinumque etiam generoſum ſuppeditet. Eſt tamen inæqualis alicubi: nam quæ ad Arctum ſpectant prorſus frigida, aſperaque, & Oceano ſemper obnoxia. Ab Occaſu maxima parte incultus eſt & ſqualidus ager: nam cautibus, rupibus, ſaltibus pleraque obſita, & aquarum expertia ſunt. Qua verò in Auſtrum vergit, feliciſsima eſt, præſertim quà inter Columnas porrigitur. Hæc multis magniſque irrigua fluminibus, cælique imbribus recreata, vineas habet campoſque læta vbertate gaudentes. Sal hic non coquitur, ſed effoditur, glebis penè tranſlucentibus, cui iam pridem palma à pleriſque medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Fluuij præcipui ſunt ſex, Minius, nunc *Minge*: Doria, hodiè *Duerus*: Tagus, nunc *Teio*: Bætis, qui Arabica appellatione dicitur hodiè ab Hiſpanis *Gaudalqueuir*: quaſi dicas ingentem Fluuium, Strabo eum Tarteſſum nominat, alij *Circem*: Iberus nunc *Ebro*. Anas hodiè *Guadania*. Tagum veteres auriferum crediderunt. Proptereà Poſidonius Hiſpaniæ ſubterranea non inferno, ſed Pluto ipſo opulentiæ deo dixit inhabitari; tantam ratus eſt in eo tractu metallorum eſſe fœcunditatem. Imò verò & Homerus opum eius prouinciæ haud ignarus, in ea Elyſium effinxit campum, & pijs dicatam ſedem, ad quam vaticinans Proteus Menealum cecinit emigraturum. Qui equas in Hiſpania vento putant concipere, præter Homerum & Ariſtotelem, etiam Varronem autorem habent. Is capit. 1. lib. 2. de R. R. *in fœtura*, inquit, *res eſt incredibilis in Hiſpania, ſed vera: quod in Luſitania ad Oceanum, in ea regione vbi eſt oppidum Olyſippo, monte Sacro quedam*

dam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dam è vento certo tempore concipiunt equæ, vt hic gallinæ quoque ſolent, quarum oua hypenemia appellant: ſed ex his equis nati pulli non plus triennium viuunt. Eadem ſcribunt Columella cap. 25. lib. 7. Plinius cap. 42. lib. 8. Virgil. 3. Georg. Sil. Ital. lib. tertio. Lactant. lib. 4. cap. 12. aliique, Sed verè Iuſtinus ex Trogi ſententia hæc iudicauit fabuloſa, ortaque ex equarum fœcunditate, & gregum multitudine. Cæterum Hiſpani vt plurimum calidi ſunt & ſicci, colore ſubobſcuro, quo fit vt & feminæ fuco, collyrio, ceruſſa, purpuriſſo, genas ornent; Viri etiam elegantiores dentes pumi- cent, aut illud faciant quod Egnatio Catullus venuſtiſsimè obijcit tanquam receptum Iberorum morem,

Nunc Celtiberus, Celtiberia in terra
Quod quiſque minxit, hoc ſibi ſolet mane
Dentem atque ruſſam defricare gingiuam.
Vt quo iſte veſter expolitior dens eſt,
Hoc te amplius bibiſſe prædicet loti.

Hæc igitur illorum quondam dentifricia. Humi cubitare non Iberis modò inſitum, ſed & Gallis. Smicrologia propria Iberorum eſt, vt ſcribit Phlyarchus. Sunt & hydropotæ: & in tam aui- do ingenio veſtibus amiciuntur vel pretioſiſſimis. Galæcos omnino eſſe ἀθέȣς hoc eſt ſine Deo proditur. Pleraq; gens taciturna, ſimulandi diſſimulandiq; artes probè edocta, grauis in ſpeciem & ſeuera: reipſa truculenta, ferox, immanis, auara, turgida, faſtuoſa, ad bellum & factiones nata. Didicere id ſuo malo Indi Occidentales, quorum aliquot myriades exiguo tempore miſerè Ibe- rico enſe abſumptæ ſunt. Quum olim omnibus cis Iberum Hiſpanis Portius Cato arma ademiſſet, adeò id ægrè paſſi ſunt, vt mortem ſibimet ipſis conſciuerint; irati, nullam ſine armis vitam eſſe.

Super-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Superſtitioſi ſunt ſupra omnes mortales. Per regis ſolium & vitam Gentilium more iurant. Sunt tamen ingenioſi, & prudentes, docti etiam, ſi patiantur ſe erudiri: plerique enim vbi litteras nouerunt, ſtatim ſe doctos putant: ſapientiamque ſuam ſimulatione & verborum ampullis exaggerant. Excelluere inter eos permulti, Pomponius Mela, Silius, Iuſtinus, Lucanus, Seneca, Martialis, Columella, Quinctilianus, & ex noſtris Chriſtianis Iuuencus, qui ſub Cōſtantino vixit, Prudentius qui ſub Theodoſio, Fulgentius, Iſidorus, Paulus Oroſius, Burgenſis, alijque: Ex Iudæis vero & Saracenis Abenezra, Dauid & Moſes Kimchi, Auicenna, Auerrois, Raſis, Albumazar: hodie etiam inter ipſos præclari doctrina viri inueniuntur, vt ne effœtam quis eius loci naturam arbritetur. Mulieribus illud proprium quondam fuit, opere ruſtico ſumptum ſuum exercere, arma & choreas interea tractantibus maritis.

Hæc requies ludusque viris, ea ſacra voluptas,
Cætera fœmineus peragit labor: addere ſulco
Semina, & impreſſo tellurem vertere aratro
Segne viris; Quicquid duro ſine Marte gerendum eſt,
Callaïci coniunx obit irrequieta mariti.

Si Gallum cum Hiſpano contuleris, incertus eris vtrum præferas. Galli maiore ferocia quam arte pugnant, Hiſpani etiam conſilium adhibent. Hiſpanus eques curſu valet, Gallus cataphractus in pretio eſt. Galli ore libero & ſoluto, Hiſpani taciturno. Gallus lætus & in conuiuijs liberalior, Hiſpanus parum συμποσιακὸς: ſeueritatem ille adfectat quam Gallus irridet. Gallus merū potat, Hiſpanus aquam. Gallus in aduenas hoſpitalis, Hiſpanus ἄξενος. Hiſpanicus ſermo grauior, Gallicus ſuauior. Gallia vbique culta, Hiſpania multis locis σπανίη. In Hiſpania multi Principes, duces,

duces, comites; in Gallia perpauci. In Hiſpania ceremoniarum plurimum, fideï parum, in Gallia tuta fides: Concludam hunc locum verbis Latini Pacati ad Theodoſium Auguſtum. *Hiſpania terris omnibus terra felicior, cui excolendæ atque adeo ditandæ impenſius quam cæteris gentibus, ſupremus ille rerum fabricator indulſit, quæ nec Auſtrinis obnoxia eſt æſtibus, nec Arctois ſubiecta frigoribus, media fouetur axis vtriuſq; temperie, quæ hinc Pyrenæis montibus, illinc Oceani æſtibus, inde Tyrrheni maris littoribus coronata, naturæ ſolertis ingenio velut alter orbis includitur. Adde tot egregias ciuitates, adde culta incultaq; omnia, vel fructibus plena vel gregibus: adde auriferorum opes fluminum: adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas Poëtarum auribus mulcendis repertas aliqua nonnullis gentibus attribuiſſe miracula, quæ dum ſint vera, ſint ſingula, nec iam excutio veritatem. Sint, vt ſcribitur, Gargara prouentu læta tritici, Meuania memoretur armento, Campania cenſeatur monte Gaurano, Lydia prædicetur amne Pactolo; dum Hiſpaniæ vni quicquid laudatur adſurgat. Hæc duriſſimos milites, hæc expertiſſimos duces, hæc facundiſſimos Oratores, hæc clariſſimos vates parit; hæc iudicum mater, hæc Principum eſt. Hæc Traianum illum, hæc deinceps Hadrianum miſit imperio. Huic te debet Imperium. Cedat his terris terra Cretenſis parui Iouis gloriata cunabulis, & geminis Delos reputata numinibus, & alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem conſtare neſcimus auditis; Deum dedit Hiſpania quem videmus.* Plura de Hiſpania qui volet, petat ex Strabone lib. 3. Diodoro Siculo lib. 6. Stephano de vrbibus. Philoſtrato lib. 5. de vita Apollonij. Ptolemæo lib. 2. cap. 4. & deinceps. Dionyſij perieges. Plinio lib. 3. & 4. Mela lib. 2. & 3. Martiano in ſexto. Silio Italico lib. 1. alijſque. Nos in particulari deſcriptione Septentrionalia Auſtralibus, & Occidentalia Orientalibus præmittemus, Sequentur igitur primum ad Oceanum, *Portugallia, Galecia, Aſturia, Legio, Biſcaia, Guipiſcoa*; tum nouo ordine *Gades, Andaluſia, Eſtremadura, Caſtilia vtraq; noua & vetus*; Denique *Granata Murcia, Valentia, Aragonia, Catalonia*; *Nauarra*, ac poſtremum *Maiorica & Minorica*.

KB Den Haag

PORTV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PORTVGALLIA ad mare Occiduum ſita à Gallæciæ finibus ad fines vſque Andaluſiæ extenditur. Termini eius ſunt ad Septentrionem, Gallæciæ regnum & Minius amnis: ab Occaſu & meridie Oceanus occidentalis; ab ortu regnum Caſtellæ, Andaluſia, & Eſtremadura. Luſitaniam veteres dixere à Luſo & Luſa Bacchi comitibus, vt ex Varronis ſententia referunt Plinius & Martianus. Portugalliæ nomen recentius vel à portu Gallorũ eſt, vel à Cale portu, qui olim piſcationis gratia frequentari ſolitus, poſtea in ciuitatem opulentiſſimam euaſit, totique regno nomen atque appellationem dedit. Cæterum neque omnis veterum Luſitania Portugalliæ tribui poteſt, neque omnis Portugallia Luſitaniæ: negari tamen non debet, quin maxima ex parte conueniant. Luſitaniæ vicinos ponit Ptolemæus *Turditanos, Celticos & Vergonas*, In Celticis vrbes memorat *Lancobrigam, Mirobrigam, Arcobrigam, Pianam*. In Vergonibus *Cattagobrigam, Salmanticam, Auguſtobrigam*. Luſitanorum hæc ſunt, *Oliſippo, Lauara, Elbocoris, Arabriga, Concordia, Talabriga, Ebura, Norba Cæſarea, Auguſta Emerita, Cæcilia Gemellina, Euandria*. Briga, vel vt eſt apud Strabonẽ Bria, apud Ciceronem & Cæſarem Briua, vetuſto Thracum & Hiſpanorum ſermone vrbem ſignificat. Fluuij huius regionis ſunt: Ana ſiue *Guadiana*, quaſi dicas, aquam Anæ. Tagus qui Caſtellanis *Taio*, Luſitanis *Teio* dicitur, Mondegus, Durius vel Dorius, & Minius. *Tagus* imprimis quem *fuluo decurrere limo*, aurum in mare deuoluere, ſplendenteſque eructare arenas Poëtæ fabulati ſunt: ſed hoc æque verum eſt de Tago Luſitaniæ, atq; de Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. *Ana* Laminitano agro citerioris Hiſpaniæ ortus, modo ſe in ſtagna fundit, modo in anguſtias reſorbet, aut in totum cuniculis condit, ſæpiuſque naſci gaudet, donec Emeritam præterlapſus in Atlanticum Oceanum effundatur. Prudentius in Eulalia Martyre,

Nunc locus Emerita eſt tumulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Clara Colonia Vectoniæ
Quem memorabilis amnis Ana
Præterit & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lauat.

Luſitaniam porrò fluuij duo nobiliſſimi tres in partes diſpeſcunt, natura inter ſe diſſimiles. Illa quæ eſt inter Minium & Durium perſimilis eſt Galliciæ, populoſa ſed minus opulenta. Quæ verò inter Tagum & Durium multò eſt & locupletior & cultior. Inter Tagum verò & Anam rara eſt habitatione, ac montibus aſpera, & ſterilis. Media igitur regio omnium eſt amœniſſima: numerata ſunt in ea vltrà viginti quinque millia fontium perennium, Pontes quadrato lapide exſtructi ducenti. Portus marini ſex. Sub Portugallia hoc tempore ALGARBIÆ regnum eſt, in quo Ana fluuius, quo è ſuperioribus Hiſpaniæ partibus feruntur ad portus marinos vina nobiliora, Secca, Baſtarda & Romana. Ora maritima ferax eſt olei, ficuum, uvularum paſſarum, & ſuberis, quæ mercatores Belgæ nauibus petentes, variè poſtea diuendunt. Eſt etiam in hoc tractu Promontoriũ Sacrũ quod vulgò *Cabo San Vincenzo* dicitur. Oppida, Balſa quæ nunc Tauila dicitur: Oſſonoba; hodie Siluis, Lacobriga nunc *Lagoa*. Porrò Portugalliæ regnum cœpiſſe dicitur circa annum M.CX. idq; hac occaſione. Henricus Lotharingię comes è Gallia veniens magnas aduerſus Saracenos res geſſit: pro quibus meritis Alphonſus VI. Caſtellæ rex filiam notham nomine Tyreſiam ei locauit, aſsignauitque pro dote eam Galleciæ partem quæ in Luſitania continetur. Ex eo matrimonio natus Alfonſus patrem virtute ſuperauit. Oliſsiponam à Saracenis recepit, quinque reges vno prœlio fudit fugauitque. Ob has virtutes regio titulo auctus eſt, & quinque ſcuta vno inſigni comprehenſa poſteris regibus eius victoriæ memoriam & regni decus reliquit. Ve-

rùm

rùm hoc decus infanda in matrem crudelitate fœdauit. Eam enim quod poſt mariti obitum alteri viro nupſiſſet, in vincula coniecit, neque vel precibus maternis, vel Pontificis autoritate adduci potuit vt eam ſolueret. OLISSIPO quæ vernaculè *Liſboa*, vulgo corruptè *Vlyſſipona*, Plinio *Felicitas Iulia*, ad Tagum ſita eſt, metropolis Luſitaniæ. Anguſtior initio fuit, & vnum tantum cliuum complexa, ſed Regum victorijs & mercatorum frequentia ita creuit, vt valles monteſque intra muros complectatur. Numerata hic olim viginti domorum millia. In hac vrbe vigent mercimonia Indiæ Orientalis, Æthiopiæ, Braſiliæ, Maderæ aliarumque inſularum. Henricus regis Eduardi frater occaſionem prębuit regni fines extendendi. Primus enim ignotum noſtris mare tentare auſus, Maderam ſuperauit, quę tum quidem arboribus vbique conſita, exiguam ſpem maioris boni faciebat, ſed incendio abſumptis arboribus, deprehenſum, terram eſſe vini, ſaccari, aliarumque rerum fœcundiſſimam. Inde ſoluta naui Fortunatas inſulas (Canarias vocant) adortus eſt, circumuectuſq; meridionalem Africam, offendit multa quæ poſteris vſui fuerunt. Elapſis aliquot deinceps annis Rex Emmanuel magna claſſe occidentem, meridiem, orientem tentauit, viamque è Portugallia ad Indos inuenit. Hinc factum, vt poſteri reges ornati fuerint titulis Portugalliæ, Algarbiæ, Guineæ, Æthiopiæ, Arabiæ, Perſiæ & Indiæ, qui omnes tituli ad Hiſpaniarum regem Philippum nunc deuoluti ſunt, vltimo rege Sebaſtiano in Africa interempto. Sunt præter Oliſipponem in hoc regno *Ebora* inter Tagum & Anam ſita: Plinio dicitur *Liberalitas Iulia*: tum, Beia ſiue pax Iulia, *Catobriga* nunc Almada. *Conimbriga*, Viſeum. *Braccara Auguſta*, hodie Braga, ad Aleſten fluuium, Auſonius,

Quæque ſinu pelagi iactat ſe Braccara diues.

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GALLECIA a Callaïcis nomen habet; ad Septentrionem eſt Oceanus, ad Meridiem Portugallia, a qua Durio flumine ſeiungitur: ad Ortum ſunt Aſturia & Legio. Ab his deuictis cognomen habuit Callaïci D. Iunius Brutus Coſ. anno ab V. C. DCXVII. Sed Callaïcos ſiue Callæcos latius habitaſſe, vel ex eo conſtat, quod Numantiam, quæ nunc Caſtellæ veteri adcenſetur, Paulus Oroſius dicat fuiſſe in capite Galleciæ: Sed & ortum verſus extendebat ſe vſque ad Pyrenæos, Nunc limites ſunt quos dixi. Hæc ergo loca inſedere præter Callaïcos veteres *Ampheilochi*, *Cilij*, *Celtici*, *Tamarici*, ad fluuium Tamarin; *Capori*, *Arotrebæ*, *Lucentes & Zeclæ*. Fluuius regni totius præcipuus imò vnicus ferè eſt *Minius*; Sinus nobilis Coruna, cui adſitum oppidum eiuſdem appellationis. Prima vrbs hodie eſt *Compoſtella*, quam Hiſpani a ſancto Tutelari Santiago nominant, veteres Brigantium vocauere. Sunt & alia oppida; Orenſium, Ptolemæo ὕδατα θερμὰ. Lucus, nunc Lugo. Pons vetus, Ribadeum, Dactonium, ASTVRIA ad Oceanum Cantabricum Galleciam ſequitur, montoſa & ſiticuloſa regio, ſed metallis diues, Silius Italicus de iſtis,

----- Aſtur auarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infælix effoſſo concolor auro.

Huic populo metropolis eſt *Ouiedum*, ex qua originem ducunt *Idalgi*. Ptolemæus *Lucum* vocat *Aſturum*. Eſt & *Aſtorga*, quam Plinius & Antoninus Aſturicam nominant: ab hac ſiue vrbe ſiue Prouincia aſturcones equi nomen habent & pretium. Ptolemæo vocatur Ἀςούρικα Αὐγοῦςα.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

LEGIO Septima Germanica Neruæ vt videtur Imperatoris principatu ſtatiua ſua habuit
ea in Hiſpaniæ regione quæ nunc LEGIO appellatur, habetque ad Ortum & Meridiem
Caſtellam; ad occidentem, *Galleciam*; ad Boream *Aſturiam*. Coluere hæc loca initio *Vet-*
tones quos Ptolemæus ὐέττωνας vocat, à quibus *Emerita* Prudentio dicitur *clara Vettoniæ*
Coloniæ. Porrò Vettones poſtquam primùm in Romanorum veniſſent poteſtatem prout refert
Ælianus lib. VII. variar. cap. V. conſpicati quoſdam Centuriones qui exercendi ſui cauſſa deam-
bulabant, confectoque vno ſpatio, redibant eadem quaſi lineâ, idque faciebant identidem; pri-
mum rem nouam in admirationem traxerunt; poſtea re expenſa iudicarunt eos inſanire, neque
enim eſſe eorum qui ſaperent, eandem viam toties ire & redire; itaque ſe ipſis obtulere qui eos in
tabernacula ducerent, rati militis eſſe vel pugnare, vel iter facere, vel a labore quieſcere. Metro-
polis Regni eſt Legio, quæ Ptolemæo dicitur λεγίων ζ γερμανική; Antonino, *Legio Gemina.*
De huius autem vrbis templo ſic ſcribit Marinæus Siculus. *Etſi templum quod ætate noſtra ciuitas Hiſ-*
palenſis ædificat alia omnia magnitudine præſtat: etſi Toletanum cunctis alijs diuitijs, ornamentis & ſpecularibus
feneſtris eſt illuſtrius; etſi denique Compoſtellanum fortioribus ædificijs, & S. Iacobi miraculis & rebus alijs me-
morabilius eſt: Legionenſe tamen artificio mirabili, meo quidem iudicio omnibus eſt anteponendum: in cuius clau-
ſtro ſacellum eſt, in quo iacent Reges ſeptem & triginta, & vnus Hiſpaniæ Imperator.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

38



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GALLECOS CANTABRI ſequuntur, quorum ſedes maritimæ nunc vocantur BISCAIA & GVIPISCOA. Fuere autem Cantabri Hiſpanorum omnium fortiſsimi, eoque pertinaciſſimè Romanis reſtitere, ac non niſi vltimi victi ſunt, vnde Horatius,

Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.

Sed mores eorum deſcribit Silius Italicus,

Cantaber ante omnes hiemiſque, æſtuſque, famiſque,
Inuictus, palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo, quum pigra incanuit ætas,
Imbelles iamdudum annos præuertere ſaxo
Nec vitam ſine Marte pati: quippe omnis in armis
Lucis cauſſa ſita, & damnatum viuere paci.

BISCAIA tota montoſa eſt, ſiluas habet ingentes, ex quibus materia nauibus exſtruendis. Mons præcipuus eſt *S. Adriani.* qui qua Galliam ſpectat humana opera pertuſus eſt, ad commeantium vltrò citroque neceſsitates. Vrbs primaria eſt *Bilbao* quam commendant ſitus opportunitas; annonæ copia, & frequentia negotiatorum: GVIPISCOA ad ortum Vidoſoneamne clauditur cum Pyræneis: ad meridiem Nauarræ regno; ad occaſum eſt Biſcaia, ad arctū̃ Oceanus Cantabricus. Tota regio ferrum, cuius ibi ingẽs prouentus, tractat: quo fit, vt Vulcani hic officinā̃ eſſe dicant. Montes hic ferri & chalybis. Plinius. *Cantabriæ maritimæ parte mons præcipue altus, incredibile dictu, totus ex ea materia eſt.* Vrbes præcipue Toloſa ad Araxis & Oriæ confluentes. Placentia, vbi fabrorum copia. Motrico. Fuentarabia, quæ olim Flauiobriga. Fanum S. Sebaſtiani. Fluuij celebres, Menaſais, Araxis, Oria, & qui populo nomen dedit, *Chalybs.*

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GADES hominum finem dixit Silius Italicus: Solinus extremum orbis terminum. Fingebant enim Poëtæ hic Solum Oceano mergi, neque vltrà terras eſſe,

Felix, heu nimis, & beata tellus,
Quæ pronos Hyperionis meatus
Summis Oceani vides in vndis,
Stridoremque rotæ cadentis audis!

Nautæ Batavi etiamnum promontorium huius inſulæ occidentale (Hiſpanis Puncta de S. Sebaſtiano) vocant, *het eynde des Werelts*; vltimam orbis metam. Hiſpani hanc inſulam *Cadiz*, & corruptè *Caliz* nominant. Græci τὰ γάδειρα, quaſi τῆς γῆς δειράν, terræ ceruicem, vt prodidit Stephanus in vrbibus. Plinius tamen Gadira Punicam vocem eſſe ſcribit, & ſeptum ſignificare. Geminas idem Gades fecit. Vna inſula habebat oppidum ciuium Romanorum Iuliam Auguſtam; Altera oppidum Gadium: Hæc vocatur ab Ephoro & Philiſtide, Erythræa, à Timæo & Sileno, Aphrodiſias, ab indigenis olim Iunonia. Maiorem Timæus Cotinuſam vocatam ait, alij Tarteſſon appellebant. In hac Geryonem habitaſſe quidam exiſtimauere, cuius armenta Hercules abduxit. Hunc Herculem Mela putat fuiſſe Ægyptium, Arrianus Tyrium, eo quod Tarteſſus à Tyrijs ſit condita. Geryonem verò aduerſus quem Hercules Argiuus ab Euriſtheo miſſus fuit, negat Hecatæus quicquam ad Iberiam pertinere; Ariſtoteles non ex hac Erythræa abductos boues, ſed ex altera, quæ etiam Hypate dicitur, autor eſt. Vt ex grauiſsimi Philoſophi teſtimonio fabuloſæ Gentilitatis vanitas appareat, inſignia omnia & magnifica ad Herculem referentis, & quidem, vt ſcribit Tacitus, Argiuum. Phœnices igitur hanc vrbem primi condiderunt. Mos enim erat antiquus Phœnicum gentis, cum multis ſimul mercandi cauſa domo proficiſci, & quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& quum incolarum animos commercio rerum ante ijs incognitarum ſibi conciliaſſent, loca quæ condendis vrbibus idonea videbantur, capere, ijſque vrbes exſtruere, nominibus etiam Punicis. In altero eius inſulæ cornu Herculis templum fuit, conditoribus, religione, opibus & vetuſtate illuſtre: cur ſanctum ſit (inquit Mela) oſſa eius ibi ſata efficiunt. In altero Saturni templum fuiſſe teſtis eſt Strabo. In Herculis templo hoc, Alexandri Magni imaginem cōſpexit Cæſar, referente id in eius vita Suetonio. Erat & fons ibi potui aptus, qui contrario affectu, exundāte mari deficiebat, eodem defluente implebatur. In eodem templo æreas columnas duas fuiſſe idem tradit, quibus inſcriptus erat ſumptus factus in templi ædificationem, Iunonis fanum ibidem quoque agnoſcit ex Artemidoro. Dionyſius Senectutis Mortiſque templum hic fuiſſe commemorat, araſque Anno, Menſi, Arti, & Paupertati ſacras. Incolæ nauigandi peritia iam olim claruere, neque ab auita virtute adhuc degenerant. Præcipuus autem eorum quæſtus ex ſalis confectione & thynnorum conſtat piſcatione, eorum enim ſolemnis hic eſt captura. Hos fruſtillatim diſſectos, & muria conditos per omnem ferè Europam venales diſtribuunt. Diſtat inſula à continenti ſeptingentis pedibus. Fretum quod inter Hiſpaniam & Mauritaniam eſt, ab his Gadibus dicitur Gaditanum, ab Hercule Herculeum: Vicini vocant *Eſtrecho de Gibraltar*. Gibal enim Arabicè eſt mons. Tartz verò eſt Tarteſſus: ac ſi dicas Fretum montis Tarteſſi. Porrò Tartz fluxit à Pœnis, qui in ſacris vocantur Tarſis: conſtat autem, vt ante diximus, Gades coloniam eſſe Pœnorum. Circa hoc fretum propter Oceani viciniam æſtus maiores ſunt quam in reliquo mari Mediterraneo: hic enim,

Præruptum exundat pelagus, cacoſque relaxans
Oceani fontes, torrentibus ingruit vndis.
Tum vada ceu ſæuo penitus permota tridenti

Luctan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Luctantur terris tumefactum imponere pontum,
Mox remeat gurges, tractoque relabitur æſtu.
Cymotoes ea regna vagæ, pelagique labores
Luna mouet; Luna immiſſis per cærula bigis
Fertque refertque fretum, ſequiturque reciproca Thetys.

DESCRIPTIO ANDALVSIÆ.

HISPANIA Bætica à Bæti fluuio qui in ſaltu Tyngenſi ortus in Oceanum Atlanticum decurrit, nomen ſortita eſt, hic enim eam interſecat, hodie fluuium illum vocant *Rio Guadalquiuir* voce Arabica, quæ idem ſonat atque ſi dicas fluuium magnum. Hanc Plinius vocat Hiſpaniam vlteriorem, Strabo Turditaniam. Clauditur fluuio Ana qui nunc *Guadiana* dicitur: mari Atlantico, Freto Herculeo, mari Balearico: cętera continenti adhærent. Olim populos habuit, *Turditanos, Turdulos, Baſtulos, & Bæticos Celticos.* In Turdulis fuere *Meneſthei portus, Iunonis templum in promontorio, Balon* ciuitas *Baſtulorum, Tranſducta, Barbeſola, Carteia, Ilurgis*, quæ Plinio eſt *Forum Iulium, Corduba, Tucis*, quæ Plinio *Auguſta Gemella, Illiberis, Seria*, quæ *Fama Iulia, Nebriſſa, Italica, Saguntia, Hiſpalis metropolis*, *Bæſippo.* Hodie regiones tres complectitur *Granatam, Andaluziam & Extremaduram.* De Granata nos ſuo loco. ANDALVSIA quam quidam Vandaliam vocant, ad ortum habet Cordubenſe territorium, ad occaſum Algarbiorum fines, Ad Septentrio-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ptentrionem Portugalliæ eam partem, quæ Magiſtratus vocatur S. Iacobi. Cætera verò Meridiem verſus Gaditano conuentu & Oceano clauduntur. Regio eſt tritici, frugum, pecoris, armentorumque abundè ferax, imprimis verò oleæ, vt rectè dixerit Silius Italicus,

Palladio Bætis vmbratus cornua ramo.
Et Martialis.
Bætis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Andaluſiæ nomen habet à Vandalis, quod hi à Gothis pulſi hoc loco ſedes ſuas fixerint: quibus poſtea etiam eiecti, in Africam conceſſerunt. Res ita ſeſe habet. Rodericus viceſimus quintus Gothorum rex, in quo etiam Regium Gothorum nomen defecit, Comitem quendam Iulianum præfectum conſtituerat Mauritaniæ Tingitaniæ: eiuſque abſentis intereà filiæ ſtuprum intulit. Quo pater audito, Saracenos ex Africa euocauit, iuſtiſsimum dolorem ſuum Regis vindicta ſatiaturus. Hi Anno ſalutis D.CC.XIV. duce Muzamiſſo per anguſtias freti Herculei ingreſsi, biennij ſpatio totam ferè Hiſpaniam occuparunt, præter Aſtures natura loci munitos. Periere tantillo tempore vtrimque ſeptingenta hominum millia. Saraceni potiti imperio, Chriſtianorumque (quantum fieri potuit) Religione exſtirpata, regna inter ſe variè partiti ſunt. Primum fecere Cordubæ, quod ipſi vocauere *Abenalibeticum*. Alterum apud Hiſpalim. Tertium apud Carthaginem nouam: Donec à Ferdinando tertio his locis pulſi Granatam conceſſerunt Anno M.CC.XVI. & à Ferdinando ſexto penitus eiecti ſunt, Anno M.CCCC.XCIV. Tractus iſte omnis ob ſoli fertilitatem, cæli benignitatem, Oceani commoditatem, egregiè excultus eſt, credi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

crediturque omnium Hiſpaniæ regionum cum frequentia hominum, tum diuitijs & beatâ rerum copia eſſe fælicisſimus. In hoc tractu eſt Calpe mons, & Herculis columna ad τὴν ἐντὸς θάλασσαν, vt loquitur Ptolemæus, nam altera quam Abylam vocant, eſt in Mauritania. Primaria vrbs eſt HISPALIS, hodie vocant *Seuillam*, quam Iſidorus eius loci Epiſcopus ſcribit conditam à Iulio Cæſare, & ex ſuo nomine & Romæ vrbis vocabulo nuncupaſſe *Iuliam Romulam*, Poſteà Hiſpalim eſſe cognominatam à ſitu, eo quod in ſolo paluſtri ſit. Sed hoc mihi fabuloſum videtur; quum Cicero 10. ad Famil. epiſt. 32. Hiſpalis faciat mentionem. Arias Montanus putat Hiſpalim nomen eſſe Pœnicum, ex Spila vel Spala deflexum, quod planitiem ſeù virentem regionem ſignificat. Vrbs ipſa condita amœniſsimo ſitu & pulcherrimo murorum ambitu, ad ripam Bætis, qui iam inde ab hac vrbe nauigabili & piſcoſo alueo ad Gaditanum Oceanum per ſexaginta paſſuum millia decurrit, ripis vtrimque oliuetis, vineis & mira hortorum amœnitate florentibus, & iucundiſsimo citriorum odore fragrantibus. Figura vrbis rotunda eſt, ædium pulcherrimarum frequentia exculta. Huc ex varijs mundi plagis, potiſsimum verò ex India Occidentali, mercimonia adferuntur. Nulla enim in Indiam nauis ex Hiſpania tranſmittitur, quæ non hic mercibus oneretur, machinis tormentiſque bellicis, & reliquo apparatu nautico inſtruatur: Profectio Aprili menſe inſtituitur. Reuerſæ naues hic exonerantur. Eſtque in eam rem ampla & magnifica domus, quæ gubernatores & Conſules habet duodecim, & à mercimonijs Indicis vocatur *La caſſa de la contraction de las Indias*. Hinc fit vt vrbs iſta omnes totius orbis ciuitates diuitijs ſuperet, ſola vetere Roma excepta. Paucis aliquot annis centum atque amplius auri milliones ex India huc delatæ ſunt: Quam igitur ſummam putamus futuram, ſi rationem inire velimus omnium opum quæ ab initio Indicarum nauigationum ad hoc vſque tempus illic depoſitæ fuerunt, quum quotannis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tannis duæ claſſes huc appellant, ſolo auro vel argento onuſtæ? Sed hæc exotica. Ex proprijs & domi natis incolæ ſingulis annis regi pendunt ſeſquimillionem auri. Superioribus hiſce annis viginti quatuor ciuium millia cenſa ſunt familiam alentium. In aduerſa ripa Bætis fluuij eſt oppidũ *Triana*, in quo ciues ter mille cenſi ſunt. Hoc oppidũ ponte iungitur Hiſpali. Vehementer autem Hiſpalenſem ciuitatem commendat aquæductus inſignis à Mauris incredibili ſumptu exſtructus, qui excauato riuo ad dimidiati milliaris ſpatiũ, iucundam ciuibus aquationem præbet. Mirabile viſu, ſex milliarium itinere per cœcos terrę meatus à *Carmora* oppido ſcaturientes fontes potuiſſe in hunc aquæductum humana induſtria deriuari. Neq; eſt hoc loco prætermittenda nobis *Nebriſſa*, ſita ad *Mareſmam*, patria Ælij Antonij, qui in his locis primus litterarum fuit reſtaurator. Scripſit Coſmographiam, Lexicon iuris ciuilis contra quoſdam inſignes Accurſij errores, Commentarium in Satyras Perſij, Dictionarium Latino Hiſpanicum, aliaque nonnulla. Neq; verò ſine grandi piaculo à nobis omitti poteſt *Italica*, Colonia Romanorum, quæ Traianum, Hadrianum, Theodoſium imperatores optimos produxit; Nunc hæc non vrbem, ſed vrbis ruinas præ ſe fert; & Theatri collapſi reliquias veteris maieſtatis indices, oſtentat. Eſt in eodem tractu *Corduba* L. Annæi Senecæ & Oſij illius qui Conſtantini Magni tempore Concilio Niceno interfuit, patria; De Seneca vide Statium in Genethliaco Lucani. Martialis,

Duoſque Senecas, vnicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Silius eam auriferę terrę decus appellat. Hic natos Poëtas peregrinum quid & pingue ſonare ſcripſit M. Cicero. Patritia dicta eſt, forte quod eã ὤκησαν ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες, vt eſt apud Strabonem. In antiquis lapidibus ciues dicuntur *Patritienſes*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ESTREMADVRÆ nomen Barbarum eſt; Regio ipſa exigua a monte Regali ad Badaios vſque ſe extendit: latitudo a Mariano monte ad Tagum: ad occaſum eſt Portugallia, ad Ortum Caſtella noua: auſtrum verſus Andaluſia. Mediam quaſi interſecat Ana fluuius, niſi quà ſe ad decem millia paſſuum ſub terras abdit. Regio omnis æſtate torrida; hyeme amœna & aprica. *Beturiæ Siſaponenſi* tribuitur. Vrbes hic raræ. Prima eſt *Emerita*, quam cum adiectione Plinius, Pomponius & Strabo *Auguſtam* vocant. Sed & nummi exſtant, quorum in parte vna effigies Auguſti cum corona radiata, habens in ambitu, DIVVS AVGVSTVS PATER, in altera geminæ turres, cum Titulo EMERITA AVGVSTA. Meminit eius quoque Prudentius Hymno in Eulaliam Virginem, vt ante diximus in deſcriptione generali Hiſpaniæ. Habuit quondam Emerita ciues frequentes, munitionem firmam, pontem nobilem. Veſpaſianus viam ab ea vrbe ad *Capparam* reſtaurauit, prout teſtatur columnæ Tarraconenſis inſcriptio, IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VII. COS. III. DES. IIII. P.P. VIAM A CAPPARA AD EMERITAM AVG. VSQ. IMPENSA SVA RESTITVIT. Sed & viam ab *Emerita* ad Gades perduxit Octauius Auguſtus. Eſt & oppidum vt diximus *Badaios*, quod veteres Pacem Auguſtam appellauerunt, niſi quis hanc malit eſſe *Barçam*. Porrò *Pacenſis Coloniæ* meminit quoque Plinius lib. v. cap. 32. Fuit in hoc tractu vrbs Turdetanorum *Nertobriga*: ex cuius ruderibus multa poſtea oppida ædificata ſunt. *Frexenal*, patria Ariæ Montani, *Fuentes*, *Bodenal*, & *Higuera*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CASTELLA VETVS Duria fluuio mediam regionem interlabente irrigatur. Vrbs prima eſt *Burgos*, quę etiã cum Toleto de dignitate certat. Oppida habet ſub ſua diœceſi CL. Præterea eſt in hoc regno *Salmantica*, veteri & celebri Academia nota. Eſt & *Valadolit* quam quidam vocant Vallem Oletanam: patria Philippi Hiſpaniarum Regis. Sunt præterea, *Cauria*, *Placentia*, *Abila*, *Segouia*, *Randa*. Fuit in eodem quoque tractu olim Numantia, *ſummum*, vt inquit Florus *Hiſpaniæ decus, quippe quæ ſine muro ſine turribus, modicè edito in tumulo ſituata ad flumen Durium, quadraginta millium exercitum per annos* XIV *ſola ſuſtinuit*. Fuere & *Graccuris*, & *Turiaſo*, & *Clunia*, quarum hodie rudera vix exſtant. CASTELLA NOVA Tagum flumen haber, & fontes Anæ. Caput regni eſt *Toletum*, ſupraque illud *Madridum* ſedes regni. Eſt autem huius regni origo iſta. Pelagius regis Roderici patruus quum in Cantabriam profugiſſet eo tempore quo Theoberto fratri à Vitiſa oculi eruti fuerant, ibi tam diu latuit, dum recrudeſceret bellum Saracenicum, victoreſque Chriſtianis rerum poteſtatem eriperent, eoſq; per vniuerſam Hiſpaniam occiderent. Pelagius igitur ad Aſtures profectus cum reliquijs Chriſtianorum, rex illius omnis tractus factus eſt, vt & Galleciæ & Legionis: vbi etiam annos totos viginti regnauit. Has ſedes poſteri Caſtellam nouam vocauere. Ab hoc ergo frequentes reges orti ſunt. Faſilla primum filius ipſi fuit & ſucceſſor. Eum ſequutus eſt Alphonſus, Petri Cantabrum Ducis filius, Faſellæ gener. Hic ob extirpatam hæreſim Arianorum primus Catholici nomen habuit. Alphonſo ſucceſſit Froila, qui a fratre Aurelio immani occiſus parricidio, ipſum hæredem regni & ſucceſſorem reliquit. Hunc ſequutus eſt in regno Silo Alphonſi gener. Silonem Muregatus Alfonſi filius nothus, qui Saracenorum ope ad regnum peruenit. Succeſſit Veremundus Alfonſi nepos, qui ex diacono rex, ex rege monachus factus eſt, & locum Alfonſo

ſecundo prioris filio reliquit. Hunc ferunt ab vxore abſtinuiſſe, Saracenos magna internecione trucidaſſe, duas ſedes Epiſcopales erexiſſe, Aſtruricenſem, & Onetenſem. Is fuit σύγχρονος Caroli Magni. Alfonſo I I. ſucceſsit Ramirus, huic Ordonius, Ordonio Alfonſus I I I qui fratres tres excœcauit. Hunc ſequuti ſunt, Garſias, Froila, & Alfonſus I V, quem regio cultu depoſito, ferunt in monaſtrium conceſsiſſe: inde quum regnum iterum peteret a fratre Ramiro excæcatum. Ramiro ſucceſsit frater Sanctius, homo obeſus, qui ad ſaginam illam corporis minuendam adhibuit hoſtis ſui regis Saraceni medicos: hi non ſanarunt ipſum, ſed intoxicarunt: obijt Anno Domini I Ↄ CCCCXXVIII. Hunc ſequuti ſunt Ramirus, Alfonſus V, Veremundus, Ferdinandus primus Sanctij Caſtellæ Comitis filius, qui Anno M. XVII Caſtellam nouam ex Comitatu regnum fecit, quum antea per Comites fuiſſet adminiſtrata. Poſt hunc fuere Sanctius, & frater Alfonſus V I, poſt hos Alfonſus V I I, Sanctius, Alfonſus V I I I, Alfonſus I X, Henricus, Ferdinandus, Alfonſus decimus. Hic ille Regum decus, Principum exemplar, Virtutis, nobilitatis, eruditionis oraculum,

Hic genus humanum ingenio ſuperauit, & omnes
Reſtinxit ſtellas, exortus vti æthereus Sol.

Vxorem duxerat Violantam Iacobi Arragonum regis filium, quam impensè amabat, ſed quum nullos ex ea liberos ſuſciperet, pertæſus ſolitudinis iſtius decreuit eam repudiare, inque eius locum admittere Chriſtianam Danorum regis filiam, virginem formoſiſsimam, futuram, vt eſt illius cæli & corporum temperatura, ex coniugio fœcundam. Iamque illa accerſita haud procul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

procul aberat, quum repente Deus Violantæ preces exaudijt, eamque regio ſeminio grauidam effecit. Hic Alfonſus ſacrum inter & ſaxum hærens incertuſque rerum ſuarum, quum neque Chriſtianam ſperatam ſuam poſſet honeſtè remittere, neque Violantem coniugem ex ſe prægnantem dimittere, dubitat quid agat. Erat autem Regi frater Philippus, abbas Vallis Oletanæ, iamque electus Eccleſiæ Hiſpalenſis præſul. Hic vltrò fratrem adijt ſuſpenſum, oſtenditque ſe abiecto ſacerdotio futurum Chriſtianæ maritum. Placuit regi fidum fratris conſilium. Ita Philippus Chriſtianam duxit, Alfonſus Violantam ſeruauit, exque illa poſtea ſuſtulit Berenguelam, Ferdinandum, Sanctium, Ioannem, Leonoram & Beatricem. Fuit autem Alfonſus iſte non tantùm Regijs Virtutibus inſtructus, verùm etiam alijs ciuilibus. Nullus eo diligentius libros ſacros lectitabat: nemo hiſtorias norat expeditius: nemo Mathematicæ doctrinæ atque imprimis Aſtronomiæ peritior. Tabulas Aſtronomicas vulgauit ipſe quæ ab auctore vocantur Alfonſinæ. Scripſit quoque hiſtoriam mnndi, & alia quædam nunquam interitura ingenij monumenta. Ob has virtutes, quum electo Richardo Angliæ Rege diſsiderent inter ſe proceres Imperij, placuit alijs Alfonſum iſtum deſignare. Alfonſus tamen pacis amans, haud inuitus Richardo ceſsit: poſt cuius obitum quum frequentibus ſuffragijs ipſe iterum electus eſſet, reſignato regno in poteſtatem filij Sanctij, abijt in Germaniam. Sed quum videret multos nouis Rudolfi Habſpurgenſis conatibus fauere, redijt in Hiſpaniam, excluſuſque a filio non multò poſt vltimum diem clauſit. Sanctio ſucceſsit Ferdinandus, huic Alfonſus vndecimus: poſt quem fuere Petrus, Henricus, Ioannes primus, Henricus tertius, Ioannes ſecundus, Henricus quartus, Ferdinandus ſextus, Carolus quintus, Philippus tertius: ac tandem Philippus quartus, qui nunc rerum potitur. Ita longa regum ſerie res Caſtellanæ ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

miniſtratæ ſunt. Eſt autem Toletum præcipua huius regni ciuitas, ad flumen Tagum : exſtructa magna ex parte ornataque a Bamba rege, Anno D. C. LXXIIII. Hic eam turribus, muro, portis exornauit : poſuitque in eius rei memoriam verſus hos,

Erexit fautore D E O *rex inclytus vrbem*
Bamba, ſuæ celebrem protendens gentis honorem.

In porta quæ ponti imminet, cui nomen Dalcantara, hæc marmori inſculpta ſunt,

Vos Domini ſancti, quorum hic præſentia fulget,
Hanc vrbem & plebem ſolito ſeruate fauore.

De arce Toletana ſic refert Rodericus Toletanus Archiepiſcopus, *Anno Christi* D. CC, *regnante Roderico vltimo Gothorum rege, erat Toleti palatium a multorum regum temporibus clauſum, & pluribus ferreis ſeris obſeratum. Hoc contra Procerum voluntatem aperiri iuſſa rex Rodericus. Sed præter vnam arcam nihil in ea offendit, qua aperta reperit pannum cui Latinis litteris ſiue inſcriptum ſiue intextum erat quod ſequitur.* QVVM CLAVSTRA HÆC FRANGENTVR, APERIETVRQVE ARCA ET PALATIVM, ERVNTQVE CONSPICVA QVÆ HACTENVS LATVERVNT, TVNC QVALES HIC VIDES IN HOC PANNO EXPRESSAS GENTES, HISPANIAS INVADENT, ET SIBI SVBIVGABVNT. *Hoc viſo lectoq́; doluit vehementer Rex, iuſſitq́; omnia priſtino ſuo loco reponi, & claudi, prout antea clauſa fuerant. Erant autem in panno illo depicti*

vultus

vultus Arabum. Sed hoc ego commentũ ſimile illis exiſtimo quæ apud Poëtas leguntur. Nam ſi fatale fuit vtrumq;, nõ potuit alterum alterius vel cauſſa eſſe vel ſignum. Quid verò ſi non attigiſſet iſta rex, decretum illud Dei irritum fuiſſet? nugæ: Et tamen decimo ſeptimo poſt anno, vel vt alij volunt decimo tertio tota Hiſpania in Saracenorum poteſtatem venit, ſolis Cantabris & Aſturis exceptis. Sequente anno Toletum fraude Iudæorum Mauris proditum eſt. Ita prædictioni illi fides fuit. Porrò inter alia permulta Toletanæ vrbis memorabilia eminet Palatium illud celeberrimum reſtauratum a Carolo V, multiſque nouis ſtructuris auctum exornatumque. In hoc machina eſt cochleata ex Tago flumine aquam in ſummam arcem attollens, quæ inde tubis & fiſtulis per vniuerſam non modo arcem verum etiam vrbem diffunditur in hortos, balnea, culinas, officinas fullonias aliaque loca aquis deſtituta. Proximus vrbi pons eſt ſupra Tagum: inde reliqua ad Orientem & Occaſum vtraque in amnis ripa hortis arboribuſque plena ſunt, iucundo admodum ſpectaculo.

DESCRIPTIO GRANATÆ ET MVRCIÆ IN HISP.

GRANATÆ regnum nomen habet ab vrbe primaria: vrbs a forma; nam ſicut Granatum malum Punicum granoſum eſt; cortice ob maturitatẽ fiſſo, ita vrbs ipſa denſas habet domos, & parte vna dehiſcit. Sedes hęc fuit *Baſtulorum*, qui & *Pœni*: Vrbs Ptolemæo ἰλλίπȣλα μεγάλα: nam Illiberis in eo colle fuit qui nunc *Eluire*, & ab ea porta vna Granatenſis dicitur *Elueria*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ria. Ambitus Granatæ eſt XII mill. paſſ. Academiam habet nobilem, colles eximios duos, quos inter *Darrus* amnis molli lapſu voluitur. Conſtat autem vrbs ipſa ex quatuor vrbibus: Prima, peculiariter vocatur Granata: In hac eſt templum ampliſsimum in quo ſepulti Fernandus & Iſabella. Eſt & Meſquita Maurorum: Iudicum Tribunal, forum rerum venalium, & domus *Alcaceria.* Secunda *Albambra* dicitur, habetque arcem nouam, opus Philippi Regis; tum Regum Maurorum Palatium inſigne, cum elegantiſsimis ædibus quas vocant *Generalipham*; habet & Fanum Helenæ & Maurorum hortos, & Ciſternam ampliſsimam colligendis imbribus. Tertiam vocant *Maſmoros*, opificibus dicatam: In hac eſt porta illa quam Cluſam vocant, quod poſtquam per eam Rex vltimus Maurorum egreſſus eſt, nunquam aperta fuit. Quarta eſt *Antiquerula*, in qua opifices & mercatores morantur. Sunt & aliæ vrbes, *Malaga* ad mare mediterraneum, & fluuium eiuſdem nominis. Auienus,

At propter hos mox eſt iugum Barbetium,
Malacaque flumen, vrbe cum cognomine.

Armamentarium eſt totius Hiſpaniæ aduerſus Afros. Haud procul inde eſt *Velis Malaga*, & in littore *La torre Velis.* Sunt & aliæ, MVRCIA huic ad ortum obiecta, vetus ſedes *Baſtetanorum.* Metropolis idem habet cum regno nomen: in eâ ſepultus iacet Alfonſus ille Regum decus, qui, vt in Caſtellæ deſcriptione diximus, à filio ſuo Sanctio regno excluſus eſt. Murcenſes ob receptum regem coronas ſeptem in inſignibus geſtant: Eſt in eodem tractu *Carthago noua* exſtructa ab Aſdrubale.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HISPANIA TARRACONENSIS Ταῤῥακωνησία Ptolemæo, nomen habet ab vrbe primaria *Tarracone*, quæ hodie *Taragona* dicitur. Plinio vocatur Hiſpania citerior. In ea ponuntur ab antiquis populi permulti. *Callaïci Bracarij*, qui aliter *Galleci* dicti ſunt, *Callaïci Lucenſes*, *Paſicori*, *Cantabri*, *Autrigones*, *Cariſti*, *Varduli*, *Vaſcones*, *Conteſtani*, *Edetani*, *Ilercaones* *Coſatini*, *Lætani*, *Indigeti*, *Artabri*, *Capori*, *Cilini*, *Lemani*, *Bædyi*, *Seburri*, *Aſtures*, *Vaccai*, *Berones*, *Carpetani*, *Oretani*, quos Plinius *Germanos* cognominat, & alij complures. Vrbes primariæ fuerunt, Autrigonum *Flauiobriga*. Conteſtanorum *Carthago noua*, & *Valentia*: Coſetanorum *Tarraco*: Lætanorum *Barcino* quam Plinius *Fauentiam* appellat. Indigetorum *Rhoda*, Straboni *Rhodope* dicitur. Armacorum *Aſturia Auguſta*, hodie *Aſtorgam* vocant: Bræcariorum *Bræcara Auguſta*, *Caladunum*, *Complutica*, *Tuntobriga*: Cantabrorum, *Iuliobriga*: Areuacceorum *Numantia*, *Noudauguſta*. Carpetanorum *Toletum*, *Complutum*, *Paterniana*: Edetanorum *Cæſarauguſta*, *Saguntum*, *Dertoſa*, *Carthago vetus*. Vaſconum *Pompelo*, *Bituris*, *Gracuris*, *Alauona*. Illergetum *Gallica Flauia*, *Ilerda*. Hodie in plura regna diuiſa eſt. *Murciæ*, *Valentiæ*, *Arragoniæ*, & *Nauarræ*, prætereà in *Cantabriam*, quæ habet in ſe *Biſcaiam* & *Guipuſcoam*, denique in *Catelloniam*, *Aſturias*, *Gallitiam*, *Caſtellam Veterem*, *Caſtellam nouam*, & *Portugalliæ* partem illam quæ inter Duriam & Minium ſita eſt. VALENTIA à primaria ciuitate appellationem duxit: ab ortu Mediterraneo mari alluitur, in quo ſinus *Sucronenſis*: ad Boream, vicinam habet Arragoniam; ad occaſum, vtramque Caſtiliam; ab Auſtro Murciam. Regni titulum accepit Anno D. CC. XX. complectiturque Hedetanos, Conteſtanos, & partem Ilercaonum. Fluuios habet nobiles permultos, imprimis verò Duriam, quem Ptolemæus Doriam, Plinius (emendante ita Hermolao ex Saluſtio & Phoca Grammatico) vocat Turiam. Incolæ Arabicam vocem *Guadalabiar* ſeruauerunt, quæ vox aquam puram ſignificat.

Fluuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Fluuius hic non tam profundus eſt, quam amœnus, ob ripam vtrimque roſis ſemper virentibus conſitam, varioque florum genere coronatam, adſtipulante etiam Claudiano in laude Serenæ,

Floribus, & roſeis formoſus Duria ripis.

Nemoribus etiam à fonte ad oſtia vſque perpetuis veſtitur, pulcherrimo aſpectu. Sunt in hoc regno præter cæteros, duo montes, *Mariola* & *Pena gloloſa*, ſtirpibus & herbis varijs refertiſsimi, ad quos medicorum, botanicorum, pharmacopœorum magna ſemper confluunt examina. Habet & argenti fodinas, in loco quem *Buriol* dicunt, inter Valentiam & Dertoſam. Reperiuntur etiam lapides aureis venulis interſtincti. Ad promontorium *Finiſtrat* ſunt ferrifodinæ, & circa Segorbiam latumiæ, è quibus Romam deuecta olim marmora. In *Picacent* alabaſtrum effoditur, & paſsim alumen, rubia, calx, gypſum: Vaſcula etiam Porcellana conficiunt æmula Italicorum. Ad ripam Turiæ ſiniſtram ſterit olim *Saguntus* Zacynthorum colonia, hodie a muris veteribus *Moruedre*. Situm eius deſcribit Silius Italicus lib. I. vnde is peti poteſt. Eſt etiam ad mare *Segobriga*, & vicinior Murciæ *Alicanta*. Sed primaria eſt Valentia. Hanc diu Mauri tenuere, longa ducum ſerie: oppugnatã ſæpè ab Arragonum regibus, donec ea Rex Iames poſt longam obſidionem tandem potitus eſt, ducemque *Zaen Maure* cum quinquaginta Maurorum millibus coëgit vrbe cedere & *Deniam* confugere, auro, argento, armis aliaque ſupellectile eodem aſportata. Deſertam hoc modo Valentiam Rex Iacobus colonia miſſa colere iterum inſtituit. Coloni fuere Cataloni & Arragones, ductoribus *D. Berengario Palatiol* Epiſcopo Barcelonenſi. *D. Vidalo Cauelia* Epiſcopo Hueſcano. *D. Petro Fernandes d'Acagra* & *D. Simone d'Vrrea*, Equitibus. Hi totam vrbem inter colonos nouos partiti ſunt, habita dignitatis cuiuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cuiuſque ratione. Legibus etiam nouis Remp. ornarunt. Inſcripta eo tempore trecenta octoginta quatuor capita familiarum. Primus Epiſcopus fuit *Don Ferrier de S. Martin*; Epiſcopatus qui antea ſubiectus fuerat Archiepiſcopo Toletano, ex eo tempore Tarraconenſi parere cœpit. Sunt autem ingentes quoque Epiſcopi Valentiæ prouentus. Marineus Siculus eos æſtimat in ſingulos annos tredecim ducatorum millibus, adſtipulaturque ei Damianus Goeſius. Plinius hanc vrbem Coloniam dicit eſſe Romanorum. Certè in antiqua inſcriptione legitur COLONIA IVLIA VALENTIA. Sunt tamen hiſce etiam cognomines in Brutijs, Tempſanis vicini, quorum oppidum Vibona. Meminit iſtorum Strabo lib. 6. Plinius lib. 2. & Cicero libro 5. in Verrem. Sed nos Hiſpanos narremus. Concilium hic celebratum eſt anno à Chriſto nato quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, multaque antiquitatis Romanæ monumenta in ea ac circa eam viſuntur. Ager huius vrbis vbique a Mauris colitur, conniuentibus Rege pariter & Inquiſitione; quinetiam religionis Mahumetanæ vſum vulgo & palam concedentibus. Poſtquam vrbem ipſam diu Mauri tenuiſſent, tandem eam expugnauit Ferdinandus per Rodericum Cidum, expulitque ex ea Saracenos, factum id Anno M. X X X. Sed de Valentia eruditè Scaliger, cuius verſus elucubratiſsimi ex libello de vrbibus ad Diuam Conſtantiam Ragoniam.

Vna tibi ante oculos populi ponatur imago
Cætera iam ex illa natio tota patet.
Ægra Ceres, regio torrenti infamis ab æſtu
Arida Cerberéam colligit aura ſitim.
Nuſquam tutus ibit rapido latrone viator
Nam probus & pius eſt tollere ludus opes.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

45



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ARRAGONENSES a Tarraconenſibus nomen habent, eos Iberus fluuius a Valentinis diſterminat. Metropolis eſt *Cæſaraugnſta*, Ptolemæo Καισάρεια Αὐγοῦστα; hodie *Caragoça* dicitur: Condita eſt a Iuba Mauritaniæ Rege, Florentibus enim Carthaginienſium rebus magnam Hiſpaniæ partem Pœni tenuere: Sita verò ad ripam Iberi fluuij trigeſimo quinto milliari a littore Mediterraneo: habetque ſcholam celebrem: Sunt in eodem regno *Oſca*, hodie *Hueſca*: Eſt & *Tyriaſſona* ad montem Caci: & *Iacca* ſub Pyrenæis quæ nomen habet a Iaccetanis. Fuit & olim *Bilbilis* in colle, patria Martialis, qui eam *Auguſtam* vocat, cincta fuit vndique Salone Fluuio. Ipſe lib. I. epigr. LXII.

Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Eſt & *Fraga*, inter Ilerdam & Cæſarauguſtam & *Gurcea*. CATALONIAM ab Arragonia *Cinga* fluuius; à Gallia, Pyrenæi montes; a Valentia *Iberus* diſterminant: ſita eſt ad mare mediterraneum: Nomen habet à *Caſtellanis*, quos in hoc tractu locat Ptolemæus, vt & *Indigetes* & *Ilergetes*, & *Ceretanos*. Metropolis hodiè eſt *Barcelona* quam veteres Barcinonem vocauere, Paulino *Barcinus* dicitur, Ptolemæo Βαρκίνων. Inter hanc & Iberi fluminis oſtium fuit *Tarraco* potens olim vrbs, opus Scipionum, à qua Hiſpaniæ pars tertia *Tarraconenſis* dicta fuit. Ad Iberi ripam eſt *Dertoſa*, quæ & *Ilercaonia* dicitur à populis. Eſt & *Ilerda* quam nunc *Leridam* vocant, ad *Sicorim* fluuium, qui ſe in Iberum exonerat. Eam ita deſcribit Lucanus lib. IV Pharſal.

Colle tumet modico, lenique excreuit in altum
Pingue ſolum tumulo: ſuper hunc fundata vetuſta

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Surgit Ilerda manu; placidis prælabitur vndis
Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes,
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu
Hibernas paſſurus aquas -----

Sunt præterea *Blanda, Euporia, Maureſa, Rhoda, Illiberis* & *Gerunda.*

DESCRIPTIO REGNI NAVARRÆ.

NAVAS vocant Hiſpani agros arboribus purgatos, in quorum circuitu ſiluæ ſunt & dumeta: ab his nauis putant quidam hoc regnum dici NAVARRAM, quia in ea multæ ſint *naua.* Loca hæc tenuere olim *Vaſcones, Berones*, ad *Berum* fluuium; *Sueſſitani, Bergiſtani, Cariſti.* Caput regni eſt POMPELON, Ptolemæo & Straboni Πομπελών: ſunt qui eam a Pompeio nomen habere putent: ſunt qui Martuam dictam opinentur. Eſt etiam *Caſcantum* cuius in numis Tiberij mentio. Et *Iuliobriga*, Cantabrorum vetus oppidum, ad Iberum: & in eiuſdem ripa *Calagurris*, patria Fabij Quinctiliani. Hieronymus ex Chronico Euſebij, *Quinctilianus, ex Hiſpania Calagurritanus, primus Romæ publicam Scholam tenuit, & ſalarium a fiſco accepit & claruit.* Auſonius quoque vbi commemorat Rhetores Burgidalenſes,

Primus Burdigalæ columen dicere Mineruæ,
Alter Rhetorica Quinctiliane toga.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

47



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Adſerat vſque licet Fabium Calagurris alumnum,
Non ſit Burgidalæ dum cathedra inferior.

Iberum Hiſpani *Ebrum* vocant : eſt autem fluuius nobilis ortus in Cantabris, qui ſecundum radices Pyrenæi montis riuulorũ aquis creſcens, totam quam lata eſt Hiſpaniam diuidit, niſi quod auſtrum verſus qua in Mediterraneum ſeſe exonerat, paulò longius a montibus recedit. Porrò Nauarram ſub Ludouico XII Galliarum rege Iulius Pontifex proſcripſit; eo quod Ioannes Alani F. rex Nauarræ cum Ludouico arma iunxiſſet contra Venetos, Hiſpanos, & Iulium Papam. Qua ſibi licentia conceſſa Ferdinandus, quod iam diu animo conceperat, effecit, & expugnata Pompelone, reliquiſque Nauarræ, paucis admodum oppidis & arcibus exceptis, pulſiſque veris Dominis, ipſe terras illas occupauit. Fuerunt autem hi reges quondam potentes: Sanchum conſtat anno MXXXIV Comitatus Caſtellæ & Arragoniæ euexiſſe in regna, & alterum quidem Fernando filio ſecundo, alterum Ramiro notho ſuo conceſſiſſe.

DESCRIPTIO MAIORICÆ ET MINORICÆ.

BALEARES INSVLÆ in mari contra Tarraconenſia littora ſitæ, non longè inter ſe diſtant, & ex ſpatio ſuo agnominibus acceptis (inquit Mela) maiores minoreſque perhibentur. Græci *Gymneſias* dixere, quod nudi illic antiquitus vitam agerent. *Baleares* appellantur παρὰ τὸ βάλλειν, vnde & Baliſtæ, & Virgil. *Balearis verbera fundæ*. Euſtathius Theſſalonicenſis vocat σφενδονῆται. Harum inſularum incolæ iam olim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

bello & nauigationibus nobiles quum Romanam claſſem tentaſſent, bello Balearico occaſionem præbuere. Homines feri atque ſilueſtres auſi non ſolum è ſcopulis ſuis maria proſpicere, ſed etiam adſcendere inconditas rates, & prænauigantes ſubinde inopinato impetu terrere. Quum autem venientem ab alto Romanam claſſem proſpexiſſent, prędam putantes, occurrerunt, & primo impetu ingenti lapidum ſaxorumque nimbo claſſem oppleuerunt. Sed non diu lapidatione terruere Romanos. Poſtquam cominus ventum eſt, expertique roſtra & pila venientia, pecudum in morem clamore ſublato petierunt vicina littora, quærendi vt vincerentur. In has inſulas duo quondam delati cuniculi, mas & femella, ita aucti ſunt, vt & domos funditus ſubuerterint, & meſſes latè depopulati ſint. Quumque huic malo remedium non haberent domi, coacti ſunt à Romanis auxilium petere aduerſus ſubterraneos iſtos ſuffoſſores. Res admiranda, niſi extarent grauiora exempla. M. Varro autor eſt à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum, à talpis in Theſſalia, ab ranis ciuitatem in Gallia pulſam, ab locuſtis in Africa: ex Gyaro Cycladum inſula incolas à muribus fugatos; in Italia Amyclas à ſerpentibus deletos. A ſcolopendris verò abactos Trerienſes autor eſt Theophraſtus. Cæterum Baleares fundarum ictus mittebant certiſsimos, quum hæc ſola genti arma eſſent, id vnum ab infantia ſtudium. Cibum puer a matre non accipiebat, niſi quem ipſa monſtrante fundæ ictu percuſsiſſet. Oleum iſtarum inſularum eſt præſtantiſsimum deuehiturque inde in Valentiam, Flandriam, Italiam. Caſei qui hic premuntur Italicis & Hiſpanicis multò ante ſtant. Pannos etiam incolæ conficiunt optimos, diſtrahuntque eos in vicina loca. In Maiorica ad orientem inſignis ciuitas eſt, nomen totius inſulæ præferens. Palmam veteres dixere. Hęc patria fuit *Raimundi Lulli*, viri ſua ætate celeberrimi. Claruit is anno Chriſti M. CCC. XI. Ex eius ſcriptis fatetur Iacobus Stapulenſis pluri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

plurimum ſe profeciſſe. Scripſit multa Chymica, multa Cabaliſtica. Metaphiſicam nouam, & Philoſophiæ in Auerroïſtas expoſtulationem, Rhetoricam, Aſtrologiam. Artem magnam generalem, artem breuem. De Alchimia libros tres. De quinta eſſentia librum vnum. De lapide Philoſophorum. Lapidarium. Magicam naturalem paruam, aliaque id genus. Eius viri tanta apud ſuos ciues eſt exiſtimatio, vt etiam hodie magno ſtipendio Lulliana Philoſophia ibi loco Ariſtotelicæ doceatur. Eſt & alia ciuitas in eadem inſula, nomine Pollentia, quæ meridiem reſpicit. Incolæ plurimum a Turcis & Mauris infeſtantur, prædas in ea agentibus & homines captiuos adducentibus. Mauri eam inſulam diu tenuere, ad annum ſcilicet M C XX VIII. quo Arragones victo rege Ahohibe, eam Hiſpaniæ iunxere. Epiſcopus ſubeſt Epiſcopatui Barcelonenſi. Ex hac inſula traiectus eſt in Hiſpaniam quatuor aut quinque horarum, in Mauritaniam verò bidui aut tridui. MINORICA inſula eſt orientalior quam Maiorica. Circuitus eius eſt millium C L. latitudo millium L X. diſtat à continente Hiſpaniæ mill. C L X. Ptolemæi ætate duæ in ea vrbes fuere, *Iana* quam Mela Iamnam appellat, & *Mago*. Ager huius inſulæ præſtat alterius inſulæ agris. Portus in ea duo ſunt commodi *Maon* & *Farnellus*. Anno M D L. *Dragut Rays* quem alij Dorgutem vocant, Turca, pirata inſignis, quem Barbaroſſa claſsi præfecerat, nauibus quadraginta coactis Reip. Chriſtianæ cladem vaſtitatemque inferre quum decreuiſſet, ad iſtas inſulas Baleares deflexit, Pollentiamque ſubito ſub quartam noctis vigiliam adortus eſt. Sed ciues maiorum virtutis haud immemores, etiam ſeminudi corpora ſua Turcis obiecerunt, plurimiſque captis reliquos in fugam egerunt adempta etiam opima præda.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GALLIA id eſt Europæ, quod reliquo orbi Europa: cultiſsimum, amœniſsimum, ditiſſimum roſetum. Ea hodie non æquè latè patet atque olim: nam & Italiæ pars ea, quæ inter Alpes & Anconam ſita eſt, Gallia Ciſalpina quondam dicta fuit, nunc autem *Lombardia* appellatur; & Belgarum magna pars hodie Germaniæ adſcribitur, quæ ex Cæſaris, & Ptolemæi, veterumque omnium deſcriptione ad Galliam pertinet. Galliam enim *Tranſalpinam* quam Plinius Comatam, Ptolemæus Celtogalliam vocat, in tres partes diuiſere, *Celticam*, *Belgicam*, & *Aquitanicam*. Ptolemæus in quatuor, Ἀκυιτανίαν, Λουγδουνησίαν, quæ eadem eſt cum Cæſaris Celtica, Βελγικὴν & Ναρβωνησίαν. Quadraginta eius gentes fuiſſe perhibentur, quod & numus Antonij indicat, ANTONIVS IMP. A. XL. cum effigie Leonis gradientis. Definiuerunt eam Pyrenæis montibus, Rheno, Oceano, & Alpium iugis; quum hodie quicquid à Caleto ſiue Iccio portu Orientem verſus ſpectat, non Galliæ ſed Germaniæ adcenſeatur, & Rheni vtramque ripam Germani latè ſibi vindicent. Ex veterum igitur definitione pertinebunt ad Galliam *Heluetij*, & quotquot inde ad Rheni vſque oſtium ad læuam fluuij ripam habitant gentes, tum & *Sabaudi* & *Pedemontij* & *Lombardi* ad vtramque ripam Padi, cum *Rauenna*, *Bononia*, *Arimino*, & fluuio *Rubicone*, qui olim Italiam a Gallia Ciſalpina ſeparabat. Dicti autem Galli à Galatis teſte Appiano in Illyricis; vel vt quidam arbitrantur, à candore corporis lacteo, nam γάλα Græcis lac denotat. Comata, Braccata, Togata ab habitu veſteque dicta eſt. Hodie Franciam vocant à Franconibus Germanis. Hi enim circa annum ſalitis CCCC. XX. exagitati a vicinis, ſoli melioris gratia traiecto Rheno, loca Metenſium ac Tullenſium duce Clodio primum inuaſere, inde paullatim ſe per reliquam Galliam diffudere. Etſi verò nihil de nominis origine ab antiquis accuratè proditum ſit, tamen ſuſpicari libet, Germanos inferiores quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

diu nequicquam à Romanis bello petiti eſſet, tempore Gallieni vna conſpiraſſe, copiaſque libertatis ſuæ adſerendæ cauſſa coniunxiſſe, ſeque non regionis ſed huius facti nomine Francos appellaſſe, hoc eſt liberos. Tunc vero ſimul Galliæ oram infeſtaſſe, poſteaque in mediam etiam regionem irrupiſſe, eamque ſibi vſurpaſſe. Argumento eſt Germanicus ſermo, qui diu inter illos obtinuit. Exſtat in Bibliotheca Lingonenſis capituli liber vetuſtiſsimus (vt vocant) Concordantiarum quatuor Euangeliorum, cuius altera pagina verſus Latinos habet, altera vero tranſlationem priſco ſermone Germanico apud inferiores recepto, quem veteres Franci in Galliam deuictam deportarunt, teſte Tilio Comm. de reb. Gallicis lib. I. *Flumina* Galliæ celebriora, ſunt Garumna, Ligeris, Sequana, & Rhodanus. Vnum regem habet, ſeruata lege a Pharamundo ad Ludouicum XIII præſentem, per annos M.C.LXX, qui quidem rex eſt ſexageſimus tertius. Primogenitus regni hæres Delphinus Franciæ appellatur. *Ducatus* Galliæ ſunt octodecim, *Orleans, Bourgoigne, Narbone, Bretaigne, Aniou, Berry, Normandie, Auuernie, Guienne, Tours, Barleduc, Valoys, Nemours, Alençon, Reims, Laon, Langres, & Borbon.* Horum ducum etiam ſunt trigintaquinta Comitatus hæreditarij. Præter hos ſunt alij XIV Regij. *Parlamenta* Galliæ ſunt *Pariſijs, Rhotomagi, Tholoſæ, Burgedalæ, Gratianopoli,* &c. *Pares Franciæ* olim fuere duodecim a Carolo Magno inſtituti. tres Archiepiſcopi, Remenſis, Laudunenſis & Lingonenſis. Epiſcopi tres, Bellouacenſis, Nouiodunenſis, & Catalaunenſis. Duces ſeculares tres, Burgundus, Normannus & Aquitanus. Comites totidem, Flander, Toloſanus, Campanus. Hos nunc repreſentant, Rex Nauarræ, Dux Vendomenſis, Guiſius, Niuernus, Monpenſerius, & Aumalius. *Archiepiſcopi* in hoc regno ſunt ſeptendecim, Aquenſis, Auxitanus, Arelatenſis, Auiennionenſis, Bituricenſis, Veſontienſis, Burdegalenſis, Ebredunenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis, Rhotomagenſis, Remenſis, Senonenſis, Toloſanus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

loſanus, Turonenſis, Tarantaſienſis, Viennẽſis, quibus ſubiecti CVIII. Epiſcopi. *Academiæ* & Gymnaſia litterarum publica, Lutetiæ Pariſiorum, Toloſæ, Burdigalæ, Pictauij, Biturigibus, Andegaui, Dolæ, Aureliani. Montes præcipui ſunt *Iura* quem nunc vocant *montem S. Claudij*, & *Cemennis* quos vocant *montes Aluerniæ*. Solum Galliæ fertilitate, amœnitate, cœli ſalubritate & temperie nulli Europæ parti cedit. Tritici tam eſt ferax, vt Hiſpaniæ & Portugalliæ horreum merito dici poſsit. Vino abundat, eoque optimo, quod in Britanniam, Normandiam, Picardiam, loca Galliæ frigidiora, Angliam quoque & Belgicam deuehitur. Auri metalla in Gallia fuiſſe olim teſtatur præter Strabonem, etiam Euſtathius: ea nunc creduntur exhauſta. Sunt autem Galli corpore compacto, animo vigili, ore libero, læti, alacres, & ad arma proni, eodem numine Palladis, & Martios animos loricatis pectoribus, & togatis præcordijs vim iudicandi inſpirante. Nobiles familiæ creduntur in hoc regno eſſe bis M. ſupra CM & L. Parœciarum XXXII millia, atq; amplius. Feudorum ſeptuaginta millia. Operæ pretium eſt de bellica eorum virtute audire Strabonem virum peritiſsimum, genere Cappadocem, eruditione Græcum, iudicio priſcum, incolatu Romanum, terrarum multarum peragratorem. *Vniuerſa*, inquit, *natio eorum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis ſtudio flagrans, animo eſt ſtrenuo & celeri ad conſerenda prælia; alioqui mente candida & ſimplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque iniuria laceſſiti; conferti coëunt in certamina, apertè, nulloque periculi adeundi reſpectu.* Audiamus eundem de litteris & doctrinarum inſtitutione. *Hæc*, inquit, *Maſſilienſium inſtitutio Romanorum hodie nobiliſſimum quemque pellexit adeo, vt pro peregrinatione quam ſtudiorum cauſſa Athenas pridem ſuſcipiebant diſciplinarum cupidi, nunc illuc ſe conferant. Quorum æmulatio Gallos quoque excitauit, vt pace per terras ſuas compoſita, ipſi otium a rebus bellicis amplectentes ad diſcendi inſtitutum animum adpellerent, non viritim modo, ſed etiam vniuerſim per vrbes. Quippe dicendi magiſtros,*

quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quos Sophiſtas appellant, priuato publicoque impendio oppidatim ſuſcipiunt, ſalarium illis ſtatuentes perinde ac medicis. M. Cato lib. 2. Orig. citante Cariſio. *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſimè perſequitur, rem militarem, & argutè loqui.* Ac litterarum quidem gloriæ permulta exſtant exempla,

Gallia cauſſidicos docuit facunda Britannos.

Notum etiam eſt certamen Græcæ Latinæque facundiæ Lugduni olim inſtitutum ad aram Diuo Auguſto conſecratam, ad quam Iuuenalis alludens prima Satyra inquit

Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

Vide etiam præter autores quos P. Pithœus in Quinctiliani declamationes congeſsit, Pomponium Melam lib. III. cap. I. & Panegyriſten Conſtant. B. Hieronymus ad Ruſticum. *Studia Galliarum quæ vel florentiſſima ſunt.* Et poſt, *Vbertas Gallici nitorque ſermonis.* Idem ad Gallicanum. *S. Hilarius Gallicano cothurno attollitur.* Et aduerſus Vigilantium. *Sola Gallia monſtra non habuit, ſed viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundauit.* Etiam noſtra maiorumque noſtrorum ætas oſtendit renatis ſub Franciſco primo litteris, nullum eſſe liberalium ſtudiorum genus, in quod ſi ingenia Gallica incumbant, non poſſint ipſos etiam Italos adæquare. Etſi enim hi Francis videantur acumine præſtare, non præſtant tamen docilitate aut iudicio. Illis procliue fuit ſtylum ſuum ad cotem priſcæ facundiæ exacutum, ſcribendo dicendoque explorare; his verò obuium antiquos omnes ſcriptores ſumma dexteritate æmulari: Ad bellicam verò gloriam quod attinet, nemo ignorat quanto fuerit olim Romanis, Græcis, & Aſiaticis terrori Gallorum nomen, quum quondam ab ſuis ſedibus vſque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac ſpoliandum profecti ſint; quum Romam ceperunt & incenderunt, Capitolium obſederunt, vrbes in Italia condiderunt, *Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dentum, Vincentiam: Quum recenti adhuc memoria Borbonius Romam vicit. Fuere etiam olim apud Gallos clari ſacerdotes Bardi & Druidæ, de quibus Lucanus,

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis æuum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.
Et vos Barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis.
Solis noſſe Deos, & cœli numina vobis
Aut Solis neſcire datum. Nemora alta remotis
Incolitis lucis: vobis auctoribus, vmbræ
Non tacitas Erebi ſedes, ditiſque profundi
Pallida regna petunt: regit idem ſpiritus artus
Orbe alio; longæ (canitis ſi cognita) vitæ
Mors media eſt. ------ Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis, & ignauum eſt reditura parcere vitæ.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

49



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GALLIA AQVITANICA a Pyrenæis montibus ad Ligerim vſq; Ptolemæo teſte extenditur: nomen Aquitaniæ habet ab aquis, Aremoricæ a mari. Regiones continet, *Bearniam*, *Bigorniam*, *Guiennam* ſiue *Vaſconiam*, cum comitatibus *Commingiæ*, *Armeniaci*, *Foix*, & *Albreti*. Atque hæc cis Garumnam: Vltrà Garumnam ſunt *Pictauia*, *Santonia*, *Perigort*, *Quercy*, *Limoſin*, *Aruernia*, *Berry*, *Tureinia*, *Salonia*, *Borbonium*, *Foreſt*, & *Vellay*. Eſt & *Biſcaiæ* pars ea quæ arcem habet *Baionne*, ditionis in Gallia Aquitanicæ, Ptolemæus vocat ὕδατα Αὐγοῦστα, ſtatuitque inter *Tarbellos*. BENEARNIA ad radices montium Pyrenæorum ſita eſt, auſtrum verſus habet Comitatum Bigorræ, ad Septentriones Biſcaiam, a qua fluuio *Gauen* ſeiungitur. Principatus omnis duas habet partes, altera montoſa eſt, inque ea eſt *Eleronum* in faſtigio montis, ciuitas Epiſcopalis, Antoninus vocat *Iluronem*. Notitia imperij habet *Ciuitatem Eleronenſem*, Hodiè dicitur *Oleron*. Suntque qui putent hoc eſſe *Lugdunum Conuenarum*, ſed errant. Porrò Olorenſis Epiſcopi meminit Concilium Aurelianum quinctum. Altera planitiem habet & campos, eſtque in ea *Eſcarum*, indigenæ vocant *Leſcar*, domicilium quondam Principum: qui tamen ſitu loci & amœnitate allecti, poſtea *Caſtrum Palum* prætulerúnt; idque totius Principatus voluerunt eſſe vrbem præcipuam: certè in ea Henricus Albretanus Nauarræ Rex Henrici IV Galliarum regis auus maternus ſuperbam illam & faſtuoſam ſtructuram molitus eſt, quæ nunc inter primas Chriſtiani orbis celebratur: Idem & Curiam illic conſtituit, in qua lites ciuium deciderentur. In Leſcarienſi ciuitate ſepultus eſt Franciſcus Phœbus XI Bearniæ Princeps. Sunt & alia Benearniæ oppida, *Orthesium* ad fluuium Gauenum, *Benearnum* a quo nomen Prouinciæ. *Morleſium*, in quo officina Monetaria. *Serrance* Galliæ verſus Hiſpaniam terminus. Eſt & arx *Nauarrin*, & abbatia *Sabaulde*. BIGORNIA ſedes *Bigerronum* quos Auſonius *Bigeritanos* vocat, ſita eſt inter

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

inter Benearnos & Conuenas, regio aſpera, ventoſa, frigida. Primaria hic vrbs eſt *Tarba*, ſedes Epiſcopalis, ad flumen *Adurram*, magna ſatis, & extenſis aliquoties limitibus amplificata, quatuor enim conſtat diſtinctis oppidulis. Cæteræ vrbes Bigeronum hodiè ſunt, *Trie*, *Rauaſteins*, quod nomen Germanicam originem ſonat, *Maubourget*, & *Baigneres*, vbi thermæ ſulphureę ſalutares, quarum fontes ad vicinos colles ſiti ſunt.

DESCRIPTIO VASCONIÆ IN GALL. AQVIT.

VASCONES in Hiſpania Tarraconenſi locat Ptolemæus, in Galliâ nullos agnoſcit: ſed eorum loco ſtatuit *Bituriges Vibiſcos*. At nunc Vaſcones in Galliâ ſunt, retinentque vetus nomen qui *Baſques* dicuntur, vicini Cantabris: Hodiè igitur Vaſconia omnis (quæ eadem cum *Nouempopuloniâ*) ad Oceanum ſita eſt inter Baionam & Burdigalam; ſuntque in ea *Auſci*, *Taruſates*, *Lactorates*, tum quos ſuperiore tabula vidimus *Bigerrones*, *Nitiobriges*, quorum ciuitas *Aginnum*, *Conuenæ*, *Garotes*, & *Eluſates*, quos alij *Fluſſates*, vocant. Ager magna parte fertilis, vini imprimis, vbi gleba cælo clementiori reſpondet. Vrbs in ea præcipua *Burdigala*; ad quam ſolo arenoſo naſcitur vinum quod à ſabulo vocatur *vin de Graue*; nam reliquas, *Nerac*, *Condum*, *Mirandum*, *Nogueret*, *Orthes*, *Raſas*, *Dax*, ſatis fuerit nominaſſe. Ex his *Dax* fontibus calidis, ſalinis, & metallis ferreis nobilitatur. Ptolemæus hic ſtatuit Datios, vrbemque eorum vocat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Τάστα. His Vicini ſunt Vaſatenſes quorum oppidum Κόσσιον: Sed apud Ptolemæum pro οὐασά-ριοι legendum οὐασάτιοι. Vaſate hodie vocant *Bazas*: ſitum ſolo arenoſo, quem Sidonius Syrticum vocat, & vagum, ob volantes ventis altercantibus arenas. Pontius Paulinus

Conſul arenoſos non dedignare Vaſatas.

Vaſatenſibus vicini ſunt *Lapurdenſes*: in quibus *Baiona* & *Aquæ Tarbellicæ*. Baionæ iuriſdictio protenditur vſque ad fanum *D. Ioannis* cui cognomen *de Luz*, qui extremus ad littus Septentrionale Galliæ terminus: *Burdigala*, Ptolemæo Βουρδίγαλα, veterum *Biturigum Vibiſcorum* vrbs eſt, ſita in paludibus quas exundans Garumna efficit; ornata tùm Parlamento, tùm Archiepiſcopatu, tùm Academia, in qua omnium artium & ſcientiarum Profeſſores iuuentutem inſtituunt: merito vt hæc Aſtreæ, Apollinis, Martis, & Mercurij ſedes videri poſsit. Exſtant iſtic varia antiquitatis monumenta, inter quæ etiam Palatium Tutelæ, & extra vrbem Amphitheatrum, quod Galieni Palatium vocant. Concilium Burdigalæ aduerſus Priſcillianiſtas iuſſu Maximi Tyranni celebratum eſt, in quo præſes B. Martinus Turonenſis Epiſcopus, ſententia in hæreſiarcham lata, qui, poſtea Treuiris capitis ſupplicio adfectus. Auſonius his terris editus eſt, ſicut ipſe id teſtatur ad Syagrium,

Auſonius genitor nobis, ego nomine eodem
Qui ſim, qua ſecta, ſtirpe, lare & patria,
Adſcripſi, vt noſſes, bone vir, quicunque fuiſſem,
Et notum memori me coleres animo.

Vaſates

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Vaſates patria eſt patri: gens Ædua matri
De patre: Tarbellis ſed genitrix ab Aquis.
Ipſe ego Burdigalæ genitus, diuiſa per vrbes
Quatuor antiquas ſtirpis origo mea.

Et alibi

Burdigala eſt natale ſolum, clementia cœli
Mitis vbi, & riguæ larga indulgentia terræ.
Ver longum, brumæque breues, iuga frondea ſubter
Feruent æquoreos imitata fluenta meatus.
Hæc patria eſt: patrias ſed Roma ſuperuenit omnes.
Diligo Burdigalam, Romam colo: ciuis in illa,
Conſul in ambabus: cunæ hic, ibi ſella curulis.

COMINGES diuiditur in *Altam*, in qua ſunt *S. Bertrant* & *Conſerans*: & Baſſam in qua *Lombres*, & *Samata*. FOIX Comitatus habet vrbes *Pamier* & *Foix*. ARMENIACVM continet veteres *Auxitanos* quos Ptolemæus Αὐσκίους vocat: Eorum vrbs fuit Αὐγοῦστα, hodie *Aux*, pertinet ad *Nouempopulos*. RVTANI veteres coluerunt loca ad *Rodais*. CVMNENI contigui Pyrenæis, *Commis*, atque horum vrbs fuit *Lugdunum Conuenarum*, forte *Oulonne*. GVIENNA vltra Garumnam porrigitur.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

51

DESCRIPTIO PICTAVIÆ IN GALL. AQVIT.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

IN Aquitania collocauimus PICTAVOS ſiue Pictones. Ptolemæus vocat Πήκτονας. Τοῖς μὲν Πήκτοσιν, inquiens, ὑπόκειν)αι Λιμῦϊκοι. Horum ditio à Garumna ſeſe extendit vſque ad Ligerim. Diuiditur in inferiorem & ſuperionem. Inferiorem appellant eam quæ verſus Occaſum in Oceanum Aquitanicum deſinit. Superiorem, quæ Orientem reſpicit ad Turones vſque & Bituriges. Ad meridiem contingunt eam Santones, Angoleſmenſes, & Lemouices. Britanni & Andegauenſes ſunt ad Septentrionem proximi. SANTONVM Metropolis eſt *Sainctes*, ſunt & alia oppida, *Bourg* & *Blaye*, ad dexteram Garumnæ ripam, ſpecula illius tractus. Sunt & *Marennes, S. Iean d'Angeli, Angouleſme.* Inter Santones & Pictones eſt *Rochelle*, quæ videtur ex Ptolemæi deſcriptione eſſe Σαντονῶν ἄκρον. Porrò *Santonum* meminit præter Strabonem, Ptolemæum, Melam, Plinium, etiam Martialis feſtiuo in Epigrammate,

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo
Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

PICTONVM verò regio tritico & pecore refertiſsima eſt, vino abundat & piſcibus, ſed & auium ferarumque ingente copiâ: quo fit vt venationes aucupiaque hic ſint frequentia. Tres ſunt Epiſcopi Toloſano Archiepiſcopo ſubiecti, Pictauienſis, qui ſub ſe XXVII habet Abbatias. Lucionenſis, qui X. Mallacenſis, qui quatuor. Diœceſes in vniuerſum totius huius tractus ſunt mille ducentæ. Primaria vrbs eſt Pictauia *Poictiers*, omnium Galliæ vrbium poſt Lutetiam ampliſsima, Ptolemæo dicitur *Auguſtoritum.* Chr. Longolius putat eſſe *Limonum.* Certè etiam Λίμωνον poſuit Ptolemæus in Pictonibus. Verba Longolij ex prima eius defenſione hæc

 ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſunt. *Vt Iuriſprudentia animum excolerem, contuli me Limonum Pictonum, Aquitaniæ vrbem, neque ſtudioſæ iuuentutis multitudine incelebrem.* Etiam in Itinerario Antonini eſt *Limonum* vrbs, & in Commentario Hirtij Gallico. Eam Clanius maxima parte ambit. Academia hic ſtudio iuris ciuilis celebris, de qua Scaliger in vrbibus,

Si ſtudium eſt animæ: veniunt à corpore vires,
Galliaque à meritis poſcit vtrumque ſibi.
Hæc ſtudijs, aliæ belli exercentur amore,
Pictauium eſt animus, cætera corpus erunt.

Antiquitatem eius teſtâtur Theatrum, Palatium Galieni, & fornices æquæductuum qui etiam hodie *Les ducts* vocantur, Romanorum in hoc loco imperij certiſsima monumenta. Eſt & Amphitheatrum apud Pictones manu quidem & arte humana factum, ſed ita, vt videri poſſit à natura: totum enim exciſum & excauatum eſt in monte, ſine externa vlla materiatione calcis, lapidis, aut ligni. Mons abeſt plus minus dieï mediæ itinere à Ligeri fluuio, vbi pons eſt quem Galli vocant *Pont du Sey*, fortè quod ſit pons Cæſaris. Pagus haud procul inde qui dicitur Douæus. In hoc amphitheatro narrant Franciſcum Regem anno M. D. XXXIV. circumforaneis quibuſdam hiſtrionibus qui Apoſtolorum acta repræſentabant, permiſiſſe locum ad ea ſpectacula edenda. Illos purgaſſe, ornaſſe, & magnam ſpectatorum turbam contraxiſſe: ex eo conuentu qui dies triginta perſeuerauit, ad paganos multum atque vberem quæſtum redijſſe: ea re motos, impetraſſe à rege, ne quis deinceps ab eo Amphitheatro propius perticis XXX. lapidem excideret.

QVERCY

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

QVERCY regio eſt *Cadurcorum*, quorum vrbs *Cahors* Ptolemæo Δεήωνα. Eſt & ad Garumnam in colle *Montauban*. PERIGORT regio eſt *Petrocoriorum*, quorum vrbem vocat Ptolemæus Ουεσȣναν. Hodie ſunt oppida *Sarlat* & *Perigeux*. *Petrocorijs* proximi fuere *Nitiobriges*, quorum oppidum vetus *Aginnum*, Ἀγιννὸν, etiam Antonino celebratum in Itinerario. In hoc oppido vixit Iulius Cæſar Scaliger, cuius in monaſterio ſepulchrum exſtat cum hac Epigraphe, IVLII CÆSARIS SCALIGERI QVOD FVIT: patria eſt Ioſephi Iuſti Scaligeri. Bis beata, quod & illum exceperit, & hunc orbi dederit, quibus maiores dare non potuit.

DESCRIPTIO BITVRIGVM IN GALL. AQVIT.

BITVRIGVM regio vulgò dicitur Ducatus *Berry*, eſtque ſegetum fertiliſsima, & rerum aliarum ad vitam cultumque neceſſariarum. Primariam eius vrbem Cæſar *Auaricum* vocat, alijs creditur eſſe *Auguſtonemetum*. Plinius eis libertatem ſingulari priuilegio aſcribit, aïtque vocatos *Cubos*, quomodo eos etiam indigetat Ptolemæus, ad diſcrimen Biturigum Vibiſcorum, quos Strabo Ioſcos, Plinius Vbiſcos nominat. Vrbem ſanè antiquam eſſe ſilentibus ſcriptoribus teſtantur monumenta, proxima eſt Nouioduno oppido Biturigum, ac Genabo oppido Carnutum, & Velaunoduno oppido Senonum. Vulgò vocant *Bourges* vel *Viarons*. Qui eam à duabus turribus dictam volunt, eïque rei verſum Grammatici adferunt

Turribus à binis inde vocor Bituris

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

næ mihi lymphatico enthyſiaſmo correpti oracula fundere videntur, quæ ipſi ſomniarunt. Vrbem commendant litteræ, Ducatus, nundinæ. Duci Biturigum fidem præſtant Comes *Sancerres*, & S. *Aignan*, & Baro *montis Falconis*. Vrbes in vniuerſo tractu ſunt XXXIII. quarum præcipuæ ſunt *Iſſondun*, *Dun le Roy*, *Vierzon*, *Mehon*, & *Concreſſault*. Carolus VII. quum Anglis pleraque Galliæ occupantibus in hæc loca tanquam regni viſcera conceſsiſſet, dictus eſt per ludibrium *Roy de Bourges*. TVRENA à Turonibus populis nomen habet. Sita inter *Bolys* & *Saumur*, quem tractum popter amœnitatem ſummam vulgò vocant Hortum Franciæ. Eſt & in eodem penè tractu *Amboyſe*. SALONIA inter Bituriges & Ligerim extenſa eſt. Oppida habet *Gergeau*, *Sully*, *la Flerte*, *Clerij*, & *San Lorens*. BORBONIVM nomen habet ab oppido *Bourbon*. Metropolis eius tractus eſt *Molins*. FOREST inter Auerniam & Ligerim iacet, primaria vrbs eſt *Monbriſon*. VELLAY coluere antiquitus *Velauni*; Ptolemæus vocat ȣ̓ελαύνȣς, eorumque vrbem memorat ῥυέσιον, fortè vrbs eſt *Sancti Flori*.

DESCRIPTIO LEMOVICVM IN GALL. AQVIT.

LEMOVICES qui vel ab alimonia ita dicti, vel à ſolo limoſo, regionem habent frugibus, vino, melle, pecore, iumentis, croco, nucibus, oleribus, paſcuis, nemoribus, fontibus, fluminibus, balneis, bitumine, lacubus, argentifodinis, locis munitis, mercimonijſque refertam, longitudine viginti leucarum, latitudine decem. Continet in ſe partem ARVERNIÆ, patriam C. Sollij Apollinaris, vberem, diuitem, amœnam, non ipſius ſolum præconio,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſed etiam Theodorici Gothi, quem Gregorius Turonenſis ſic ait milites aloquutum. *Ad Auernos me ſequimini, & ego vos inducam in patriam, vbi aurum & argentum accipiatis, quantum veſtra poteſt deſiderare cupiditas, de qua pecora, de qua mancipia, de qua veſtimenta in abundantiam accipiatis.* Quod etſi de vniuerſa regione intelligi poſsit, tamen de ciuitate eorum præcipuè capiendum eſt, cuius Turonenſis meminit lib. 2. cap. 20. Iornandes exſertè. *Eoricus vicerex Wiſigothorum Aruernam Galliæ ciuitatem occupauit.* Et in Notitia Imperij clarè diſtinctéque commemoratur CIVITAS ARVERNORVM. In hac ciuitate etiam ſtudia aliquando viguiſſe inſinuat Sidonius lib. XV. Epiſt. 3. *Mitto iſtic ob gratiam pueritiæ tuæ vndique gentium confluxiſſe ſtudia litterarum: tuæque perſonæ quoddam debitum, quod ſermonis Celtici ſquamam depoſitura nobilitas, nunc Oratorio ſtylo, nunc etiam Camænalibus modis imbuatur. Illud in te affectum principaliter Vniuerſitatis accendit, quod quos olim Latinos fieri exegeras, deinceps eſſe Barbaros vetuiſti.* Sed redeo ad Lemouices. Ptolemæus vocat Λιμϐίκϭς, eorumque vrbem memorat ῥατίαϛον, quæ certiſsimè eſt *Lymoges*. Tabella Geographica hic appoſita, non totam Limaniam, ſed partem eius repreſentat, Longitudinem ſcilicet octo penè leucarum, latitudinem ſeptem. Eſt autem Limania Vicecomitatus, diciturque Gallis *Le vicomté de Limoges*. Duos habet Epiſcopatus, raras vrbes, hominum infrequentiam. Tritico etiam, niſi perpaucis locis, caret. Itaque incolæ ſiligine, hordeo, panico, caſtaneis, rapis victitant. Vrbs ipſa Lemouicum ſita eſt loco ſatis benigno, neque vlli eſt Aquitaniæ vrbi poſtponenda; mercatura valet, tametſi id loci ſitus non videatur polliceri.

KB Den Haag

NARBO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


NARBONENSEM Galliam Lugdunenſi & Belgicæ præponimus, vt facilior commodiorque ſit nobis poſt hanc & Lugdunenſem a Belgis ad Germanos tranſitus. Eadem Braccata dicta fuit teſte Plinio: terminos habuit à Septentrione Cemenum montem, ab Ortu Adulam, qui nunc dicitur *S. Gottardi*, & Alpes, vſque ad Vari Fl. oſtia, hiſque limitibus ab Italia diſcluditur. Ad occaſum habet Pyrenæos, ad Auſtrum mare mediterraneum: Continet in ſe *Languedociam*, *Prouinciam*, *Delphinatum*, *&* *Sabaudiam*. LANGVEDOCIA quæ & Aquitania vulgò dicitur, nomen creditur habere à Gothorum terra, hoc enim eſt *Langoth*, alijs placet a ſermone dictos, quod adfirmantes non *Ouy* ſed *Oc* dicerent; a ſermone igitur *Langue d'Oc*, quaſi alia eſſet regio quæ vocari poſſet, *Langue d'Ouy*. Veteribus vocata eſt Prouincia Narbonenſis prima, eſt autem Pyrenæis proxima, Strabo incolas appellat *Tectoſagas*. Metropolis eius *Toloſa*, vrbs Galliæ poſt Lutetiam Pariſiorum præcipua, Parlamento, Archiepiſcopatu, Academia celebris. De hac ita Auſonius,

Non vnquam altricem noſtri reticebo Toloſam
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens
Perque latus pulcro prælabitur amne Garumna
Innumeris cultam populis, confinia propter
Ningida Pyrenes & pinea Cebennorum,
Inter Aquitanas gentes, & nomen Iberûm.
Quæ modo quadruplices ex ſe quum effuderit vrbes
Non vlla exhauſtæ ſenſit diſpendia plebis,
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

55



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Sunt prætereà in hoc tractu vrbes aliæ ſatis celebres. *Albij*, Epiſcopalis ſedes, metropolis veterum Heluiorum, quos Ptolemæus vocat Elicocos; vrbem ipſorum Albam Auguſtam, quam etiam Plinius memorat. *Bliteræ* oppidum peruetuſtum. *Rhodez* Metropolis regionis Rhutenorum. *Narbona*, à qua tota hæc prouincia nomen accepit, prima omnium Europæ colonia Romana, quam Cicero ſpeculam ac propugnaculum Italiæ vocat, Plinius, coloniam decumanorum. Sita eſt ad oſtia Atacis fluminis. Hæc hodie Archiepiſcopatus ſede nobilitatur. Eſt in eodem tractu *Mons Peſſulanus*, ſitu, amœnitate, ſtudijs medecinæ celebris. Eſt & *Pons S. Spiritus* aliæque vrbes complures.

DESCRIPTIO PROVINCIÆ IN GALL. NARB.

PROVINCIA ad radicem Alpium inter Rhodanum & Varum iacet, agro laudatiſſimo: ſegetem, ficus, myrtos, caſtaneas, mala cotonea, granata, crocum, dactylos profert, & vinum præſtantiſſimum. Diuiditur in ditiones duas, alteram Pontificis, alteram Regis. Ad Pontificem pertinet Auenio cum vniuerſo Comitatu Veneſſino. Ad Galliæ regnum cætera illius prouinciæ, *Arelate*, *Aquæ Sextiæ*, *Arauſio*, *Nemauſus*, *Maſſilia*. Arelate hodie *Arles* vocant, haud procul a Rhodani oſtio, loco amœniſſimo, frumentique fertiliſſimo, quod inde Genuenſes & Hiſpani nauibus in ſuas oras auehunt. Aluntur hic boues admodum feroces. Sedes eſt Archiepiſcopalis. Plinius vocat Coloniam Sextanorum. Tria hic celebrata Concilia. Vnum ſub Conſtantino Imperatore & Papa Siluestro. Alterum ſub eodem Papa Anno CCC. XXVI.

Tertium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Tertium verò Anno CCCC. LXI. Hæret vrbs ad collem, clauditurque ab occidente Rhodano; ad Orientem verò habet paludem magnam : ad Auſtrum campum fertilem. Inſulam vocant indigenæ *Camargues*. quod quidam interpretantur Campum Marij. Quin & Regni aliquando titulo inſignis fuit : quem Otto primus Imp. ob iniuriam Archiepiſcopo abs Rege illatam eripuit, vrbemque Romano Imperio ſubiecit. Vicinæ huic ſunt *Aquæ Sextiæ*, Gallis *Aix*, ad quas cæſi a C. Mario Cimbri, hodie Parlamento & Epiſcopali ſede nobiles. NEMAVSVS Straboni Metropolis dicitur Aremoricorum. Vrbs antiqua & monumentis varijs plena, imprimis Amphitheatro, quod Ioannes Poldus Albenas memorat in libro quem inſcripſit Antiquitates Nemauſi. Eſt & in hoc tractu MASSILIA quam à Medis imperante Aſtyage quidam conditam opinantur, poſteà reſtauratam à Phocenſibus Aſiaticis, qui Cyri tyrrannidem fugientes relicta Græcia, in hunc ſinum nauigarunt. Nam qui ab Harpalo Regis præfecto ex terra Phocide fugati ſunt, alij Veliam, partim Maſsiliam condiderunt, vt diſſerit Iulius Hyginus apud Agell. lib. x. cap. 16. Propterea illam Lucanus Phocaida appellat. Hos Varro trilingues eſſe dixit, quod & Græcè loquerentur, & Latinè & Gallicè. Studia linguarum artiumque hic olim viguiſſe & antea nobis ex Strabone declaratum eſt, & ex Cornelio Tacito amplius liquere poteſt, qui Iulium Agricolam *per omnem honeſtarum artium cultum pueritiam adoleſcentiamque Maſſiliæ tranſegiſſe* ſcribit, *ſede & magiſtra ſtudiorum; loco Græca comitate & prouinciali parſimonia miſto, ac bene compoſito:* ibidem ſtudia Philoſophiæ *vltrà quam conceſſum Romano Senatori*, hauſiſſe. Cicero huius ciuitatis diſciplinam grauitatemque non ſolum Græciæ ſed cunctis gentibus anteponendam putauit. Sed neque belli gloria minor fuit, quum ſine ea nunquam ex Tranſalpinis gentibus Romani triumpharint. Diſciplinæ & ſeueritati quæ iam olim in prouerbium abijt documenta hæc eſſe poſſunt. Nullum

aditum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

aditum in ſcenam mimis dabant, quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus; ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumeret. Omnibus, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærerent, portas clauſas habebant, mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmouendam è Rep. exiſtimantes. A condita vrbe gladius ibi erat, quo noxij iugulabantur, rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio; ſed index, in minimis quoq; rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda. Plura iſtiuſmodi petere licet ex Valerio Max. lib. II. cap. 6. Vinum Maſsilienſe optimum eſſe teſtatur Martial. lib. XIII.

Tu me Maſſiliæ ponere vina putes.

Taurum huius ciuitatis inſigne fuiſſe prodidit Stephanus, numi quoque id variè oſtendunt, aurei & argenteï: Sunt etiam in hoc tractu *Forum Iulij* in Oxobijs ad littus. *Olbia* nunc *Hieres*, ex aduerſo Stoechadum inſularum. *Cabellio* nunc *Cauallon*, *Troentium* quod nunc vocant *Tolon*. *Taraſconum* oppidum Tauruſciorum.

DESCRIPTIO COMITATVS AVENIONENSIS IN GALL. NARB.

COMITATVM VENIESSINVM vel Venuxinum Rhodanus præterlabitur, eſtque hæc Galliæ Narbonenſis pars. Epiſcopatus tres habet, Carpentoractenſem, Caballionenſem, & Vaſionenſem, ſubiectos Archiepiſcopo Auenionenſi. Vrbes ſunt *Carpentras*, *Cauaillon*, *Vaſion*. AVENIO ad Rhodanum ſita eſt, ditionis Pontificiæ: emit enim eam à Ioanna Siciliæ regina Clemens ſextus, Anno M. CCC. LX. Vrbs eſt antiqua, potens, nobilis.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

56



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

bilis. Vtramque Rhodani ripam ponte longiſsimo pulcherrimoque connectit. Sedes fuit Pontificum per annos LX. integros, Ioanne XXII. Curiam Romanam eo transferente. Septem in ea portæ, ſeptem templa, ſeptem Canonicorum Collegia; totidem monaſteria virginum, Xenodochia, Conuentus. De ea ita Scaliger.

Viuendi ratio cum libertate recepta
Efficiunt, vt ſis, altera Roma tibi.
Templa, forum, celſo ſubducta palatia cælo:
Magna hæc. te plus eſt dicere poſſe tuum.

Regni titulum perdiu habuit, iam inde à Carolo Caluo; docuere hic iuriſprudentiam Paullus Caſtrenſis, & poſtea Alcianus. Eſt in hoc Comitatu fluuius *Sorge*, non tam naturæ opere quam decantatiſsimis Franciſci Petrarchæ verſibus nobilis. Eſt & locus *Valcluſe*, ſitu amœniſsimo inter rupes, quæ vallem vndique claudunt; ex qua re etiam loco nomen. In hoc ſeceſſu Hetruſcus ille ſuam Lauram dignis immortalitate verſibus decantauit. Eſt & ARAVSIO cum Principatu ſuo & vniuerſa iuriſdictione: vrbs Ptolemæo, Straboni, Sidonio celebrata. Pomponius eam nominat Secundanorum Coloniam: atque etiamnum in antiquo lapide legitur COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. In hac vrbe conſpicuæ ſunt theatri ingentis ruinæ cum muro quadrato adfabrè exſtructo ſtupendi operis, cui vix vniuerſa Gallia ſimilem habet. Quà verò Lugdunum itur, ad portam arcus eſt triumphalis longè elaboratiſsimus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

57



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DELPHINATVS ad meridiem contermina eſt Prouinciæ, ad Septentrionem Breſsiæ, interfluente Rhodano: ad occaſum eſt Veniſſæ Comitatus, ad ortum Pedemontium cum Sabaudia. Allobroges huius tractus partem olim tenuiſſe ex eo apparet, quod *Vienna* quæ nunc eſt caput Delphinatus, Melæ alijſque dicatur *Vienna Allobrogum*. Fuere hic præterea *Caturiges*, quorum oppidulum Churges. *Ebrodunenſes* Embrun. *Segalauni*, quorum ciuitas Valentia: *Vocontij*, *Doenſes*, *Grationopolitani*, *Tricaſtini*, *Vapincenſes* quorum Gap, & *Brannouij*. Hodie diuiditur in ſuperiorem cuius præcipua hodie vrbs *Embrun* & poſt eam Valentia: atque inferiorem, in qua eminent, *Gratianopolis* ſedes Parlamenti, & *Vienna* ad Rhodanum, quā Auſonius *Alpinam* vocat, Claudius *ornatiſſimam Coloniam*; Exercuit ea iam olim odia cum Lugdunenſibus, ob Principatum vt refert Tacitus lib. 1. Hiſtor. ſedes nunc eſt Archiepiſcopalis: eamq; exornauit olim Claudianus Mamercus cuius de ſtatu animæ exſtant libri eruditi. Ferturque etiam hic exulaſſe Pilatus: certè turris oſtenditur ab eius nomine, & obſcura ſpecus. VALENTINIANI territorij metropolis eſt *Valentia* quæ non à Valente aut Valentiniano Imperatore, ſed à virtute militum nomen habet. Sede Epiſcopali, & Curia, & Academia celebris, vtpote in qua docuerit ſæculi ſuperioris decus Iacobus Cuiacius. Gratianopolis à Gratiano Imperatore nomen traxiſſe videtur, quum ante vocata eſſet Cularo. Sita eſt ad Iſaram fluuiū, cuius ripas elegantiſſimo ponte nectit. Sedes eſt ampliſsimi Senatus Delphinatenſis iam inde à Ludouico XI. Fuere in eodem tractu olim *Dea Bocontiorum*, *Augusta Tricaſtinorum*: Eſt & hodie *Vapincum*, quod nunc dicitur *Gap. Romans* ad ripam Iſaræ exſtructa, inſigni & viſendo ponte celebris. Habet eadem Iſara Monmelianum. Rhodanus *Monlimartum* & *Thenium*. Præter recenſitas à nobis Viennam & Valentiam ſunt in montanis *Talaot*, *Charge*, & aliæ complures.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

58



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SABAVDI olim Allobroges dicti ſunt: noti & victoria Fabij, & Catilinæ coniuratione: conſtat autem antiquorum monumentis, totum hunc tractum regni titulum habuiſſe, idque temporibus Annibalis, qui Bronco & eius fratre de ditione certantibus factus arbiter, regnum maiori adiudicauit, eumque imperio reſtituit, referente id Liuio lib. XXI. hiſt. Lucius etiam Florus regis Betulli mentionem facit, capti à Q. Fabio Maximo. Fuit & Cottius Allobrogum Rex amiciſsimus Auguſto, qui Alpes à ſe dictas ſtructis molibus commodiores reddidit. Eius metropolis fuit *Vienna*, quæ propterea Melæ Vienna Allobrogum appellatur. Nomen Sabaudorum vnde ortum ſit quæritur. Carolus Bouillus autor eſt, hanc regionem præ locorum anguſtia & incolarum paucitate totam à latronibus obſeſſam, qui prætereuntes aut iugulabant aut ſpoliabant. Eo tempore à difficultate itinerum dictam *Mauluoye* quaſi malam viam: poſteà ſublatis interemptiſque à nobili quodam viarum inſeſſoribus, vocatam ex re *Saulucye*. Sed neque authorem refert, neque tempus quo iſta acciderint, in clara hiſtoriarum luce. Certè Notitia imperij non ſemel meminit Sabaudię, inter Narbonenſis Galliæ Prouincias: Ex quo apparet nomen eſſe antiquius quã ipſa ſit Gallorum vel Sabaudiorum lingua hodierna. Rectius illi videntur ratiocinari, qui à Sabatia Sabatios inde Sabaudios deflectũt. Plinius libro tertio meminit Vadi Sabatij. Strabo σαββάτον ὔαδα commemorat. Silius lib. 8.

Quique tuos Flauina focos, Sabatia quique
Stagna tenent.

Mela Sabatiam vrbem eſſe dicit. Atque hæc citrà controuerſiam illa ſunt Sabatia vada, apud quæ Pertinax Imperator mercaturas exercuit, auaritia & lucri cupiditate ad priuatorum homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

num hominum ſtudia raptus, vt ait Capitolinus. Neque verò nos mouere debet quod Sabatij à Plinio aliјſque omnibus ponantur in Italia, inter Ligures, quum Strabo teſtetur lib. IV. priſcos Græcos Maſsiliam quoque in Liguſtica regione poſuiſſe, neque id Græcos ſolum, ſed etiam Gallos feciſſe, οἱ δ' ὕςερον Κελτοὶ λίγυας ὀνομάζουσι καὶ τὴν μέχρι τοῦ ῥοδανοῦ πεδιάδα. Fluxit igitur appellatio à littore maris Mediterranei ad interiora loca, continetque nunc Sabaudia agros *Allobrogum*, *Nantuatum Voconiorum*, *Veragrorum*, *Caturigum*, *Centronum*, *Lepontiorum*. Sed hæc antiquiora. Hodie nominantur, Sabaudia, Comitatus Geneuenſis, Marchionatus Suſæ, Comitatus *Morienna*: Dominia *Tharentaiſe*, *Brengeois*, *Faucigny*, *Chablais*, *Val de l'Oſte*, vel *Pays de Vaul*. Habet præterea Sabaudiæ ducatus ſub ſe Pedemontanam regionem, Principatus titulo decoratam, item regionem Breſſanenſem in qua ſunt Comitatus *Varaz*, *Montreueil*, *Pont de Vaulx*, *Bagey*, aliјque. Metropolis Sabaudiæ eſt *Camberinum* Chamberin, in qua parlamentum. Vrbs in conualli ſita montibus vndique cingitur. Lacus in Sabaudia permulti & ampli: inter quos Lemanus, Nicienſis & Burgenſis præcipui. Sunt & aliæ vrbes, *Bele* haud procul à Rhodano. *Monſtier*, *S. Iean*, *Nicy*, in quam Geneuenſis Epiſcopus ſedem ſuam tranſtulit. GENEVA ſita eſt ad lacum,

Qua rapitur præceps Rhodanus, genitore Lemano.

Oppidum antiquum, vtpote cuius Lucanus, & Cæſar faciant mentionem, agrum habet fertilem, Vineta vberrima, pontem etiam ligneum quo partes vrbis vltra & cis Rhodanum ſitæ connectuntur: *Rhodani* caput eſt in vertice montis Furcæ qui pars eſt montis Gothardi, in Valeſia, loco gelido, niuibus perpetuis, & glacie obſito. Initio exilis eſt, ſed riui ex ſolutis vndique niuibus orti eum ſtatim augent, donec egreſſus Valeſiam, Lemano mergatur. Ab origine Rheni (cuius fontes in ſummis Alpibus ſupra Curiam Heluetiorum ciuitatem) ad fontem Rhodani, interuallum eſt recta linea trium

penè

penè horarum. Rhodanus Auſtrum verſus, Rhenus verſus Septentrionem fluunt. Sabaudia olim Regno Arelatenſi ſubiecta fuit: poſteà Anno M. C. XVIII. ab Ottone Imperatore adiecta eſt Imperio, titulo Comitatus. Etſi verò Sabaudus Auguſtenſem & Pedemontanum ducatus ſibi haberet ſubiectos; tamen Ducis titulo ſemper abſtinuit, donec in Concilio Conſtantienſi Imperator hoc illi indulſit. Primus dux fuit Amedæus filius Aimonis Comitis; Hic poſt obitum vxoris, relicta Ludouico filio ducatus cura, in ſeceſſu quodam agri Geneuenſis iuxtà Lemanum, cœnobium exſtruxit, in eoque rebus diuinis operam dare inſtituit; idem Concilio Baſileenſi electus in Pontif. Romanum haud multo poſt renunciauit pontificatui, ceſsitque Nicolao quinto.


DESCRIPTIO GALLIÆ LVGDVNENSIS.

GALLIA LVGDVNENSIS quæ & Celtica dicitur, ſita eſt inter Ligerim & Sequanam, porrigiturque ad montem vſque Cemenum: in ea Ptolemæus multos locat populos, Lexubios, Caletas, Venelos, Biducenſes, Oſiſmios, Samnitas, Aulircios Diaulitas, Venelocaſsios Andicanos, Aulircios Cenomanos *Les mans*, Namnetas, *Nantes*, Abrigcatuos *Aurenche*, Aulircios Eburaïcos quorum vrbs Mediolanum, nunc Aurelia, *Orleans*, Redonas *Rhenes en Bretaigne*, Senonas, *Sans*. Carnutas *Chartres*, Pariſios *Pariis*, Tricaſsios qui & Træcæ *Troyes en Champaigne*, Turupios, Seguſianos, Meldas aut potius Melduos *la ville de Meaux*,

KB Den Haag

 Vadicaſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Vadicaſsios,& Æduos Fluuios quoq; memorat, Sequanam Ligerim,Rhodanum. Poſteriores diuiſere tractum Lugduéſem in prouincias quatuor. In PRIMA fuere vrbes hæ, Lugdunum metropolis, *Lions*. Ciuitas Æduorum,*Auſtun*. Ciu. Lingonum, *Langres*. Caſtrum Caballionenſe,*Chalon*. Caſtrum Matiſconenſe,*Maſcon*. In SECVNDA fuere Rotomagum metropolis,*Rouan*. Ciu.Baiocaſſium,*Baioulx*. Ciu. Abricantum, *Auranches*. Ciu. Ebroicorum, *Evreulx*. Ciu. Saiarum, *Sees*. Ciu.Lexóuiorum,*Liſieux*. Ciu. Conſtantia, *Conſtances*. In TERTIA, Turonum metropolis,*Tours*. Ciu. Cenomanorum, *Les mans*. Ciu. Redonum, *Renes*. Ciu. Andicauorum, *Angiers*. Ciu. Namnetum, *Nantes*. Ciu. Coriſopitum,*Cornoalle*. Ciu. Cianctium, id eſt, Venetum,*Vannes*. Ciu. Oſiſmorum : & Ciu. Diablintum,*Leondul.* hodie vocant Neodunum. In QVARTA prouincia fuere Senonum ciuitas metropolis,*Sens*. Ciu. Carnorum,*Chartres*. Ciu. Antiſiodorũ,*Auxerre*. Ciu. Tricaſsimum,*Troye*. Ciu. Aurelianorum,*Orleans*. Ciu. Pariſiorum, *Parijs*, Ciu. Melduorum, *Meaulx*. Noſtro ſæculo poſt varias rerũ mutationes aliter omnis hic tractus diuiditur. Continet igitur Britanniam vtramq;, Normandiã, Aniou, Maines, Beauſſe, Gaſtinois, Niuernois, Franciam , Campaniam cum Brye, Vtramq; Burgundiam & territorium Lugdunenſe, quod quidem ex parte ditionis Sabaudicæ eſt. LVGDVNVM ad Rhodani & Araris confſentes iacet. Hanc Strabo poſt Narbonam iudicauit omnium Galliæ vrbium eſſe & nobiliſſimam & populoſiſſimam. Coloniam eò deduxit ſub Auguſto Munatius Plancus , nobilis orator & Prætorius, M. quoque Tullij auditor, teſte Euſebio. Inſcriptio Caiætæ ſic habet, L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS. COS. IMP. ITER. VII. VIR. EPVLON. TRIVMPH. EX. ROETIS. ÆDEM. SATVRNI. FECIT. DE. MANVBIIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA. BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET. RAVRICVM. Ex eo vrbs Romanorum etiam potentia

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

60



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tentiâ creuit, donec Senecæ temporibus tota exuſta eſt. Quis hoc credat, vbique armis quieſcentibus, quum toto orbe terrarum ſecuritas eſſet, Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quæſitum eſſe, ita vt nox vna interfuerit inter maximam vrbem & nullam? Poſteà tamen à Romanis reſtituta eſt. Hinc Plotius oriundus fuit qui primus Romæ Rhetoricam docuit Latinè: Præceptor is fuit M. Tullij Ciceronis, qui ſe cum Q. fratre ab hoc Plotio primum Latinè doctum refert. Fuere in eadem Epiſcopi Irenæus, Eucherius, & plures alij longo ordine. De hac Scaliger,

Fulmineis Rhodanus qua ſe fugat incitus vndis
Quaque pigro dubitat flumine mitis Arar,
Lugdunum iacet, antiquo nouus orbis in orbe
Lugdunumque vetus orbis, in orbe nouo.
Quod nolis, alibi quæras. hic quære quod optas.
Aut hic aut nuſquam vincere vota potes.

DESCRIPTIO BRITANNIÆ IN GALL. LVGD.

BRITANNIA nomen, iura, leges, incolas à Britannis inſulanis quos nunc Anglos dicimus, ſortita eſt. Vnde autem inſulani iſti in Gallia? nimirum eadem Galliæ lex eſt quæ reliqui orbis. *Quid ſibi volunt*, ait Seneca, *in medijs Barbarorum regionibus Græcæ vrbes? Quid inter Indos Perſaſq; Macedonicus ſermo? Scythia & totus ille ferarum indomitarumq; gentium tractus ciuitates Achaiæ Ponticis impoſitas littoribus oſtentat. Non perpetua hyemis ſæuitia, non hominum ingenia ad ſimilitudi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

militudinem cœli ſui horrentia, transferentibus domus ſuas obſtiterunt. Athenienſis in Aſia turba eſt. Miletus LXXV. *vrbium populum effudit. Totum Italiæ latus quod infero mari alluitur, maior Græcia fuit. Thuſcos Aſia ſibi vendicat. Tyrij Africam incolunt. Hiſpaniam Pœni. Graci in Galliam ſe immiſerunt, in Græciam Galli. Pyrenæus Germanorum tranſitus non inhibuit: per inuia, per incognita verſauit ſe humana leuitas. Alij longo errore iactati, non iudicio elegerunt locum, ſed laſſitudine proximum occupauerunt. Alij armis ſibi ius in alienam terram fecerunt. Nec omnibus eadem cauſſa relinquendi quærendiq; patriam fuit, alios excidia vrbium ſuarum hoſtilibus armis elapſos, ſpoliatoſque ſuis, in aliena expulerunt. Alios domeſtica ſeditio ſubmouit: alios nimia ſuperfluentis populi frequentia ad exonerandas vrbes emiſit.* Britannos in Galliam expulit euocatus ad defenſionem aduerſus Scotos Saxo, regnante Vortigero, malam gratiam ſocijs, confœderatis, hoſpitibus referens. Fieri etiam poteſt vt ante id tempus in hac Galliæ parte Britannorum fuerint coloniæ, quæ tunc auctæ exſulibus Britannis, quam vim domi paſsi fuerant, Aremoricis (nam hi quondam inſederunt hæc loca) intulerunt. Scaliger in vrbibus:

Vicit Aremoricas animoſa Britannia gentes,
Et dedit impoſito nomina priſca iugo.

Hi poſteà in tantam repente potentiam excreuerunt, vt Gothis quo minus Galliam totam occuparent obſtaculo fuerint. Certè Riothimus iſtorum Rex, XII. millia Britannorum contra Gothos in auxilium Romanorum eduxit, vt autor eſt Iornandes. Britannos quoque prælio aduerſus Attilam interfuiſſe teſtis eſt Callimachus Experiens. VENETOS Cæſar in hoc tractu ponit: ſuſpicamur *Vannes* maritimam Venetorum vrbem fuiſſe, nomine haud multum abludente. Horum ciuitatis teſtatur Cæſar in tertio Commentario, longe fuiſſe ampliſsimam auctoritatem omnis oræ maritimæ regionum earum: quod & naues haberent plurimas quibus in Britanniam

tanniam nauigare conſueuerant; & ſcientia atque vſu nauticarum rerum cæteros antecederent, & in magno impetu, atque aperto mari paucis portubus interiectis quos tenebant ipſi, omnes ferè qui eodem mari vti conſeuiſſent, haberent vectigales. Eſt & illud graue argumentum Britannorum potentiæ, quod Reges Galliæ totam hanc oram de qua ſuperanda deſperabant, Normannis, vtpote bello magis adſuetis, olim vincendam depopulandamque conceſſerint: Nec caruit conſilium euentu: Norico enim enſe Britannica contuſa eſt ferocia. Paruit igitur Normannis quæ antea Regi Galliæ paruerat. Poſtea proprios habuit Duces. Vltimus eorum fuit Franciſcus qui Anno M. CCCC. XC. vita functus, vnicam filiam Britanniæ hæredem reliquit. Hæc Maximiliano Archiduci Auſtriæ, Romanorum Regi deſponſata, quum per Franciam deducenda eſſet, rapta eſt a Carolo octauo, qui eam ſibi matrimonio coniunxit. Ex eo Britannia Franciæ adnexa fuit. Porro Britannia omnis ab Oriente habet Cenomannos, cætera mari cingitur: eſt enim promontorij inſtar proiecta in Oceanum. Diuiditur in Superiorem & Inferiorem: Illa Ligeri vicinior eſt, hæc Angliæ, diciturque alio nomine Ripenſis. Diſpertita eſt etiam in tres linguas, quarum ſingulæ ſuas habent regiones. Britannico ſermore (qui veterum Aremoricorum proprius fuiſſe exiſtimatur) vtuntur ij qui *Bretons Bretonnans* vocantur, vt ſunt Cariſopitenſes (*Cornouaille* vocant, nomine ab Anglorum Cornuallia petito) Leonenſes, *S. Paul.* & Trecorenſes *Tregniers.* Gallicè ſonant Dolani, Rhedonenſes & Maclouienſes (*Dol, Rhenes, & Malo.*) Hos idcirco vocant *Bretons Gallots*, quaſi dicas, Britannogallos. Vtroque ſermore promiſcuè vtuntur cæteri, Nannetenſes, Venetenſes, & Briocenſes. Ita fit vt in vniuerſum nouem ſint Britanniæ Epiſcopatus, quibus omnibus Dolanus Metropolitanus antiſtes eſt. Primariæ Britannorum vrbes ſunt Rhedona (*Rhenes*) & Nannetum, *Nantes*, quarum illa Parlamenti ſedes, hæc ad Ligeris

KB Den Haag

oſtia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

oſtia commercijs frequentatur. Eſt & Dina oppidum amœnum, quod *Rauſa* fluuio alluitur, & in quo Britanniæ duces, deliciarum gratia olim commorabantur. Portus præcipui ſunt *S. Malo*, & *Breſt*. Ager Britanniæ fertilis eſt. In locis littoralibus aquas marinas interceptas ad ſolem excoquunt, ſalemque hoc modo colligunt, qui in Hollandiam & Zelandiam delatus adfuſa aqua marina ad niueum candorem redigitur.

DESCRIPTIO NORMANNIÆ IN GALL. LVGD.

CIRCA annum Chriſti DCC. imperante Lothario, Norwegi domeſticis acti diſsidijs, horrendas excurſiones fecerunt in Saxoniam, Friſiam, Scotiam, Galliam, Flandriam; omnia longè lateque igni & ferro depopulantes, ducibus Horico, Orduico, Gotfrido, Rodulpho, Haddingo & Ignaro. Haddingus præ cæteris crudelis vir, regio ortus ſtemmate, copias ſuas ad Ligeris & Sequanæ oſtia expoſuit. Durauit ad multos annos fera iſta hominũ Barbarorum debacchatio. Flandri in Carbonaria ſylua octo eorum millia proſtrauerunt, qua clade irritati magis quam repreſsi, pleraſque Flandriæ vrbes exuſſere. Sub Ludouico ſecundo Lotharij filio decem millia eorum in Friſia proſtrata ſunt. Ad Ligerim nouem millia. Sed Normanni acrius ſemper poſt tot ſuorum ſtrages inſtitere: regionemque omnem quæ intra Ligerim & Sequanam ſita eſt occupantes, eam à ſe NORMANNIAM appellauere, nam antea *Neuſtria* dicebatur, quaſi *Veſtenryck*. Videns igitur Carolus Craſſus gentem iſtam Normannorum bello inuictam eſſe, ſtatuit cum ipſis ita tranſigere, vt ſi Chriſtianam fidem cum Baptiſmate reciperent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

admitterentur. Reſpondit dux eorum Rollo, ad ſedes ſe veniſſe quærendas, patria eiectum: hæ ſi darentur, non detrectaturum lauacrum. Sed non fuerit alienum à noſtro inſtituto oſtendere hoc loco cur Normanni alio nomine *Bigotti* dicti fuerint: de hac igitur re ita legitur in manuſcripto codice monaſterij Andegauenſis: *Carolus ſtultus dedit Normanniam Rolloni cum filia ſua Giſla. Hic non eſt dignatus pedem Caroli oſculari. Quumque comites illum admonerent, vt pedem Regis in acceptionem tanti beneficij oſcularetur, lingua Anglica reſpondit,* Ne ſe by God, *quod valet ac ſi dicas, non per Deum. Rex verò & ſui illum deridentes, & ſermonem eius corruptè referentes, illum vocauerunt* Bigod, *vnde Normanni adhuc vocantur* Bigotti. Rollo iſte poſt Baptiſmum mutato nomine dictus eſt Robertus. Eius filius Guilielmus anno nongenteſimo X L I I I interemptus eſt. Trancredi, Normannorum poſteri, profligatis è Sicilia Sarracenis, multis annis regnum illud tenuerunt, magnaſque res cum ſumma laude in terra Sancta geſſerunt. Vnde Rogerus Houedenus: *Audax Francia Normannorum militiam experta, delituit: ferox Anglia captiua ſuccubuit, diues Apulia ſortita refloruit, Hieroſolyma famoſa, & inſignis Antiochia ſe vtraque ſuppoſuit.* Porrò Normannia ad occidentem Crenone fluuio à Britannia ſecernitur, à Septentrione Oceano terminatur, à Meridie Cenomannis: ad Orientem verò habet Franciam proprie dictam, (in qua eſt Lutetia) à qua flumine Epta diſtinguitur. Itaque tota non pertinet ad Galliam Lugdunenſem, ſed aliqua eius pars ad Belgicam ſpectat. Eſt etiam in hoc tractu territorium Conſtantinum ab vrbe Conſtantia. Ammianus vocat Caſtra Conſtantina; Habet autem Normannia oppida permulta: Primarium eſt Rothomagum, vulgò *Rouen*, ſitu peramœno, vtraque parte clauſum Sequana, Archiepiſcopatu & Parlamento celebre: diues etiam mercatu: Ad Septentrionem habet altum montem. Ammianus hanc caput facit Lugdunenſis ſecundæ. Ptolemæus vocat ῥωτόμαγον ὀυενελλοκασίων: nomen ei a fluuio Robe-

cone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cone qui ad eam Sequanæ iungitur: Magus enim vicum ſonat in Iuliomago, Nouiomago, Rothomago. Ædes ſacræ in hac vrbe permultæ: primaria eſt B. Virginis, exſtructa a Roberto Duce Normanniæ: cuius tres turres. Prima dicitur S. Romani, quem eius Eccleſiæ Archiepiſcopum memorant: Secunda Butyracea ex eo vocatur quod ex ſtipe ad obtinendum quadrageſimæ tempore butyri vſum collecta e ciuibus dicatur exſtructa a Georgio Amboiſio Cardinali & Legato Pontificio. In hac turri campana eſt immenſi ponderis, quam Legatus is quem retuli fieri curauit. In eius ambitu leguntur hi verſus,

IE SVIS NOMMEE GEORGE D'AMBOISE
QVI PLVS DE TRENTE SIX MIL POISE
ET CIL QVI BIEN ME POISERA
QVARANTE MIL Y TROVVERA.

Diepa vrbs eſt maritima. *Auranches* in iugo montis exſtructa. *Faleſa* in valle. In extremo promontorio ad mare Britannicum Portus gratie, *Haure de grace*, opus Franciſci I. *Eureux* vocat Ptolemæus Mediolanum Aulercorum Eburonicum. Numerantur prætereà in Normannia oppida penè LXXX. Normanniam quoque duplicem faciunt, Superiorem & Inferiorem. In ſuperiore ſunt Ducatus tres, *Alençon*, *Aumalle* & *Longeuille*, præter ſeptem Comitatus & Baroniam vnam. In inferiore ſunt quædam domina. Alençonium eſt ad Sartram fluuium, qui apud Andegauenſes in Ligerim ſe exonerat. Initio comitatenſis fuit: Comes primus fuiſſe fertur Karolus Philippi III Franciæ regis filius. Dux primus Ioannes inauguratus a Karolo VI.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ANDES memorat C. Cæſar libro II & VII de bello Gallico. Plinius *Andegauos* appellat: olim Comitatus fuit, ſed Anno M. CCC. L factus eſt Ducatus. Regio fertilis & amœna magis quam ampla. multis namque fluminibus, torrentibus, fontibus, piſcinis, paludibus, & ſtagnis rigatur, adeo vt XL in hoc tractu amnes numerentur. Præcipui tamen ſunt *Loyre* Ligeris, *La Viene*, *Mayne*, *Sartre* Poëtarum Gallicorum verſibus celebrati, imprimis Ronſardi & du Bellay. Sunt etiam in ea montes, nemora, prata, quibus vel pecora armentaq; paſcuntur, vel frumentum ſeritur, vel vites coluntur vino generoſiſsimo per totam Galliam nobiles. Termini eius ſunt ad Septentrionem Normanni, ad ortum Turones *Touraine*, ad Auſtrum Pictones, *Poictou*, ad occaſum Britanni. Complectitur ergo ſub ſe Marchionatum Cenomanorum MAINES, non ita pridem ornatum titulo Ducatus; Comitatum *de la Val*, & vicecomitatus *Beaumont* & *Omfront*. Metropolis totius tractus eſt ciuitas Andium, *Angers*, quam Ortelius opinatur eſſe Ptolemæi Iuliomagum: Sita eſt in vtraque *Meduanæ* fluuij (quem ipſi *Mayenne* vocant) ripa, pontemque habet lapideum flumini iniectum. Antiquitatem loci arguunt quædam Theatri ruinæ, quæ vrbi imminent: vulgus eas vocat *Brohan*. Hic interdum numiſmata effodiuntur veteris notæ. Ludouicus II Andegauenſium dux Scholam publicam ibi conſtituit Anno M. CCC. LXXXIX. quo tempore ab Ruperto Comite Palatino Heidelbergenſis quoque Schola aperta eſt. Sunt prætereà in hoc tractu Salmurum *Saumur* ad Ligerim, Bellefortium, Bauga, & aliæ nonnullæ vrbes. Eſt in Cenomanorum Ducatu vrbs quam Galli *Le Mans*, vulgo Lemanum vocant: hæc ſe iactat omnium Gallicarum vrbium primam Chriſtianam fidem admiſiſſe, miſſo à Clemente S. Iuliano, qui Eccleſiam illam annos XLVII perpetuos rexit, & myſterium Religionis in vicina loca propagauit.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

63



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BELSIA regio amœna eſt & fertilis, diuiditurque vulgò in Superiorem, Inferiorem, & Mediam. In ſuperiore ponuntur Ducatus *Chartrain* & *Chartres*, cum Comitatibus *Dreux* & *Montfort*: præterea *Aniou* cum Comitatibus *Maine* & *Perche*. In inferiore locant *Orleans*, *Soloigne* & *Lorris*. In media *Bloys*, *Dunoys*, *Vendoſme* & *Touraine*. Coluere hæc olim loca Carnutes, Aurelianenſes, Andicani, Cenomani, & Turones. In Carnutibus fuit C. Cæſaris tempore Taſgetius, cuius maiores in ſua ciuirate regnum obtinueraut: ſedes fuit Dryidum: nunc vrbs eſt *Chartres* ſolo fœcundo & amœno, mœnibus firmis, aggeribus foſsiſque cincta. Ad collis pedem labitur fluuius *d'Ouure*. Ad portam vrbis leguntur hi verſus teſtes obſidionis toleratæ anno L. D. LXVII.

Dum noua religio ſtudia in contraria cæcas
Gallorum mentes agit, & bello omnia miſcet,
Carnutum præmitur magnâ obſidione, globiſque
Machina ſulphureis oppugnat mœnia, quæ nunc
Sarta & tecta vides: Salua incolumiſque remanſit
Vrbs, duce Lignerio, populi curáque fidelis
Atque manu paruâ numeroſum reppulit agmen.
Quam pro rege ſuo, Patriaque, Ariſque, fociſque
Sit pulcrum pugnare, atque hoſti cedere nunquam,
Exemplo hoc diſcant nati ſerique nepotes.

Aurelianorum ciuitas ad Ligerim ſita, Lugdunenſi quartæ adſcribitur; habet Academiam iuris ſtudio famoſam, inſtitutam à Philippo Pulchro anno M. CCC. XII. Cæſar hanc vrbem vocat

Genabum : ſed ab Aureliano Imperatore mutatum nomen creditur: Anno M CCCC. XXVIII. ſub Carolo VII obſeſſa fuit ab Anglis, ſed defenſa fortiter & libertati reſtituta conſilijs & animoſitate virginis Ioannæ Daréæ Lotharingicæ, in cujus rei memoriam ſtatua ei a ciuibus iuxta regis ſtatuam poſita eſt. Quatuor hic Concilia celebrata, Primum ſub Hlodouæo, Secundum ſub Childeberto, Tertium & Quartum ſub Clotario. *Bloys* vrbs inter Gallicas amœnitate prima, omnium rerum copia, vini puta, tritici, fructuum qui ex arboribus, gregibus armentis capiuntur abundat. Atque idcirco in ea nutriri ſolet ſoboles regia. Antiquam eſſe patet ex aquæductibus, quos veteri opere conſpicuos habet, tantæ verò capacitatis, vt vel tres equites admittant. Anno M. D. LXXXVIII die 22 Nouembris interemtus eſt Bleſis manu regia Henricus Lotharingus dux Guiſiæ, & poſtridie eius frater Cardinalis. VINDOCINENSIS regio Belſiâ, Andegauenſi tractu, Perchiâ, & Tureniâ concluditur; primaria ciuitas eſt Vindocinum patria Petri Ronſardi. CENOMANOS agnoſcit notitia Imperij : Horum irruptiones in Italiam crebras memorant T. Liuius, Polybius, Iuſtinus : ſed & ſedes illic fixiſſe conſtat ex eo quod Cenomanos in Tranſpadana regione ponant Strabo, Ptolemæus, Plinius, qui eorum caput Brixiam fuiſſe dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

FRANCIA Comitatenſis partim Galliæ Belgiciæ eſt, partim Lugdunenſis. Ea ſub ſe habet Præfecturam & Vicecomitatum Pariſienſem. Diuiditurque in quatuor ditiones. Prima eſt *Le Pariſis*, cuius Metropolis Lutetia Pariſiorum. Secunda *la Goelle* in quo Comitatus ſunt *Dammartin, Liſle de France, & Vulxin le François:* Tertia Ducatus Valois in qua vrbs *Senlis Preuoſte & Balliage*, ſub quo eſt Comitatus de *Beauuois*, Quarta *Hurepois*, habens *le Viconté & Balliage de Melun.* LVTETIA eſt Pariſiorum ciuitas, Græci λευκετίαν vocant, Iulianus Catabates in Miſopogone τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην, vbi oſtendit eos ſua ætate fornacibus vſos in cœnaculorum calefactione: quem teporem ipſe ferre non potuit. Meminit etiam Pariſiorum C. Cæſar libro VI & VII Comment. de bello Gallico, qui eos Senonibus confines dicit. Vrbs initio inſulam fluminis Sequanæ tantum continebat, poſtea prolatis pomœrijs variè aucta eſt, adeo vt nunc omnium penè totius Europæ vrbium & maxima ſit & cultiſsima, & populoſiſsima, digna plane eo & rege & regno. Collegia ſunt, Sorbonicum, Nauarrenum, D. Bernhardi, de Dlagny, Præmonſtratenſe, Cameracenſe, Regium, Rhenenſe, aliaque. Viæ publice latiores auguſtioreſque quingentæ. Habet etiam præter ſedem Regiam, Parlamentum totius Galliæ celeberrimum, diſtinctum in quatuor Cameras, quarum prima Præſides habet quatuor, Conſiliarios XXX. ſecunda, Præſides item IV, Conſiliarios octodecim. cæteræ ſimiliter. Structuræ celebriores hic ſunt, Lupara exſtructa a Franciſco I & Henrico II. Palatium Regium, Templa LXIX, in quibus Cathedrale ſacrum eſt B. Virgini, Longitudo eius paſſuum C. LXXIV. latitudo LX: altitudo C; in eius ambitu ſacella ſunt XLV. Monaſterium S. Geneuefæ oſſa habet depoſita Hlodouæï primi Regis Chriſtianiſsimi, quem Remis initiauit Rhemigius. Templum S. Germani ad prata exſtructum eſt a Childeberto Rege, qui cum filio Chilperico ibi-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

64



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dem ſitus eſt. Ad D. Maturinum ſepultus iacet Paulus Æmilius Veronenſis hiſtoriarum conditor. Ad Auguſtinianos Robertus Gaguinus, Ioannes a Sacrobоſco, & Franciſcus Balduinus. Ad S. Marcellum Petrus Lombardus quem Magiſtrum vocant Sententiarum: vbi & ſtatua conſpicitur Karoli Magni. Longum eſſet enarrare omnia: eſt enim Lutetia verè totius Galliæ compendium, ſicut Europa orbis, Europæ Gallia. Et res iſta ad Topographicam ſpectat; nos Lectoris cauſſâ iſta promulſidis loco dedimus. Haud procul Pariſijs vbi Matrona Sequanæ miſcetur pons eſt Charentonius, ad quem Echo eſt qui decies & ter vocem editam ludo delectabili refert: quin & dictionem quadriſillabam ter quaterque diſtinctè ingeminat. In Goella eſt oppidum Dam Martinum Comitatenſe. Inſula Franciæ ſecundo à Lutetia milliari Fanum habet S. Dionyſij, cuius initium refertur ad Dagobertum Francorum regem. In eo ſpectantur cornu Monocerotis integrum; Labrum ex Iaſpide, quo vſum ferunt regem Dagobertum in balneis. Crux aurea, cum lychno penſili ex argento. Sepulchra oſtenduntur, Regum Galliæ, Dagoberti, Ludouici, Karoli Martelli, Pipini, Bertæ quæ vxor fuit Pipini, Kallomani, Ludouici VI. atque aliorum quamplurimorum. Haud longe ab hoc oppido eſt Poſsiacum; & propius eo Lutetiam verſus Fanum S. Germani. Ad Vexinum Francicum pertinet quicquid eſt ab Ieſia fluuio Claromontem vſque.

KB Den Haag

CAMPA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

65


CHAMPAIGNE.
Septent.
Pi cardie.
FRAN CE.
Beaulſe.
LORAI NE.
BURGUNDIÆ PARS.
Milliaria German.
Creuecoer
Clermont
Compeigne
Verueuil
Verberie
Pontoiſe
Seulis
Nartueil
S. Denis
Paris
P. Charenton
Corbueil
Eſtampes
Fontaine Belleau
Bois
Gergeant
Gian
Lagny
Creſſy
Brie
Melun
Nangis
Prouins
Monter eau
Nemours
Montargis
Sens
Bleſ neau
Iuigny
Aux erre
Noire
Pont
S. Florētī
Brinon
Taulay
Semur
Momba rd
Salme
Rauiere
Leigne
Molesin
Chaſtillon
Langres
Cuſſey
Grey
Cremary
Veſaul
Luxeul
Fontanay
Remiremont
Eſpinal
Grimecourt
Darnay
Caſtel
La Motte
Dieuſe
Luneuille
Roan
Bayon
Charmes
Neuf Chateau
Vaucoleur
Toul
Chuligny
S. Michiel
Rauoeres
Barle Duc
Verdun
Valence
Ville Franſche
Betel
Bazau
Bery
Loſy
Neuf Caſtel
Ligni
Reims
Beaumont
Vouzy
Soiſſons
Rez
Conlon
Ferte Milon
Crumelay
Mar euil
Armentier
Ferte
Ch. Tierry
Dormans
Haly
Eſpernay
Chalons
Clermont
Ayn
Vitry
Perte
S. Deſir
Maurot
Sedane
S. Eſtuma
Vaſsy
Janouille
Planci
Aulbe fl.
Arſy
Lesmons
Onion
Bar
Seyne flu.
Nogent
S. Lebault
Troye
Neufve Ville
Bar ſur
Autincourt
Chaumont
Andelo
Ionville
Aiſne fl.
Luxe
Caſtillon
Vennes
Pont

CAMPANIA a campis qui in hoc tractu patentiſſimi ſunt, locum habet: pertinet autem partim ad Galliam Lugdunenſem, partim ad Belgicam. Eam inſedere olim Tricaſſij, Lingones, Rhemi, Catalauni, Meldæ, Senones; Hodie Tricaſſiorum ciuitas eſt *Troyes en Champaigne*, vulgò Trecas vocant. Lingonum eſt *Langres*. Rhemorum *Reims*. Catalaunorum *Chaalons*. Meldarum *Meaux*; Senonum *Sans*. In Catalaunis ſunt campi illi, in quibus Rex Attila ſuperatus eſt à Romanis, Gothis & Francis, duce Aëtio, ſub Imperatore Marciano: Campos illos deſctibit Iornandes quum dicit, *Conuenitur itaque in campos Catalaunicos, qui & Mauricij nominantur; centum leugas vt Galli vocant in longum tenentes, & LXX in lacum*: quem locum ſi quis cum alijs eiuſdem, cumque ijs quæ à Sollio Sidonio, Caſſiodoro, Paulo Diacono ſcribuntur conferat, videbit errare eos qui campos illos ad Toloſam quærunt. Sed imperitorum eſt loca alibi concipere quam poſitura ipſorum habet. Senones Galli eo potiſſimum claruerunt olim, quod duce Brenno poſt pugnam ad Alliam Romam cepere, atque inde latè ſe in Græciam tranſfudere. Ab his in Italia Sena & Senogallia. Silius Italicus,

Et Glanis & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Hodie ipſorum vrbs eſt Archiepiſcopalis, habetque ſub ſe Epiſcopos Carnutenſem, Aurelianenſem, Pariſienſem, Meldenſem, Tricaſſienſem, & Antiſiodorenſem. Rhemenſium vrbs antiqua & nobilis Archiepiſcopatu etiam gaudet, ſub quo fuere Epiſcopi Sueſſonum, *Soiſſons*. Catalaunorum *Chaalon*, Veromanduorum, *S. Quintin en Vermondoys*. Atrebatum, *Artoys*. Cameracenſium, *Cambray*. Tornacenſium, *Tournay*. Siluanectum, *Senlijs*. Bellouacorum, *Beauuays*. Ambianenſium, *Amiens*. Morinorum, *Terouane*, & Bononienſium, *Bouloigne ſur mer*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

66



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BVRGVNDI à burgis hoc eſt caſtris dicti ſunt. Hos videtur Iſidorus primum in Germania interiore agnoſcere, qnod ibi per caſtrorum limites, poſiti eſſent à Tiberio; eoſdem poſtea rebelles factos Romanis, ait ripas Rheni fluminis inſediſſe, & nomen obtinuiſſe gentis: nunc autem ſunt in Gallia, in quâ iam olim regni titulo longe lateque imperarunt. Anno M. XX. rex Burgundiæ fuit Rudolphus, ſocer Conradi Imperatoris, cui in regno ſucceſsit Conradi filius Henricus. Complectebatur tunc Burgundiæ regnum Sequanos, ſuperiorem Burgundiam, Sabaudiam, Delphinatum, & territorium Arelatenſe. Guntherus regni illius fines elegantiſsime deſcripſit in Ligurino,

Hæc adeo tellus a ſedibus incipit illis
Qua Baſilea ſuos vicino flumine muros
Alluit, & Renum venientem læta ſalutat.
Innumeroſque tenens populos, hinc Gallica rura
Mordet, & hinc rigidis ſcopuloſa rupibus alpis
Arctatur, tractuſque maris protenditur vſque,
Qua rapidus primas Rodanus maris influit vndas,
Quaque caput regni, ſedeſque fuiße vetuſti
Fertur Arelatum priſcorum curia regum.
Teque, ſibi iungens æquo Prouincia fine,
Nomen apud veteres regni titulumque gerebat.
Cuius Arelatum ſedes, & finis ab illa

Pars

Parte ferebatur. Donec ſuprema voluntas
Regis Radulphi regnis accedere noſtris
Iuſſit, & antiqui detraxit nomen honoris,
Vt iam non regnum, ſed ſit bona portio regni.

Poſtea verò diuiſa inter regum liberos hæreditate, regius titulus apud neminem remanſit. Hinc factum vt Burgundiæ duæ eſſent, vtque Sabaudia à Delphinatu diſtingueretur. Atque adeò minimo minus tunc aberat, quin ipſum etiam Delphinatum Vmbertus Princeps Romanę ſedi addiceret, ob luctum quem conceperat ex obitu vnici filij ſui; niſi nobiles Delphinatus apertè teſtati fuiſſent, malle ſe ſub rege Franciæ viuere, qui eos poſſet aduerſus Sabaudos tueri, quam ſub Pontifice. Itaque inſertus tunc Delphinatus Franciæ regno. Factum id regnante Philippo Valeſio, anno M. CCC. L. Burgundia igitur, Arari fluuio quem Galli *Saone* vocant, in duas partes deſtinguitur, inferiorem, quæ Ducatus Burgundię vulgò nuncupatur, vel regia Burgundia: & ſuperiorem, quę Imperatoria ſiue Comitatus Burgundię appellatur. Illa ad occidentem eſt, Hęc ad Orientem. Burgundia Comitatenſis terminatur à Septentrione Lotharingia, ab ortu Heluetia, à Meridie Sabaudia. Fertilemque admodum regionem rebus omnibus ad victum neceſſarijs inſtructam complectitur. Diuiditur hodie in tres diœceſes ſiue præfecturas, Superiorem, Inferiorem, & Dolanam. Superior has continet ciuitates. Graium, *Cray*, in Araris ripa, Veſulium, *Veſoul*, cuius mœnia fortiſsima, ſolum vitiferum: Momboſium, Iuſſum, Palmam, Portuzonam, Cromatum *Cromay*, Montem Iuſtini, & Facogneum. In inferiore ſunt Salinæ, *Sans*, ampliſsima ciuitas, à ſalſis denominata fontibus, Arboſium, Polichnium *Poligni*, Pontarlum

Pontar-

Pontarlier. Nazeretum *Noſeroy*; quod olim à nucibus dictum Nucella; hic Comes arcem habet, quæ quia plumbo inteƈta eſt, dicitur pumbea. Caſtrum Caroli *Caſtel Chalon*, exſtructum eſt à Carolo Magno. Dolanæ ciuitates hæ ſunt, Vercellæ, Quingium, Ornatum, Loya, Rochafortis & Dola, quæ quidem totius regionis eſt caput, pontibuſque & muris & ſtupendis propugnaculis celebratur, imprimis verò artium Iuriſque prudentiæ Gymnaſio. In hoc Comitatu eſt Sequanorum Veſontio, *Beſanzon*, quidam Viſontium nominant eſtque vrbs Imperialis vtriuſque Burgundiæ caput, qua naturâ, quâ arte munitiſsima, patria Antonij Perenotti Epiſcopi quondam Atrebatenſis. Cæterum Veſontij (ita enim vocant Ammianus & Ptolemęus) veterem ſitum his verbis deſcribit Caius Cęſar commentario primo. *Maxima*, inquit, *Sequanorum ciuitas natura loci ſic muniebatur, vt magnam ad ducendum bellum daret facultatem: propterea quod flumen Alduabis* (hodiè Doux, Ptolemæo Δȣ̃βις) *vt circino circumductum, penè totum oppidum cingit: reliquum ſpatium, quod non eſt amplius pedum* ı ↄ c *qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita vt radices eius montis ex vtraque parte ripæ fluminis contingant. Hunc murus circundatus arcem efficit, & cum oppido coniungit.* Eundem ſitum hodieque retinet; niſi quod fluuius nunc eam magna ex parte interſecet, impoſito ponte: Quo fit, vt occidentalior illa pars poſt tempora Iulij adſtructa videatur. Vrbs nunc eſt Archiepiſcopalis: priſcæ vetuſtatis ſeruat aliquot monumenta: Intra mœnia ſpatioſos hortos, Vineta, Viridaria, & ſeceſſus Muſis idoneos habet.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

67



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DVCATVS BVRGVNDIÆ ſiue inferior Burgundia initiũ habet ab vrbe Lingonũ *Langres*, quæ in vertice Vogeſi montis ſita eſt, extenditurque ad territorium vſque Lugdunenſe. Hanc omnem ditionem poſt obitum Caroli Audacis occupauit Ludouicus XI. Vrbs primaria quondam erat Auguſtodunum, nunc autem præcipua eſt *Diuionum*, in qua ſupremum huius ducatus Parlamentum: Galli vocant *Digion*. Sita eſt ad Oſcarum Fl. *L'Ouſche*, piſculentũ, agro fertili & admodum fœcundo, vini quoque in vicinis montibus feraci. Munita eſt non tantum ſitu naturali ſed induſtria etiam aduerſus quamlibet vim. *Belna* vrbs (*Beaulne*) ſecundum locũ obtinet, in qua arx ab Ludouico XII exſtructa inexpugnabilis. Eſt & in ea Xenodochium ſumtuoſum, regiamq; magnificentiam præ ſe ferens. In huius vrbis agro Cœnobiũ Ciſtertienſe exſtructũ eſt anno M.LXXXXVIII. à duce Othone. *Auguſtodunum* (*Autun*) vrbs quondam ampliſsima multũ de priſtina gloria amiſit. Viſuntur hic etiamnum magnæ theatri ruinæ, itemque aquæductuum, columnarum, pyramidum: effodiuntur etiam cotidie numiſmata antiqua, aliaque priſcæ ſupellectilis monumenta. Eſt & hodie templis publiciſque ſtructuris conſpicua. *Matiſcona* Cæſaris, quam Antoninus in Itinerario vocat Caſtrum Matiſconenſe, & ad quam idem locat Legionem decimã; hodie dicitur *Maſcon*. Hæc quondã Comitatus titulo inſignis fuit. Pontem habet quo vtraque Araris ripa coniungitur. Hiſtoriam huius vrbis peculiari & eleganti libello perſequutus eſt Philippus Bugnouius, qui vrbem Matiſſanam nominat. Eſt etiam in hoc tractu ad Araris ripam *Cabillonum*, indigenæ vocant *Chalon*, quæ Guntrami aliquando regia fuit. Eam Lotharius Ludouici Pij Aug. F. poſteà incendio totam abſumſit, vt ne veſtigium quidem ciuitatis appareret. Sed ob loci opportunitatẽ poſteà iterum caput extulit, eſtque hoc tempore mercimonijs opulenta. Sunt & aliæ vrbes, *Semurium* in Mandubijs, oppidum non inelegans, *Chaſtilon*, *Flauigny*, *Soloigne*, *Noiers*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

68



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GALLIAM BELGICAM Ptolemæus definit ad Septentrionem Oceano Britannico, ad Ortum Rheno: ad occidentem Galliâ Lugdunenſi, ad Meridiem Narbonenſi, vſque ad communem terminum Alpium & Adulæ montis. Populos ponit ad Oceanum iuxta Sequanam ATREBATIOS quorum ciuitas *Rigiacum*. Poſt hos fuerunt BELLOVACI *Beauuois*, quorum ciuitas *Cæſaromagus*. Inde AMBIANI quorum ciuitas *Samarobriga* Cambray, vel vt alij putant *S. Quintyn*. Poſteà MORINI *Flandres* quorum ciuitas *Taruanna*. Poſt Tabudam qui eſt Schaldis ſunt TONGRI Tongren *en Brabant*, & ciuitas ipſorum Atuacutũ. Poſt Moſam MENAPII *Geldres*, & ciuitas eorum Caſtellũ. Sub hiſce omnibus fuere NERVII *Tornacenſes*, quorum ciuitas Baganum *Tornay*, Sub quibus SVBANECTI ad orientem Sequanæ, quorum ciuitas Rhotomagus. Sub his ROMANDVES *Veromandui, Vermandoys*, quorum ciuitas Auguſta Veromanduorum. Sub quibus VESSONES quorum ciuitas ad orientem Sequanæ, Auguſta Veſſonum, *Sallons*. Sub his REMI & ciuitas eorum Durocottorum, *Reyms en Champaigne*. Orientaliores hiſce ſed tamen ad Boream magis, TREVIRI, quorum ciuitas Auguſta Treuirorum. His ad Meridiem vicini MEDIOMATRICES quorum ciuitas Diuodurum, *Metz*: Sub quibus LEVCI, & ciuitates eorum Tullum *Toul*, & Naſium *Nanſy*. Inter Moſam & Rhenum fuere BATAVI quorum ciuitas Lugodinum. Quæ verò in ripa Gallica ab oſtijs Rheni ſurſum verſum vſque ad Obrincum fluuium qui eſt Naua ſpectant, ſunt in *Germania inferiore*. Vbi collocantur Batauorum Mediterranea *Batauodurum*, *Vetera*, *Legio triceſima Vlpia*, *Agrippinenſes*, *Bonna*, *Legio prima Traiana*, & *Moguntiacum*. Superiora ab Obrinco vſque ad Adulam montem ſunt GERMANIÆ SVPERIORIS. In qua ponit Ptolemæus NEMETVM *Naomagum* & *Rufiniana*, VANGIONVM *Borbetomagum*, & *Argentoratum*, & *Legionem octauam Auguſtam*, TRI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BOCORVM *Breucomagum*, *Elcebum*, RAVRICORVM *Auguſtam*, & *Argentuariam* quæ *Colmar.* LINGONVM Andomatunum, *Langres*, HELVETIORVM Gannodurum *Conſtans*, & Forum Tiberij. SEQVANORVM Dittatium, Viſontium *BeZançon*, Coloniam equeſtrem *Neufchaſtel*, Auanticum *Auances*. Plinius Belgicam Scalde & Sequana definit. Ptolemæus Tabudâ & Sequanâ: eſt autem Tabuda Scaldis: Narrauit mihi D. Eindius Dominus in Haemſtede, (pagus is eſt in Inſula Zelandica Schonwen) inter inſtrumenta ditionis ſuæ habere ſe membraná in quâ Haemſtedij fines deſcribantur ad ripã Tabudæ. Extra Schaldim ponit Ptolemæus *Toxandros*, *Menapios*, *Morinos*, *Oromanſacos* iunctos pago qui *Geſſoriacus* vocatur, prætereà *Britannos*, *Ambianos*, *Bellouocos*, *Haſſos*. Introrſus ſtatuit *Caſtologos*, *Atrebates*, *Neruios liberos*, *Veromanduos*, *Succones*, *Sueſſiones liberos*, *Vlbanectes liberos*, *Tungros*, *Rinucos*, *Friſiabones*, *Betaſios*, *Leucos liberos*, *Treueros liberos*, *Lingones fœderatos*, *Remos fœderatos*, *Mediomatrices*, *Sequanos*, *Rauracos*, *Helueticos*, *Coloniam Equeſtrem* & *Rauriacam*: Ad Rhenum verò *Nemetes*, *Tribochos*, *Vangiones*, *Vbios*, *Coloniam Agrippinenſem*, *Gugernos*, & *Batauos*. De Belgarum virtutibus ſatis fuerit adnotaſſe locum C. Cæſaris ex primo commentario. *Gallorum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ: propterea quod a cultu atque humanitate prouinciæ longiſſime abſunt, minimeque ad eos ſæpe mercatores commeant, atque ea quæ ad effœminandos animos pertinent, important; proximique ſunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuſcum continenter bellum gerunt. Qua de cauſſa Heluetij quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quod fere quotidianis prælijs cum Germanis contendunt, cum aut ſuis finibus prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt.* Horum præ alijs gentibus quantum robur quantumque libertatis defendendæ ſtudium iam olim fuerit, ex eo cognoſci poteſt, quod Romanorum imperium ſumma vi auertere etiam C. Cæſaris tempore adnixi ſint. Itaque contra ipſum copias diſtributim conſcripſe-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſcripſerunt. Bellouaci L X millia armatorum. Sueſsiones L millia; Neruij (quorum adeo fuit indomita feritas, vt nunquam in id temporis mercatores paſsi ſint ad ſe vina aut res alias venales deferre,) etiam L millia. Atrebates & Ambiani X millia. Morini X X V millia. Menapij nouem millia. Caleti X millia. Velocaſſes & Veromandui æquè X millia. Aduatici X V I I I millia. Condruſi Eburones, Cænomani qui vno nomine Germani vocantur X L millia. Vt ſumma fuerit C C. L X X I I millium armatorum lectiſsimorum teſte Oroſio: vel vt Cæſar ipſe prodit C C C. L X V I I I. Nos in particulari populorum deſcriptione Boreales Auſtralibus, & Occiduas gentes Orientalibus præmittentes hoc ordine tabulas diſponemus. Primum à Lugdunenſi Gallia orſi ſpectabimus Caletenſes & Bononienſes, tum Picardiam, Arteſiam, Flandriam, Brabantiam, Zelandiam, & Hollandiam, vſque ad Rhenum qui extremus eſt Galliæ terminus. Inde redauſpicantes curſum videbimus Veromandos, Hannoniam, Namurcum, Leodios. Poſteà Lotharingiam, Luxemburgum, Limburgum, Iuliacenſes, Cliuios, & Geldros qui Rheno adſiti. Poſtremum reliqua ad dexteram Rheni ripam, quæ Gallica eſt, percurremus, Heluetios, Alſatiam, Weſtraſiam, Treuiros cum Colonienſibus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

69



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

COMITATVS BONONIENSIS, *Boulongne*, pars eſt Galliæ Belgicæ, multa habens oppida & pagos. Eſt autem Bononia alia inferior, alia ſuperior. Bononia inferior vicum habet eius nominis: ſuperior vrbem, cinctam mœnibus validiſsimis: Antiquam eſſe cõſtat ex Ammiano Marcellino. Vicina huic Comitatui, eſt Guiſnea, *Guinnes*, quæ Arteſiæ olim iuriſdictionis fuit. Morini olim hæc loca inſedere. Comitatus titulo inſignitur iam inde à Caroli Calui imperio, qui eodem tempore Comitatus inſtituit *S. Pauli, Oye, Guinnes* & Arteſiæ. Eſt in hoc tractu Caletum, quod annos penè CCXII ſub Anglorum poteſtate fuit, eſtque à Franciſco Guiſiæ Duce Galliæ regi reſtitutum. Ex his verò locis breuiſsimus eſt in Angliam traiectus, freto regna dirimente. Conſtat autem fuiſſe in his oris Geſſoriacum, & Icium portum, loca à Iulio Cæſare ſæpius in Commentarijs nominata, de quorum ſitu viri docti vehementer diſſentiunt. ICIVM portum vnde C. Cæſar commodiſsimum è Gallia in Britanniam eſſe traiectum prodidit, quidam opinantur eſſe Caletum: ſed magnus ille & eruditus Hoſpitalius, Galliæ Cancellarius, rerum antiquarum peritiſsimus, negat Caletum adeò vetus eſſe; ac viculum initio fuiſſe ait, cuiuſmodi Galli *Burgades* vocant: poſteà mœnibus cinctum à Philippo Comite Bononienſi. Alij cenſent vrbem S. Andomari eſſe portum Itium, ducti loci ſitu, qui valde humilis eſt, & licet nunc ſit à mari remotior, tamen præaltis littoribus vrbem vndique cingentibus, ſinũ hic maris olim capaciſsimum fuiſſe, teſtatur. Fidem huic coniecturæ adſtruit partim antiquum illius vrbis nomen *Sithieu*, quod à Sinu Icio parum abludit, partim ratio interualli; nam, vt obſeruauit Ortelius, diſtantia huius oppidi ad proximum Britanniæ littus planè conuenit cum ea quam Strabo prodidit inter Icium portum & Britanniam. Eruditiſsimus & hiſtoriarum iſtarum peritiſsimis vir Guilielmus Camdenus exiſtimat Icium portum eſſe Gallorum *Blaueſt* quod Angli

 vocant

vocant Whitſan, alludentes ſcilicet ad antiquam & Cæſari vſurpatam appellationem. Traiectum autem ex Anglia in hunc, portũ, & ex hoc portu in Angliam frequentiſsimũ fuiſse, idem ex hiſtorijs obſeruauit, vſq; adeò vt S. Ludouicus quum Thomam Cantuarienſem religioſa peregrinatione inuiſeret, hoc inter cætera precibus contenderit, ne quis inter *Doueram* ſiue *Dubriam* & *Witſan* naufragium pateretur. Confirmat eius coniecturam Ptolemæus qui *ἴκιον ἄκρον* nominat. Fuit igitur portus in promontorio. GESSORIACVM Plinius Portum Morinorum Britannicum vocare videtur. Ptolemæus *Γεσοῤῥιακὸν ἐπίνειον Μορίνων*. Id Robertus Cænalis putat differre à nauali Geſſoriaco, nulla probabili ratione. Idem Geſſoriacum nauale putat eſſe Caſtellum Morinorum, Flandri *Caſſele* vocant: ſed neſcio quomodo ille ponat nauale in montibus. Multò probabilior eorum eſt ſententia, qui Geſſoriacum dicunt eſſe Ammiani Marcellini Bononiam, quam Galli *Bouloigne*, nos *Beunen* vocamus. Suffragatur ijs tabula Peutegeriana Venetijs edita, in qua ſcriptum, *Geſſoriacum, quod nunc Bononia*: ſuffragatur etiam ratio itineraria, quæ exactè reſpondet diſtantiæ quam inter Ambianos & Geſſoriacum poſuit in itinerario Antonius. Accedit eo quod piraticam Carauſij factionem quam Panegyriſtes vnus oratione ad Coſtantium Aug. Geſſoriacis muris incluſam captamque refert; alter Panegyriſtes oratione ad Conſtantinum Maximum dicat ad Bononiam fuiſſe deuictam. Vt poſthac nemo dubitare debeat, quin *Geſſoriacum* reuera ſit Gallorum *Bononia*. Pagus tamen Geſſoriacus vt nos docuit Scaliger in lectionibus Auſonianis tota eſt Geſſoriaca præpoſitura, patuitque valde latè. Neque arbitror incommodè dici poſſe, Icium portum fuiſſe in pago Geſſoriaco. Alterum huic vrbi decus accedit ex eo, quod Gothofredus Euſtathij Bononienſis filius qui poſteà Rex Hieroſolimorum factus eſt, hic natus ſit.

PICARDIA

PICARDIA pars eſt Galliæ Belgicæ, quam anteà Ambiani, Bellouaci, Veromandui (ſiue vt eos Ptolemæus nominat Romandues) coluere. *Somona* fluuius totam irrigat; is Ptolemæo *Phrudis* dicitur. Haſtas hic primum repertas quidam opinantur, quas Galli *Picques* vocant, & ex eo incolas appellatos *Picquarts*. Belleforeſtus nugatur dictos à Begardis, quũ his illi multo antiquiores ſint; Sed vero eſt ſimilius vrbem *Pequigny* toti Prouinciæ nomen dediſſe: quam vocem quum Angli victi proferre non poſſent, proque ea dicerent *Pequeny* magnam cladem paſsi ſunt. Ager eſt fertilis, frumenti imprimis, quod ex hoc tractu in alia Galliæ loca aſportatur, meritò vt vulgus Picardiam vocet Parriſiorum horreum. Vinum non fert; quod incolarum ignauiæ ſocordiæque aſcribunt nonulli, alij deſtinato conſilio, quod ex tritico plus compendij quam ex vineis fieri poſſe arbitrentur. Vrbes in Picardia multæ & præclaræ ſunt; inter eas *Beauuois*, *Bellouacorum* veterum ſedes, quam quidam opinantur eſſe Belgium C. Cæſaris. *Soiſſons* quæ eſt Auguſta VESSONVM vel potius Sueſsio. Eſt & Laodunum *Laon*. Nouiodunum *Noyon*, ſedes regia tempore Caroli Magni. Cæſar eam Belgis eripuit. AMBIANVM ſiue *Amiens* antiquitate & Epiſcopali ſede nobile: Somona fluuius totam ciuitatē ambit, atque ex eo ambitu imperiti Ambianum dictum opinantur. Templum habet totius Galliæ pulcherrimum. Hanc vrbem cum præfecti perfidia in Hiſpanorum poteſtatem veniſſet, Henricus IV. Galliarum & Nauarræ Rex vi armorum ad deditionem perpulit, ſpectante Alberto duce Auſtriaco & ſolutionem obſeſsis ciuibus fruſtrà pollicente, Anno M.D.XCVII. In hac prouincia continetur *Thierarche* Ducatus, in quo metropolis Guiſa, vnde Guiſianorum familia ortum ducit. Eſt in eodem tractu Comitatus *Retelois* cuius Metropolis *Retel*. Eſt & *Tartenois* in quo *la Fere*, & *Ponthiu* Comitatus, quià multitudine pontium nomen habet, in eo ſunt Abbeuille, Pequigny, & Francorum clade

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

70



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

clade memorabilis vicus Creſciacus, *Crecy*. *Perona* bellicis cladibus ſæpius fatigata omnibus innotuit. *Cambrenſe* territorium his finitimum eſt, ab oppido quod indigenæ *Cambray*, Flandrĩ *Camerijck* vocant. Id quidam putant eſſe Antonini Cameracum, alij Samarobrinam. Vrbs eſt pulcra, magnificis ædificijs tum publicis tum priuatis ornata, populo frequens: munitione tutiſsima. Hæc olim Epiſcopo eius loci qui princeps eſt Imperij, paruit in vtraque iuriſdictione. Eam poſtea Franciſcus Valeſius Dux Alenconius ſuæ poteſtatis fecit, morienſque reliquit Reginę matri. Samarobrigam tamen Prolemęus ponit in AMBIANIS. Primus Cameracenſis Epiſcopus fuit Diogenes martyr: quinctus Anno 595. Gaugericus. Fuere poſteà inter celebriores Petrus de Aliaco Anno 1312, & Odo.

DESCRIPTIO COMITAT. ARTESIÆ. IN GALL. BELG.

ARTESIA maximam partem complectitur eorum qui Cæſari ATREBATES dicuntur, ab vrbe primaria, quam ipſe vocat Atrebatũ. Marius tamen Niger hic conſtituit Ambianos. Ptolemæus etiam Atrebatios inter Sequanam & Phrudium qui nunc dicitur *La Sonne*. Termini hodie ſunt, à Septentrione Flandria, à quâ diſcreta eſt fluuio *Lyſa* & noua foſſa: ad Auſtrum & Occaſum *Picardia*, ad Ortum *Flandria*, & ager Cameracenſis. Fuit autem hæc olim Franciæ regibus ſubiecta, poſtea ſui iuris facta eſt. Regio omnis fertilis, imprimis tritici, cuius copiam non ſuis tantum abundè ſuggerit, ſed vicinis quoque Flandris, Brabantis, aliiſque. Antuerpienſium & Mechlinienſium hoc vnicum horreum eſt. Caſtellanię in ea nouem. *Atreba-*

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tenſis, *Audomarenſis*, *Morinenſis*, *Arienſis*, *Heſdinenſis*, *Lentienſis*, *Bapalmenſis*, *Auenienſis*, *Bredenardenſis*, & *Auguiacenſis*. Vrbes præcipuas habet *Atrebatum*, *Fanum*, *S. Audomari*, *Bethuniam*, *Ariam* & *Bapalmam*: cæteræ minores ſunt. Pagos D.CCC.LIV. Abbatias XXVIII. ATREBATVM, *Arras*, *Atrecht*, ad Scarpam Fl. ſitum eſt, ſpeciemque refert duarum vrbium, quarum alteram vocant *la Cité* eſtque iuris Epiſcopalis, alteram *la Ville*, eſtque iuris Principalis. Illa minor eſt, ſed amœna, propugnaculis foſsiſque munita, habetque templum cathedrale ſacrum B. Virgini. Prætereà Bibliothecam manuſcriptorum librorum omnis generis, ſed potiſsimũ Theologici. Primus Eccleſiæ Epiſcopus fuit S. Vedaſtus, conſtitutus à Remigio Rhemorum Archiepiſcopo, Anno D. XXXI. Hæc maior, ædificiorum platearumq; capacitate & fori amplitudine vehementer laudata. Abbatiam habet ditiſsimam, cui XX millia aureorum annui reditus. Domus omnes fornicibus ſubterraneis capaciſſimis ſuſtentantur, aduerſus obſidionis vim excauatis. Patria hæc fuit Fr. Balduini, iuriſperiti celeberrimi, cuius Pariſijs monumentum in æde Maturini eſt tale. CVIACI, BALDVINVS HIC IACET. HOC TECVM REPVTA ET VALE. MORTVIS VOBIS IVRIS PRVDENTIAM GRAVIS CORRIPIET SOPOR. *Franc. Bald. Juriſ. ob. anno æt.* LIIII. XI *Nouemb. à partu virginis* M. D. LXIII. *Papirius Maſſonus Balduini auditor P.* In eadem ciuitate natus vir clariſſ. CAROLVS CLVSIVS eruditionis omnis atq; elegantiæ decus, qui poſt regiones plurimas peragratas in Batauico Athenæo ſenex nuper obijt, manumque extremam impoſuit dignis immortalitate operibus. *Fanum S. Audomari*, prius vocatum fuit *Sithiu*, teſte Meiero, poſteà à S. Audomaro S. *Omer*. Audomarus iſte Morinorum dicitur fuiſſe Epiſcopus circa annum DC. LXX. & eo loco Cœnobium extruxiſſe, ad Fl. *Aa*. Iuxta vrbem lacus eſt piſcoſus, in quo aliquot inſulæ natantes. Tertio inde lapide ad flumen *Liſam* fuit antiquiſsima Morinorum metropolis, quam Ptolemæus & Antonius

vocant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vocant TARVANAM, Ptolemæus *Ταρβάννα* vulgus hodie *Terouenne.* Vrbs patrum memoria florentiſsima & ſedes Epiſcopalis, quæ poſt arctiſsimam obſidionem, Anno M. D. LIII ab Imperatore Carolo V. victa & ſolo æquata eſt: Epiſcopali territorio cum Henrico II Galliarum rege diuiſo: vt pars altera cederet Bononienſi Epiſcopo: altera Iprenſi & Audomaropolitano. Haud procul inde ingens eſt canalis, quem Foſſam nouam indigetant: eum alij humana putant induſtria effoſſum, tempore Balduini Comitis, ſiue aduerſus hoſtium excurſiones, ſiue ad confinia Flandriæ Arteſiæque deſtinguenda; alij ſinum eſſe exiſtimant maris intercluſi. Certe Morinos Oceano vicinos fuiſſe agnouit etiam Virgilius, quum eos *hominum extremos* dixit. Atqui nunc Taruana octo milibus à mari diſcreta eſt: Præterea ex fundo foſſæ nouæ ſæpenumero educuntur partes anchorarum, aliaque ferramenta nautica, certiſsima argumenta vicini olim & alluentis Oceani. Porrò Arteſiorum ſermo Gallicus eſt, ſed corruptus: Ditio olim fuit Flandrorum: Totam Balduino Arduennati dotis loco dedit Carolus Caluus, quum is Iuditham vxorem duceret. Poſteà Philippus Alſatius quum neptem ſuam Iſabellam locaret Philippo, Ludouici VII Galliarum regis filio dotem ei dedit Flandriam Occiduam, hoc eſt tractum eum qui eſt à noua foſſa, vſque in Picardiam. Eum Philippus Anno M. D. XCVIII fecit Comitatenſem, deditque filio ſuo Ludouico, qui primus Arteſiæ Comes fuit, poſteà Galliæ rex, & pater Ludouici ſancti. Anno verò M. CCC. LXXXII Ludouicus Malanus Comes Flandriæ poſt matris obitum factus eſt Comes Arteſiæ: atque ita rurſum vterque Comitatus coniunctus fuit. Obitu autem Caroli Audacis Burgundiæ ducis, Ludouicus XI Galliæ Rex iterum Arteſia potitus eſt: quæ poſtremum pacto & fœdere Caroli VIII Galliæ regis & Maximiliani Imperatoris ceſsit Philippo Auſtriaco Maximiliani F. patri Caroli V Anno M. CCCC. XCIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

FLANDRIA vnde dicta ſit ambigitur: ſunt, qui ab vrbe eius nominis appellationem deducant, ſitâ vbi nunc Ardenburgum: ſunt, qui à Flandeberto filio Bleſindæ, quæ ſoror fuit Clodionis Regis Galliæ: Vixit autem Flandebertus Anno Chriſti cccc.xlv. Sunt qui à Lyderici primi Comitis ſponſa Flandrina nomen regioni datum arbitrantur: ſunt qui à flatu & fluctibus, quorum magna ob vicini Oceani impetum vis huic terræ incumbit; adeò vt etiam Anno M.CCC.XL. in agrorum cenſu venditioneque caueretur, vt ſi intra annos decem mare in ea loca exæſtuaret, caſſus irritusque eſſet contractus. Nomen planè recens eſt. Antoninus in itinerario meminit Taruanæ, *Terwanen*, Virouiaci *Weruycke*, Tornaci *Doornycke*, quæ fortè eſt Βάγανον Ptolemæi, qui illud locat in NERVIIS, Caſtelli *Caſſelle*: Flandrorum tamen non meminit. Proinde videtur olim regio hæc omnis diſtinctas habuiſſe iuriſdictiones. Caleto proximi fuere *Oromanſaci*. Teruanæ vicini, *Morini*. Brugenſibus, *Grudij*. Gandauenſibus, *Gorduni*. Iprenſibus, *Pleumoſij*: qui omnes in vnum Flandriæ Comitatenſis corpus poſteà coaluerunt, nouâ inſuper inſtitutâ partitione. Factum id Anno D.CCC.LXVII. ſub Balduino Ferreo Arduennati, qui Iuditham filiam Caroli Calui rapuit. Hodierni verò limites ſunt anguſtiores: ad Auſtrum, Arteſia eſt cum Hannonia, & parte Picardiæ. Ad ortum Hannonia & Brabantia, ad Septentrionem Oceanus, cum Honta ſiue oſtio Scaldis, quod Flandriam à Zelandia diſterminat. Longitudo patet itinere tridui, à Scaldi ſcilicet contra Antuerpiam, vſque ad nouum foſſatum, mill. paſſ. xxx. Latitudo eſt mil. paſſ. xxiii. Aer regionis totius eſt temperatiſsimus: ager fertilis, potiſsimũ qua Oceano & Galliæ eſt vicinus. Flumina præcipua ſunt *Scaldis*, *Liza*, *Tenera*, *Silua*, *Niepa & Nonna*. Paſcua læta; cuius reï argumentum eſt, quod pulli equini ex vicinis regionibus in Flandriam quotannis delati ab equiſonibus, ſoleant pabuli bonitate, aëris ſuauitate, ex ſtrigoſis & macilentis

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

72



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

reddi habitiores. Habet & Inſulas Flandria ſibi ſubditas, *Catſandum*, *Ooſtburgum*, *Bierſ[illegible]tum*, quod ab vrbe eius nominis appellationem traxit. Vixit in hac *Gulielmus Beukelens* Anno M. CCC. XCVII, quem ferunt primum halecem muria & ſale conditum tonnis incluſiſſe, & ad extra loca deuexiſſe, fœlici inuento, Belgis hac arte magnam pecuniæ vim corrogantibus, exterſque conditaneum halecem, ſiue ad vſus, ſiue ad delicias conquirentibus. Vrbes in Flandria muro & foſſa cinctæ ſunt XXX. *Gandauum*, *Bruga*, *Hypræ*, *Inſulæ*, *Duacum*, *Tornacum*, *Cortracum*, *Aldenarda*, *Aloſtum*, *Hulſta*, *Termunda*, *Bierfletum*, *Neoportus*, *Sluſa*, *Dunkercka*, *Grauelinga*, *Burburgum*, *Dammum*, *Dixmuda*, *Furna*, *Ardesburgum*, *Ninoua*, *Berga*, *Gerardimontium*, *Caſtellum*, *Deinſa*, *Orchianum*, *Lanoyum*, *Axela* & *Oſtenda*. Præter has ſunt etiam municipia patentia quæ vrbibus neque nobilitate, neque priuilegiorum dignitate, neque ſtructuræ magnificentia, neque frequentia municipum cedunt, *Bella*, *Poperinga*, *Hondiſcota*, *Eeckloa*, *Giſtella*, *Middelburgum* & alia vinginti. Sunt & Vicecomites quatuor, Gandauenſis, Hiprenſis, Furnenſis, Bergenſis. Pagi in vniuerſum M. C. LIV. præter Arces, Caſtella, Villas, Nobilium ædes, Abbatias, Cœnobia, quæ variè per totam Flandriam diſperſa ſunt: vt non immeritò dicatur Flandria omnes totius Chriſtiani orbis Comitatus opibus & incolarum copiâ ſuperare; & Hiſpani quum in hanc Prouinciam cum Philippo Rege venirent, iudicauerint totam Flandriam continuam vrbem eſſe. Hodie vniuerſa in tres partes diuiditur, Teutonicam, Gallicam, & Imperialem. Gallica habet *Inſulas*, *Duacum*, & *Orchianum*: Imperialis *Aloſtum*, *Teneramundum*, *Gerardimontium* & *Ninouam*. Teutonica cætera omnia, in quibus tres Metropoles, quatuor membra, totidem portus. Primaria vrbs eſt GANDAVVM, conditum vulgi opinione tum hiſtoricorum omnium recentiorum conſenſu, (nam veteres de eo ſilent) tum

 Petrarchæ

Petrarchæ aliorumque iudicio, à C. Iulio Cæſare, quum in Morinis ageret. Meierus hos verſus inceti Poëtæ citat,

Hanc Clarinæam veteres dixere coloni
Gorduni, populique truces coluere Sicambri,
Mercurio Cæſar, Chriſto ſacrauit Amandus.

Enimuerò Gordunorum mentionem facit C Cæſar libro v Comm. de bello Gallico. Poſteà à Wandalis dicta eſt Wanda, & litteræ primæ mutatione Ganda, vt Walli, Galli: hinc Gandauum: Vernaculè dicitur *Gendt*, Italis *Guanto*, Gallis *Gand*. Sita eſt quarto à mari lapide, iuxta tres fluuios, Scaldim, Liſam & Læuinum. è quibus in mare patet via per aquæductum quem vocant *Nieuuaert*, qui ſe ad oſtium *Saſſen* in Oceanum exonerat cataractis ad hanc rem ſtupendo artificio exſtructis. Decem milliaribus diſtat Antuerpiâ, totidem Bruxellis, Mechliniâ, Middelburgo. Ambitus intra muros eſt 4 5 6 4 0 pedum Romanorum: hoc eſt Italicorum milliarium ſeptem. Inſulas habet XXVI. Pontes maiores, XCVIII. Molas aquarias IIII. Truſalites infinitas: Centum quæ vento aguntur: Eccleſias in vniuerſum LV. Abbatias V quarum prima & antiquitiſsima eſt B. Petri in monte Blandino, conſtituta à Dagoberto Franciæ rege, Anno D. C. XL. poſt annuntiatam hic Chriſti doctrinam à S. Amando Epiſcopo Tungrenſi. Familiæ primariæ ſunt Bettiorum, Borlutorum, Dammannorum Gruterorum, Vtenhouiorum, Embiſiorum, Coudenhouiorum, Cauwenburgiorum, Stelandorum: Ciues huius ciuitatis frequentia, nobilitate, opibus, animis ſunt eximij. Hæc Carolum V Imperatorem orbi dedit. Hæc litteris

Iudocum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Iudocum Badium, Ioannem Cornarium, Læuinum Brechtum, & alterum Læuinum Torrentinum, Balduinum Ronſæum, Vtenhouium, Danielem Heinſium, alioſque protuli. Opificiorum genera in hac vrbe LII. Textorum præterea ordines XXVII inſtituti primum à Comite Balduino, filio Arnoldi Magni, Anno D.CCC.LXV. Quarto ab vrbe lapide Auſtrum verſus inter pagos *Sottegem* & *Velſeche* ruinæ conſpiciuntur murorum perantiquæ, cum profundis fornicibus, è quibus numiſmata Romana Neronis, Gordiani, aliorumque Imperatorum ad Conſtantinum vſque Magnum, effodiuntur: BRVGÆ vel à pontium frequentia nomen habent, vel à ponte *Brugſtock* iuxta Oldenburgum & Ardenburgum, è quarum vrbium ruinis ante annos D.CCC. prima arx Brugenſis exſtructa eſt. Sita eſt tertio milliari à mari, loco plano Ambitus intra muros eſt 26600 pedum Romanorum, hoc eſt Italicorum mill. quatuor cum dimidio. Vrbs eſt non Flandriæ tantum, ſed etiam totius Belgicæ amœniſsima: templa habet LX quorum præcipuum & auguſtiſsimum eſt S. Donatiani, olim ſacrum B. Virgini, exſtructum à Lyderico primo Flandriæ Comite, Anno D.C.XXI. Opibus in tantum floruit, vt Ioanna vxor Philippi Pulchri quum huc veniſſet Anno M.CCC.I. vidiſſetque virginum & matronarum ornatum, ſtupore primum, poſtea muliebris æmulationis œſtro percita, conqueſta ſit, non ſe ſolam reginam eſſe. Opificiorum genera exercentur LXVIII. Et in hac rerum copia neque flumen habet, neque portum, neque fontem. Foſſa eſt humanâ ducta induſtria, ipſi *Reye* vocant, quæ per totam vrbem diuiſa, ad *Sluſam* ſeſe exonerat in Oceanum. Et quia hæc maioribus nauigijs nondum ſufficiebat, aliam in longè maiorem altitudinem perduxerunt, oppoſitiſque Catarractis à mari diſcluſerunt. Sunt & huius vrbis ciues bello, imperio, litteris celebrati. Huic ortum ſuum debet Philippus Bonus Maximiliani F. Caroli V pater. Debent Iacobus & Petrus Curtij, Iudocus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Damhoulerus, Iacobus Ræuardus, Dominicus Lampſonius, Ioannes Caſembrotius, Marcus Laurinus, Fr. Nanſius, Iacobus Lernutius, Bonauentura Vulcanius, Petrus Coluius, alijque permulti; Ludouicus etiam Viues natione Hiſpanus hac ciuitate honoris gratia donari voluit, in qua poſt elucubrata aliquot ingenij ſui monumenta, defunctus eſt anno M. X L. Porrò tanta olim huius vrbis in mercaturis potentia fuit, vt cum quauis alia totius Europæ vrbe conferri poſſet. Brugenſes primi Caſsiterides inſulas in Oceano inuenerunt quæ propterea Flandricæ vulgò dicuntur: ijdem Burſam primi Mercurio ſacrã habuerunt, à qua poſteà Antuerpiæ, Rothomagi, Toloſæ, Londini, & in alijs vrbibus mutatis rerum vicibus loca mercatorum conuẽtui deſtinata nomen traxerunt. I P R Æ à riuulo Iprâ præterlabente, nomen habent: Exſtructæ ſunt, anno C M L X. Huius vrbis fundus dicitur eſſe plumbeus, idq; propter magnam plumbeorum tuborum vim, quibus aqua variè per ciuitatem vniuerſam diſtribuitur. Habet & ſeptem ſub ſe territoria, (*Caſſelrien*) quorum ſingula quam latè pateant ex eo iudicari poteſt, quod vnicum territorium Caſtellanum ſub ſe habeat fora iudiciaria X X I V. Atque hæ quidem ſunt vrbes primariæ. Portus ſequuntur. S L V S A à Catarracte nomen habet, quæ Flandris vocatur *Sluys:* Vrbs eſt maritima, quinto milliari à Middelburgo Zelandorum, magni olim nominis; ſed eam diſsidia cum Brugenſibus peſſundederunt: nunc tota Brugenſium eſt, qui eam à Comite emerunt: Portum habet capaciſsimum, quo quingentę naues recipi poſſunt. Ex aduerſo inſula eſt quam (*Cadſant* indigenæ appellant, patria Georgij Caſſandri. O S T E N D A ad Oceanum Gallicum ſita, bellis ciuilibus creuit, vrbs nunc munitiſsima. Huc octo immania cete appulerunt Anno M. C C C C. I V. quorum ſingula erant longit. pedum L X X I V. Anno etiam M. C C C C. X X V I. captus fuit porcus marinus, terreſtri ſimillimus niſi quod altero tanto maior eſſet. N E O P O R T V S tertio ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tio ab Oſtenda milliari vrbs eſt maritima, patria Judoci Clichthouei, cui proxima eſt Abbatia S. Bernardi, in qua Bibliotheca olim totius Belgij inſtructiſsima & celeberrima. DVNKERKA exſtructa Anno CMLXVI. à Balduino Arnoldi filio, Flandriæ Comite, portum habet breuem admodum, & mari vicino infeſtum: vrbis iuriſdictio pertinet ad Nauarræ regem. Sunt præter has in Flandria Teutonica plures aliæ vrbes, quas ſingulas exſequi prolixum foret: In Flandria verò Gallica eſt INSVLA à veteri poſitione ita dicta, erat enim ſtagnis & paludibus cincta; vrbs frequentia ciuium, opibus, legibus ornatiſsima, & quidem poſt Antuerpiam & Amſterodamũ omnium Belgicarum vrbium potentiſsima. In huius agro eſt *Menin*, quod quidam opinantur eſſe Antonini Nemetacum: DVACVM ad Scarpam fluuium vbi olim *Catuaces*, patria eſt *Roberti Gaguini*. Academiam habet paucis ab hinc annis à Philippo II. Hiſpaniarum rege ibi conſtitutam. ORCHIANVM etiam in hoc tractu eſt, & LANNOYVM celebre dominis, & due *Franciſco Raphelengio*, præterea ESPINOYVM, ARMENTIERS, & TORNACVM. In Imperiali Flandria eſt ALOSTVM, ciuitas ampla & munita ad Teneram fluuium Comitatus titulo inſignis. Pagos ſub ſe habet CLXX. Principatus duos, Steenhuſenſem & Gauerenſem: Baronatus complures: Territorium etiam Waſiæ, cuius quatuor ſunt oppida, *Hulſta*, *Axela*, *Bouchouten*, & *Aſſenetum*. Aloſto oriundus fuit Cornelius Grapheus, fuere & Nicolaus Stopius, Arnoldus Meermannus, & Petrus qui propterea dictus eſt Aloſtanus, pictor & architectus nobiliſsimus. RVPELMONDA ad Rupelam fluuium arx eſt, hoc loco nobis non omittenda, vel propter Gerhardi Mercatoris Illuſtriſsimi Mathematici & Coſmographi memoriam.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

73



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BRABANTIA maxima parte Aduaticorum, Ambiuaritorum, & Tungrorum regionem complectitur: cæterum quonam tempore Brabantiæ nomen nacta ſit, planè incertum eſt: alijs à Brenno Gallo deducentibus, alijs ab vrbe quadam cognomine, cuius neque in terris neque in hiſtorijs veſtigium vllum: alijs à Bratuſpandio oppido Bellouacorum, cuius meminit Cæſar lib. II. Alij nouum ducem cominiſcuntur Saluium Brabonem Arcadem, qui cum Cæſare in Belgicam profectus eſt, cuius vxor Suana Cæſaris neptis. Sunt etiam qui à Gothofredo Barbato Comite Louanienſi Barbantiam poſtea Brabantiam dictam ſuſpicantur: aut (quod vero ſimillimum) a pago Brachbantenſi, cuius mentio eſt in Diplomate quodam Ottonis II. Nomen ſane nuperum eſt: quod vt certo conſtat, ita origo eius non conſtat. Longitudo Brabantiæ a *Gemblours* ad Fanum vſque Gertrudis eſt milliarium XXV. Habet a Septentrione Moſam fluuium quo Geldria & Hollandia ſeparantur, a Meridie Hannoniam, Comitatum Namurci, & Epiſcopatum Leodienſem, qui etiam ad ortum fines eius tangit: ab Occaſu eſt Scaldis cum Comitatu Aloſtenſi. Regio ipſa gaudet aëre ſalubri, planitie fertili, frugum imprimis feraciſsima, tametſi Campania ſiue Campinia *die Kempen*, ob arenas ſit ſterilior. In ea ſunt Marchionatus Sacri Imperij, cuius caput Antuerpia, Marchionatus Bergenſis, Ducatus Arſchotanus, Comitatus Hoogſtratenſis, Megenſis, & Cantecroy. Siluæ complures, quarum celebriores hæ, *Grootenhout*, *Meerdael*, *Zauenterloo*, & *tSonienboſch*. Gens hilaris vſque eò vt vix grauem ſenectutem ſentiat. Vrbes huius ducatus ſunt XXVI. LOVANIVM antiquiſsima eſt, & prima Grudiorum ſedes, in qua Dux publico Sacramento primum ſe obſtringit: Comitatus quondam titulo inſignita, vſque ad Gothofredum Barbatum, qui accepta ab Henrico quinto Imperatore reliqua Brabantiæ parte miſſo Louanienſis Comitatus titulo Duci Brabantiæ nomen vſurpauit, Anno M.C.IV.

Vrbs eſt amœna, prolatis aliquoties pomœrijs extenſa, eius ambitus intra muros eſt quatuor millium paſſuum. Fluuio irrigatur Dila. Caſtrum habet in monte antiqui operis, &, vt quidem arbitrantur, Romani. Curiam quoq; miro artificio exſtructam, & Scholam ſiue Academiam celeberrimam frequentia Collegiorum, Studioſorum, Doctorum. Collegia potiſsima ſunt Lilium, Caſtrenſe, Porci, & Falconis, quibus Philoſophia traditur. Eſt & trilingue Buſlidianum, in quo Græca, Latina, Hebraica, docentur. Vniuerſitas iſta flagitatione nobilium Brabantinorum primum conſtituta eſt, ornataq; priuilegijs a Ioanne I V Brabantiæ Duce, Anno M. CCCC. XXVI. Pontifice Martino V. Tractus autem Louanienſis vineas fert. BRVXELLA vrbs ſplendida & magnifica duplici muro munita, ſolo fertili, rerumque omnium abundanti. Mirum, tam numeroſæ ciuitati, aduenis quamplurimis, Ducis aulæ, & peregrinis principibus cum vniuerſo ſatellitio illic agentibus, omnia ſemper benignè & copiosè potuiſſe ſubminiſtrari; In ea ſunt ſeptem portæ, ſeptem Eccleſiæ principales, ſeptem nobiliores familiæ, ſeptem Scabini. Palatia etiam habet Ducis Brabantiæ, aliorumq; Principum, Comitum, Baronum, & equitum aureï velleris. Primarium templũ eſt D. Gudulæ, quod ab ea exſtructum eſt in honorem Michaëlis Archangeli. Opificia mechanica in hac vrbe exercentur duo & quinquaginta. Viros edidit eruditione celeberrimos, Veſalium, Andream Maſium, Philippum Marnixium, & complures alios. ANTVERPIAM vulgo *Antwerpen* vocant, Galli *Anuers*, Itali *Anuerſa*, Germani *Antorff*. Petrus Appianus putat eandem eſſe cũ Ptolemæi & Cæſaris Atuatico. Nomen *Antuerpiæ* creditur eſſe à proiecta manu; Nam Gigas quidam Druo (vt ferunt) hæc loca ante C. Cæſaris aduentum inſedit, ac prætereuntibus ſi dimidium ſuarum mercium non ſoluiſſent, manum dexteram præſcindebat, eamq; in profluentem abijciebat: argumento ſunt ipſius vrbis inſignia, & oſſa quædã immania quæ in Curia hodieq; adſeruantur ipſius

Druonis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Druonis, quem alij Antigonum vocatum dicunt. Sed hæc fabuloſa. Illud verò ſimilius; nomen datum ab indigenis ab aggeſtu terræ ad Scaldim, hoc enim Belgis eſt *Anwerpen:* nam ſublicis in vliginoſam terram actis & aggeribus oppoſitis flumen pariter anguſtius reddiderunt & profundiorem alueum, quod in ſuffoſsionibus quotidianis ex ſoli diſcrimine licet animaduertere. Sita igitur eſt ad flumen qua id profundiſsimum eſt, gradu longit. XXVI. min. 42. Latitudinis LI. min. 58. Diſtat à mari IIII. mill. paſſ. Mechlinia totidem; Louanio octo: Gandauo decem: Brugis quindecim, Bruxella octo. Londino LX. Colonia Agrippa XXIX. Francofurto LX. Ter muro cincta fuit. Primum arctiore ambitu, Anno M. CC. I. Poſtea ampliore, Anno M. CCC. XIV. qui annus fame, vt ſequens peſtilentia notabilis fuit. Deniq; ad Septentrionem extenſa pomœria Anno M. D. XLIII. Vrbs omnis portas habet VII. operis Dorici. Ambitus eſt extrinſecus quatuor millium paſſuum, octingentorum & duodecim: Capacitas eadem ferè quæ Rhotomagi aut Leodij. Addita huic magnitudini eſt Arx à Duce Albano anno M. D. LXVII. Foſſæ intra vrbem ex fluuio deriuatæ aptæq; maximis plurimiſq; nauibus recipiendis ſunt octo. Viæ publicæ CC. XII. quarum pleræq; latæ, rectæ, regiæ. Ædificia etiam ſacra permulta. Templum B. Virginis capaciſsimum eſt, cũ turri excelſa, CCCC. XX. pedum, ex qua proſpectus in vrbem opulentiſsimam, in fluuium nauibus tectum, in vicinam regionem pagis vrbibuſq; abundantem, amœniſsimus patet. Mercimonia omnem ferè æſtimationem ſuperant. Guicciardinus eam iniuit rationẽ, vt demonſtrârit ſingulis annis commercia excedere duodecim milliones coronatorũ: cuius calculus rebus Antuerpianis florentibus non modò non ſuperauit, ſed ne æquauit quidem iuſtam æſtimationem. Proinde merito cecinit Iulius Scaliger:

Oppida quot ſpectant oculo me torua ſiniſtro,
Tot nos inuidiæ pallida tela petunt.

Lugdunum

Lugdunum omnigenum eſt, operoſa Lutetia, Roma
Ingens, res Venetum vaſta, Tholoſa potens.
Omnimodæ merces, artes priſcæque nouæque,
Quorum inſunt alijs ſingula, cuncta mihi.

Familię huius ciuitatis præcipuæ ſunt, Lirenſis, Berchemiorum, Imerſeliorum, Vrſeliorum, Schoonhouiorum, Weruiorum, Halmleorum, Rocoxeorum, Sterck, Stralen & Vander Heyden. Viros etiam doctrina celebres permultos orbi dedit, Ioannem Vorſtium, Petrum Ægidium Eraſmi familiarem, Danielem Bombergium, Matthiam & Petrum Weſembecios, multiſque mihi nominibus commemorandos, Ioannem Gruterum, & fratres Barlæos. BVSCODVCVM ſeu *Sylua Ducis*, Indigenis *Shertogen Boſch*, Gallis *Bolduc*, nomen habet à ſiluis: vrbs eſt ampla, amœna, firmiter munita, ſita ad riuulum *Eeſe*, altero lapide a Moſa, duodecimo ab Antuerpia. Quatuor habet membra ſub ſua iuriſdictione, *Campiniam*, *Peelandiam*, *Maſelandiam*, & *Oſteruicum*. Incolæ telarum contexendarum & purgandarum artificio pollent, aquarum genio ſingulari ad id plurimum conferente. Sunt interea comes, blandi, & bello dediti: creduntur reliquiæ eſſe Aduaticorum, quos in Commentarijs ſuis C. Cæſar ſæpius memorat. Atque hæc quidem ſunt quatuor vrbes primarię quarum tres primæ cum *Niuella* Marchionatum conſtituunt ſacri Imperij. MECHLINIA a quibuſdam Brabantiæ adnumeratur, reuera tamen ab ea diſtincta eſt; vrbs alias pulcherrima & nitida, Archiepiſcopatu inſignita, & ſede Ampli conſilij ad quod vltima eſt in Belgica prouocatio. Hæc patria eſt Nicaſij de Woerda viri doctiſsimi, & tamen cæci. Patria item Chriſtophori Longolij & Remberti Dodoneï. Eſt præterea in Brabantia Ducatus Arſchotenſis, Marchionatus *Bergenſis ad Soomam* riuulum, patria Ioannis Latomi, Comitatus *Hoochſtraterſis*, haud

procul

procul a pago *Loenhout*, ex quo oriundus fuit Ioannes Stadius Mathematicus & Hiſtoricus ſuo æuo excellens. Eſt & Comitatus *Megenſis*, Baronatus *Bredanus*, *Dieſtenſis*, ex quo ortus Nicolaus Clenardus, & *Grimbergenſis*. Vrbes præterea in Brabantia ſunt *Traiectum ad Moſam*, *vulgo Maeſtricht*, *Lira*, *Viluorda*, *Gemblacum*, (*Gemblours*,) inſignis vetere Bibliotheca, & ciue Sigeberto Chronicorum ſcriptore, *Ioudoigne*, *Hannut*, *Landen*, *Halen*, *Leeuwen*, *Sichenen*, *Herentals*, *Eindouen*, *Helmont*, *Graue*. Sunt & municipia complura, nondum muris cincta, *Ooſtenrijck*, *Oorſchot*, *Turnhout*, *Duffel*, *Waelem*, *Merchtem*, *Aſche*, *Vueren*, *Duiſburch*, *Hulpen*, *Waure*, *Breine*, *Genape*, *Gheele*, *Arendonck*, *Dormal*, & *Iſca*. Iſca IVSTI LIPSII Viri antiquitatum Romanorum peritiſsimi patria eſt, tribus a Bruxella milliaribus. Sunt & pagi inſuper D. CC. Referuntur etiam ad Brabantiam Dominatus Raueſtein, Ducatus Limburgenſis, cum Comitatu Dalem & Valckenburg. Priuilegia Branbantinorum ampla ſunt. In Imperio aut vrbibus Imperialibus, non eſt fas vllum Brabantinum prima inſtantia in ius rapere, ex Lege Caroli IV. impetrata a Ioanne III. Anno M.CCC.XLIX. Non licet Principi aut Duci perſonas Eccleſiaſticas terrarum donationibus locupletare, inuitis ijs vrbibus primarijs, in quarum ditione loca illa ſita ſint. Non licet Principi vllum aut ciuem, aut incolam Brabantiæ condemnare, niſi prius auditum, & quidem publice in foro iudiciario facta Aduocati copia defenſum. Non licet peregrinum ad munera publica promouere. Subdito etiam fas eſt, de bonis feudalibus Teſtamento diſponere: Fas item venari paſsim, præterquam in quinque ſaltibus quos initio memoraui. Poſtremum, ſi Princeps iuramenti officijque ſui immemor Priuilegia infringere inſtituat, Ordinibus Brabantiæ licet poſt legitimas conteſtationes deſerto Principe, eligere quam partem voluerint.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

74


SEPTENT.
OCCIDENS
ORIENS
MERIDI.
Miliaria Zeelandica
Germanicum
Mare
Goeree
Briel
VOORN
Blinckvliet
Brouwerſhaven
SCOU WEN
Zierickzee
Direxlandt
Stadt
OVER FLAC.
Oelkensplaet
KEE
Volkerack
Dort
Papendrecht
Yſelmont
Coblant
Beyerlandt
Weſtmaſe
Stryen
Bieſboſch
S. Geertruden berge
Bergen
Breda
Loer boſch
Etten
Ouden
Steenberghen
Tolen
Woude
Bergen op zoom
Pars
Brabantiæ
Campen
Domburch
Vere
Weſtkapel
WALCHE REN
Armuyen
Poppendam
Middelburch
Vlißingen
Goeß
ZUYDT BEVER
Baersdorp
LANT
Valke nis
Agger
Dullaert
Terneus
Nieuvliet
Honte
Weele
Heynſdyck
Scheldt flu
ZEELANDIA

ZELANDIA nihil aliud ſonat, quam regionem mari obrutam: nam quod de Syrtibus ſcripſit Lucanus, id omnino de Zelandia eſt verum

------ Primam mundo natura figuram
Quum daret, in dubium pelagi terræque reliquit.
Nam neque ſubſedit penitus, quod ſtagna profundi
Acciperet, nec ſe defendit ab æquore tellus.
Ambigua ſed lege ſoli iacet inuia ſedes.
Æquora fracta vadis, abruptaque terra profundo,
Et poſt multa ſonant proiecti littora fluctus.
Sic male deſeruit, nulloſque exegit ad vſus
Hanc partem natura ſui.

Sunt qui olim Mattiacos dictos putent, & eos eſſe, quorum mentionem fecit Tacitus libello de moribus German. *Eſt in eodem obſequio Mattiacorum gens, Batauis ſimilis, niſi quod ipſo terræ ſuæ ſolo ac cœlo acrius animantur.* Sed accuratius inſpicienti eum Taciti locum, quæque præterea idem ſcribit lib. I Annal. facilè apparebit Mattiacos eſſe in Germania, vbi etiam eoſdem locat Ptolemæus libro II capite XI. Tabula Europæ IV. Plinius quoque libro XXXI. hiſtor. natur. capite II. *Sunt*, inquit, *Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum hauſtus triduo feruet. Circa margines verò, pumicem faciunt aquæ.* Zelandię nomen accepit a Danis & Nortmannis, qui ex Scandiniæ inſula Zelandia (qui in hunc vſque diem nomen ſeruat) profecti ad nouas terras quærendas,

quum

quum graui indigenarum multitudine laborarent, Britanniæ & Galliæ oras inuaſerunt, ac Valachriam vicinaſque inſulas à patrio ſolo Zelandiam vocauerunt. Accidit ea rerum mutatio ante annum ſalutis D. CC. hoc eſt ante tempora Pipini regis Galliæ. Exſtantque etiam hodie clara eius rei monumenta per vniuerſam Zelandiam, moles quædam tumulique ſublimiores inſtar collium, in quos ſe recipiebant aduerſus æſtuantis Oceani impetum; Plinius vocat tribunalia. Ex his igitur locis Dani Galliam, Britanniam, Flandriam agitare, vexare, vaſtare, & prædari, donec Rollo, regnante in Gallia Carolo Simplice, tranſmiſſo mari, ſe cum ſuis Nortmannis in Neuſtriam effudit, eamq; a ſuæ gentis nomine Normanniā appellauit, quemadmodum in eius Ducatus deſcriptione à nobis dictum eſt. Inſulæ Zelandicæ numero ſeptem ſunt, tres vltra Scaldis oſtia, Bataujam & Orientem verſus, quæ propterea dicuntur Orientales, *Schouwe*, *Duuelant*, & *Tolen*. Quatuor cis Scaldim, Occidentem verſus, *Walachria*, *Zuitbeuelandia*, *Nortbeuelandia*, & *Wolferdyck*. Hæ inſulæ quà Oceanum ſpectant Septentrionalem, ſabuloſis collibus prętexuntur: ad æſtuaria verò habent aggeres altos vlnas duodecim, latos infrà ad pedem, vigintiquinque: Aggeres accliues ſunt, & fluctus molliter excipiunt: palis inſuper & immanibus ſaxis quà mare eſt vehementiſsimum, muniti; ac præterea longè exſtantibus chælis: quo artificio inſanas aquarum minas lentè frangunt; Omnium vltrà Scaldim inſularum maxima & prima eſt SCALDIA, indigenę vocant *'tlandt van Schouwen*, cuius ambitus nunc eſt ſeptem mill. olim tamen maior fuit, ac tantum exiguo freto diſtincta à *Nortbeuelandia*. Vrbes in eâ primariæ ſunt *Zirizea*, & *Brouwerſhauia*. *Zirizea* omnium Zelandicarum vrbium creditur eſſe antiquiſsima, & circa annum. D. CCC. XLIX. exſtructa a quodam Siringue: nobilis diu fuit mercatu omnium rerum, propter celebrem portum, frequentiamque aduenarum; ſed obſtructo arenis portu multum

tum de antiqua gloria remiſit: ſpes eſt tamen, eam nouo portu effoſſo paulatim vetus nomen recuperaturam. In hac vrbe natus eſt vixitque *Læuinus Lemnius*, doctrina & arte medica clarus. *BrouWerſhauiam* piſcatores incolunt, & qui mari victitant: Secunda inſula Scaldiæ proxima eſt DVVELANDIA, patetque eius circuitus mill. paſſ. quatuor. Nomen habet à columbis: in hac tantum pagi ſunt & vici, vrbs nulla: Anno ſalutis reparatæ M. D. XXX. Oceani fluctibus obruta fuit, cum magna mortalium iactura, ſed aggeribus confirmatis excluſoque mari, haud multò poſt facile illud damnum compenſatum eſt. Tertia inſula eſt TOLEN, in qua vrbes duæ, vna *Tolana* quæ inſulæ nomen dedit, altera S. *Maertens dyck* Agger Sancti Martini. Tol Belgis vectigal ſignificat, vel portorium: videtur itaque vrbs ex eo appellata, quod ibi vectigal Comiti penderetur ab ijs qui vltrò citroque Scaldim nauigabant. Agger Martianus locus eſt peramœnus atque arboribus vndique conſitus, in quibus maxima alitum, ac præſertim ardearum copia nidificat. Cis Scaldim ad Occidentem, (indigenæ vocant *BeWeſter Schelde*) primaria inſula eſt WALACHRIA, totius Zelandiæ caput, ſitu, opibus, incolarum frequentia, vrbium & pagorum ſplendore, mercimonijs emimentiſsima, decem in ambitu milliaria complectitur: nomen habet (vt quidam opinantur) à Wallis vel Gallis: vrbes ſunt *Middelburgum*, *Vliſſinga*, *Vera*, *Armuda*: pagi complures. *Middelburgum* à ſitu nomen habet, eſt enim burgus in meditullio inſulæ. Vrbs eſt ampla publicis priuatiſque ædificijs, pontibus, turribus, propugnaculis ad vſum & cultum egregiè exornata: omniumque Zelandicarum vrbium primaria. Huic ortum ſuum debet Paulus à Middelburgo Mathematicorum ſui æui princeps. Nicolaus quoque Euerhardi, curiæ Hollandicæ primum, poſtea etiam Mechlinienſis Præſes, quo in munere obijt Anno M. D. XXXII. Filios is habuit ob ſingularem eru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ditionem hoc loco commemorandos, Petrum Euerhardi doctorem Theologiæ, Euerhardum Nicolaï Præſidem Curiæ Friſicæ, poſtea etiam Mechlinienſis; Nicolaum Nicolaï Grudium, Adrianum Nicolaï Marium, & Ioannem Secundum Poëtam. VERIA ſiue *Campoueria*, nomen habet à traiectu qui Zelandis dicitur *Veer.* Muro cincta primum eſt Anno M. CCC. LVIII. Ex eo cæpit etiam eſſe Scoticarum mercium Emporium. *Vliſſinga* nomen & ſignum habet lagenæ, quam Belgæ vocant *vleſche.* Vrbs eſt nouitiola, ſed potens & mari imperans. *Armuda* Middelburgenſium eſt municipium, dignitate & prouentu. Poſt Valachriam ſecunda eſt ZVIDBEVELANDIA. quam alij à tremoribus & concuſsionibus nomen habere exiſtimant; nos à Bauaris, quorum etiam inſignia in eius inſulæ ſcutis ſpectantur. Dimidio nunc minor eſt quam olim fuit; habuit enim circuitum milliarium XX. nunc autem vix decem. Vrbes habuit tres, *Borſulam*, *Romerſualam*, & *Goeſam.* Ex his *Borſula* cum vniuerſo territorio ſuo inundatione maris perijt Anno M. D. XXXII. *Romerſuala* eadem inundatione à reliqua inſula diſiuncta diſcluſaque, etiam hodie cum mari certat. In hac vrbe Comites Zelandiæ ſolenne iuramentum præſtant, quod quum ex more etiam Philippus Hiſpaniarum Rex eſſet facturus Anno M. D. XLIX *Nicolaus de Conſtilte*, cuius ædibus Princeps excipiendus erat, hos verſus oſtio ſuo adſcribi iuſsit,

Vidimus adſueto priuatum lumine ſolem:
Pallida turbato vidimus aſtra die.
Vidimus vndantis horrendos æquoris æſtus,
Nos miſeros Belgas quum obruit Oceanus:

Vidimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Vidimus aſt poſtquam te, gloria noſtra Philippe,
Cæſarea proles, ſemideumque decus:
Cuncta refutamus tranſacti triſtia ſæcli,
Quod præſens noſtrum teſtificatur opus.
Sit licet exiguum, ſit pro ratione voluntas,
Nil facit ad noſtrum parua carina fretum.

Goeſa ad oſtium vnum Scaldis quod *Schenge* vocant, ſita eſt. Vrbs non tam ampla quam amœna & diuitijs pollens, quum vnica nunc ſit in eâ inſula: ciues habet morum humanitate perpolitos, Senatum prudentem. Tertia inſula Zelandiæ cis Scaldim ad Occaſum ſpectans, eſt NORTBEVERLANDIA, in qua vrbs *Cortcheene*, pagi permulti: tota hæc inundatione Anni M. D. XXXII. perijt: nunc tamen paullatim reſtituitur. Quarta inſula eſt WOLFERDIICK, quaſi dicas agger Wolfardi; exigua admodum, vtpote in qua duo duntaxat pagi ſint. Decem igitur ſunt Zelandiæ vrbes. Pagi plures: centum ſcilicet atque amplius. Porrò Zelandi Chriſtianam fidem admiſere ante tempora Caroli Magni, doctore S. Willebrordo. Incolæ ſunt ingenioſi, ſagaces, prouidi, nauigandi artis peritiſsimi; Ex re frumentaria, lectiſsimoque tritico, ac prætereà ex rubia, ſalſamentis, pecorumque & imprimis ouium copia (quas ipſi extra aggeres paſcunt) magnos faciunt quæſtus. Statura incolis media. Referunt tamen Annales noſtri, à Guilelmo Bono Hollandiæ Comite ad nuptiarum ſolennia Caroli Pulchri Franciæ Regis adductam fuiſſe inuſitata corporis mole fœminam, natione Zelandam, præ qua proceri etiam viri puſiones videbantur: tanto etiam erat virium robore, vt bina do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

lia cereuiſia referta ambabus vtrimque manibus portaret, quæ ſingula quadringenta pondo Italica appendebant, trabemque cui attollendæ impares octo viri fuerant, quo vellet transferret. In re familiari & domeſtica omni elegantia nitidi ſunt & expoliti: in rem attenti, in mercatura induſtrij, in pauperes benefici ac liberales: Salem atrum & ſordidum qui ex Occidentalibus regionibus adfertur, ſingulari artificio excoquunt, magnis atque amplis lebetibus, redduntque ita purum & candidum, vt cum niue etiam certare poſsit. Rudi Hiſpanico vel Armotico adfundunt aquam marinam, decoquunt, colliguntque pro centum libris ſalis Hiſpanici, centum quadraginta quinque libras puriores. Hunc ſalem per Galliam, Angliam, Daniam, & reliquam Europam diuendunt. Artem iſtam iam ante annos CD. exercuerunt, colueruntque cum ſummo fructu & vicinarum regionum commodo. Porrò vix in vniuerſa Zelandia aquam reperias, quæ non ſalſilagine infecta ſit Regio tamen omnis eſt fertiliſsima: etſi enim fundus interior ſalſus ſit, ſuperior tamen planities aquâ cœleſti percolata eſt mitior: alias,

Salſa omnis tellus & quæ perhibetur amara,
Frugibus infœlix.

BATAVIAM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BATAVIAM Galliæ Belgicæ, & cum Ptolemæo Germaniæ inferiori (quæ Belgicæ pars eſt cis Rhenum) accenſemus : nam quæ vltra Rhenum ſunt gentes ad Germaniam magnam pertinent, non ad Galliam : Eam Plinius ita definit. *In Rheno*, inquit, *ipſo propè c. mil. paß. in longitudinem, nobiliſſima Batauorum inſula, & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Canchorum, Friſiabonum, Sturiorum, Marſatiorumque ſternuntur, inter Helium* (hic Wahalis eſt) & *Fleuum. Ita appellantur oſtia in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione in Lacus ab Occidente in amnem Moſam ſe ſpargit, medio inter hæc ore, modicum nomini ſuo cuſtodiens alueum.* Qui locus vt rectè intelligatur, ſciendum, circà Lobecum in quo nunc Telonium, Rheni eſſe diuortia, ſiue, vt Frontinus vocat, diuergia. Eum locum *Heriſpich* tempore Caroli Craſsi nominatum autor eſt Rhegino. *Gothofridus*, inquit, *audito legatorum aduentu, illis obuiam procedit, ad locum qui dicitur Heriſpich, in quo Rheni fluenta & Vahalis ſe alueo reſoluunt, & ab inuicem longius recedentes, Batauorum prouinciam ſuo gurgite cingunt.* Diuergium Rheni dexterum Germaniæ oram præterlabitur, inque varios lacus ſeſe effundit: initio tamen Rheni nomen ſeruat, quâ parte Arenacum ſitum eſt, ex quo poſteri fecerunt *Arnhemium*; ſequuntur inde Vada, tum Rhena, quam Tacitus Grinnes nominat, & Batauodurum quod noſtris eſt *Wijck te Duerſte.* Ab hoc loco quum Rhenus nullis aggerum clauſtris constrictus in lacus ſeſe panderet, *Lecca* dictus fuit: vbi anguſtior eſſe incipit, *Fleuus*, vt planè arbitrer Fleuum eſſe eam Rheni partem, quæ Traiectum præterlabitur, & nunc *Vecta* appellatur: Fleui appellationem habuit à Fleuo caſtello prope Rheni oſtia ad littora Oceani, cuius meminit Tacitus libro IV Annalium. Id iam olim cum magna terrarum parte Oceani vndis abſumptum eſt: Fieri etiam poteſt, vt Fleuus perpetuo lapſu per ſtagna & terras deuolutus, (vbi nunc ingens eſt mare) inſulam effecerit eam quæ nunc dicitur *Flielant*; hoc eſt, Fleui inſula. Inter Fleuum

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

75



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& Leccam, Rhenus medio ore, *modicum nomini ſuo cuſtodiuit alueum*, vt ait Plinius; qui adhuc præter Woerdam & Albiniana caſtra lapſus, Lugdunum Batauorum ſecat; inde per Rhenoburgenſem agrum ad vicum Cattorum (*Catwijck*) iuxta arcem Britannicam ſe in Oceanum quondam exonerauit; nunc verò obſtructo arenis alueo ſiſtitur. *Lecca* accolarum induſtria intra Rheni aleum clauſus, prohibituſque latius diuagari, Culenburgum præterfluit, exinde Vianam præterlabitur, poſteà decurrit Schoonhouiam, demum in Merouam amnem, priuſquam Moſæ nomen induat, ſeſe effundit. Atque hic quidem Rheni alueus eſt ad Germaniam. Ad Galliam verò eſt Vahalis, quæ Cæſari Vacalos, antiquo accolarum nomine ita inſignitus, ob viciniam Gallorum; quodque per illam Rheni partem iter eſſet ad Gallos. Hic primo ſitum eſt Neomagum, vel vt alij ſcribunt, Nouiomagum; regia olim Batauorum ſedes, vrbs copioſa & prapotens: Haud procul inde, ad Moſam tamen, eſt Batenburgum; poſteà iterum ad Vahalim Tiela, inde Bomelium, tum Workomium, ad quod Vahalis Moſam accipit, ſeruato tamen adhuc ſuo nomine. Inde ad Gorcomium poſt admiſſam Lingam, nomen mutat, & Meroua appellatur, à Merouæorum (quæ regia Francorum ſtirps fuit) arce, cuius parietes tametſi ob vetuſtatem, fluctuſque tum fluminis tum Oceani, ruinoſi ac nutabundi, etiam hodie exſtant. Poſt hæc Durdrechtum prælabitur: demum recepta primum Lecca, poſteà Iſela, ſub Rotterdamo Moſa appellari incipit: Vbi recedentibus latius terris vaſto iam ore Schiedamum & Vlaerdingam (vltimæ vetuſtatis municipium) ad dexterum latus relinquit, deinde ſupra Brielam Oceano miſcetur. Atque cum hac deſcriptione noſtra mirum in modum conſentiunt præter Plinium, Mela, Tacitus, Cæſar. Melæ verba hæc ſunt libro tertio. *Rhenus Alpibus decidens, prope à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium: Mox diu ſolidus, & certo alueo lapſus, haud procul à mari huc*

illuc diſpergitur, ſed ad ſiniſtram amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus: ad dexteram, primo anguſtus & ſui ſimilis, poſt ripis longe & late recedentibus, iam non amnis, ſed ingens Lacus: Vbi campos impleuit, Fleuo dicitur, eiuſdemque nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluuius emittitur. Tacitus lib. II. Annal. *Rhenus vno alueo continuus, aut modicas inſulas circumueniens, apud principium agri Bataui velut in duos amnes diuiditur, ſeruatque nomen & violentiam curſus, qua Germaniam praeuehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomento Vahalim accolæ dicunt. Mox id quoque nomen mutat Moſa flumine, eiuſque immenſo ore in Oceanum effunditur.* Cæſar. lib. IV. Comm. de bello Gallico. *Moſa profluit ex Monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum: & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur Vacalos, inſulam efficit Batauorum: neque longius ab eo millibus paſſuum* XXX *in Rhenum tranſit. Rhenus autem oritur ex Lepontijs, qui Alpes incolunt, & vbi Oceano appropinquauit, in plures diffluit partes. multis ingentibuſque inſulis effectis. quarum pars magna à feris barbariſque nationibus incolitur: ex quibus ſunt qui piſcibus atque ouis auium viuere exiſtimantur; multiſque capitibus in Oceanum influit.* Iterum Tacitus lib. IIII. Hiſtor. *Bataui donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Galliæ ora vacua cultoribus, ſimulque inſulam Rheni inter vada ſitam occupauere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.* CANINEFATVM inſulam ab oſtio Rheni medio rectè extendit Hadrianus Iunius ad Orientalem Rheni elicem, qui ſupra Harlemum fuit: is obſtructus Lacum effecit Harlemenſem. Fuerunt igitur ad Oceanum Britannicum porrecti, origine, lingua, virtute pares Batauis, vt ſcribit Tacitus, ſolo numero inferiores. Caninefates dicti à cuniculorum cibatu, quaſi *Caninefreters*. Inde FRISII ſequuntur, quos vtræque Rheni ripæ prætexi Tacitus adfirmat, & immenſos inſuper lacus ambire, quos lacus hodie vocamus *ZuyderZee*. CHAVCI ſunt noſtri *Goylanders*, FRISIADONES, *Water-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Waterlanders. STVRII vel potius Tuſij (ita enim legendum apud Plinium) ſunt *Tuſenlanders*, MARSACI ſunt qui Teſſaliam & Wieringam incolunt, à quibus etiam hodie fretum vocatur *Marſdiep*. Quos autem Cæſar ouis dicit victitaſſe, hos arbitramur cum Iunio eſſe in ea Teſſaliæ parte quæ dicitur *Eyerlant*. Hiſce à nobis commemoratis Rheni oſtijs Druſus nouum addidit, vt eſt apud Tacitum, Rheno in Iſalam admiſſo per foſſam quam Druſianam à ſe appellauit; Eam ingreſſus eſt Germanicus Cæſar cum claſſe mille nauium, poſt vota Druſo patri facta: lacuſque inde Rheni, & Oceanum peruectus eſt, vſque Amiſiam flumen. Hodie Rheni alueum illum vocant *Iſelam*, à fluuio cui Rhenus miſcetur. Quod autem viri quidam eruditione celebres, ingenio clari, lectione varia exculti, arbitrantur hanc Druſi Foſſam eſſe Fleuum, de eo amplius deliberandum cenſeo. Certè Tacitus id nuſquam innuit, nuſquam Plinius, qui tamen & Druſum norant, & Fleuum. Mela verò quum oſtendit Rhenum ad dexteram primum anguſtum eſſe, & ſui ſimilem, poſteà verò, vbi in lacus ingentes effuſus fuit, campos implere, Fleuumque dici, & eiuſdem nominis Inſulam complecti, iterumque pleno alueo in Oceanum emitti, videtur longius eum à diuortio ſuo porrigere, quam ad Foſſam vſque Druſi, nam hoc quidem interuallum eſt perexiguum. Prætereà idem diſertè oſtendit, Rhenum primò lacus efficere, poſteà demum Fleuum vocari: At ex horum ſententia non Fleuus è lacubus, ſed lacus ſunt è Fleuo. Poſtremò quid Plinio opponent, qui inter Helium & Fleuum dicit medio ore Rhenum exiguum nomini ſuo alueũ ſeruare? nam ſi Iſala eſt Fleuus, Lecca erit medium illud oſtium Ptolemæo & Plinio celebratum: Atqui hoc abſurdum, quum medio oſtio Plinius exiguum alueum tribuat, Lecca amplum habeat & profundum. Proinde, vt dixi, deſpiciendum etiam atque etiam eſt, an non Lecca à lacubus nomen habere potuerit, & an non Fleuus Leccam deſerens ab Vltraiecto deinceps in Septentrio-

nem fluxerit, vt à nobis ſuprà oſtenſum eſt. Porrò ſi Plinianam deſcriptionem ſequimur, dicendum eſt, intrà Helium & Fleuum non ſolos Batauos contineri, ſed præterea ſex populos; Proinde ſi propriè dictam Batauiam quærimus, ſequenda nobis erunt veſtigia deſcriptionis Taciti, qui eam à diuergio illo ſæpius commemorato, ad Oceanum vſque extendit, latitudinem verò terminat Moſa & Rheni alueis. quos etiam limites ponit Ptolemæus, in quo complexu hæc ſunt oppida *Hueſſenum, Tiela, Bura, Batauodurum, Traiectum, Viana, Culenburgum, Aſſera, Hueclomum, Leerdamum, Iſelſteinium, Montfortium, Woerdenum, Oudeuatera, Goricomium, Schoonhouia, Durdrechtum, Gouda, Lugdunum, Delphi, Rotterodamum, Schiedamum*, & *Briela*. Hæc igitur Batauorum regio, qui à Cattis orti ſedes iſtas coluere. Tacit. de morib. German. *Omnium harum gentium virtute præcipui Bataui, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperij fierent: Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne.* Creditur autem Bato regio Cattorum ortus ſanguine nouercæ odia & inſidias fugiens, cum ingenti popularium ſuorum agmine ad Vahalis Moſæque confluentes Batenburgum condidiſſe, poſteà tranſmiſſo amne regionem eam omnem quam deſcripſimus inſediſſe, vſque ad Oceanum, & à ſe Batauiam appellaſſe, quaſi *Batons haue*, ſiue Batonis peculium. Quantum verò in ea conſeruanda exornandaque ſtudium fuerit Romanorum, vel ex eo cognoſci poteſt, quod Druſus aggerem Rheno coërcendo conſtituerit: quodque eundem Paulinus Pompeius totos LXIII annos poſt renouarit perfeceritque: Quod etiam L. Vetus Moſellam atque Ararim facta inter vtrumq; foſſa connectere parauerit, vt copiæ Romanorum per mare primùm, dein Rhodano & Arari ſubuectæ per eam foſſam, mox Moſella fluuio in Rhenum, exin in Oceanum decurrerent, ſublatiſq; itinerum difficultatibus, nauigabilia inter ſe occidentis ſeptentrioniſq; littora fierent, vt eſt apud Tacit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Tacit. lib. XIII. Annal. HOLLANDIÆ nomen ducunt quidam à ſiluarum ſaltuumque frequentia, lignum enim & ſiluam promiſcuè *Holt* & *Hout* vocamus, vt *Hollant* ſonet regionem ſiluestrem. Fuit certè olim Hollandia pleraq; arbuſtis conſita. Nam & quicquid fermè ſpatij eſt inter Harlemum & pagum cui *Nortwici ſiluæ* nomen durat hactenus, quod ad XII mill. paſſ. extenditur, quercubus fagiſq; aſperum & incultum olim fuit: & tot pagorum nomina in *Woudt* exeuntia, ſiluas vicinas teſtantur. Accedit Taciti teſtimonium, qui ſacri nemoris meminit, quod in ſuperioribus Batauiæ locis exſtitit, memorabile epulis Ciuilis: id inter Lugdunum & Delphos quidam locant, apud Vorburgum, quo loco arx vetus ſtetit, è cuius ruinis nummi varij adhuc eruntur: Veſtigia ſacri nemoris ſeruat *Schakenboſch* quaſi *Sacrenboſch*. Iam Plinius haud procul Cauchis populis altiſsimas quercus littora obtinere, maxima naſcendi auiditate, memoriæ proditum reliquit. Hadrianus etiam Iunius autor eſt, apud Teſſaliam inſulam Batauorum, Septentrionem verſus, inter procurrentis littoris ſalebras ingentem arborum ſiluam olim ſtetiſſe, quod & hodie trunci reliqui magno numero docent, quorum iniuria importuoſum & ſtationi nauium iniquum illud littus efficitur, in quod ſi forte aduerſa tempeſtas nauigantes adegerit, vt iactis anchoris firmare naues cogantur, vna eademque neceſsitas etiam præcidere eas compellit, quando inter altiſsimis fibris actarum quercuum radices implicati anchorarum dentes, nullis ergatis, nulloque vectium molimine liberari aut expediri poſsint. Præ cæteris verò fidem rei munit roborum multitudo, quæ iam ab aliquot ſeculis effoditur è pratis agriſque, & in tectorum ſcandulas ac tigilla ſerris diſſecta expetuntur, quas arbores quidam Rheni eluuionibus proſtratas olim & limo areniſque hauſtas, alij vi maiore procellarum procubuiſſe, ac terra obrutas poſteà adfirmant. Hanc arborum ſtragem obſeruat ex Annalibus Iunius incidiſſe in annum ſalutis

D.CCC.LX. triennio ante inaugurati & Comitatu Hollandiæ donati Theuderici primi aduentum. Idem in promontorio Angliæ Penbrochienſi accidere teſtis eſt Giraldus. *Quo tempore,* inquit, *in Hibernia egit Henricus, ex nimia præter ſolitum procellæ vehementia fabuloſis huius oræ littoribus, ſolo tenus ſabulo nudatis, terræ noua facies apparuit. Arborum quoque in ipſo mari ſtantium ſtirpites vndique præciſarum, ictuſque ſecurium tanquam heſterni, terraque nigerrima, lignaque truncorum hebeno ſimillima, vt non littus iam ſed lucus eſſe videretur.* Sunt alij qui Hollandiam à cauitate dictam putent, quaſi *Hol-landt.* eſt enim vniuerſa regio paluſtris ac pedum pulſu vacillans, quod Belga ille Panegyriſtes quiſquis fuit (Rhenanus Mamertinum ſuſpicatur) oratione ad Maximianum Herculeum graphicè admodum deſcripſit, eius verba prout à doctiſsimo Hadriano Iunio emendata ſunt, adſcripſi. *Quanquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæſar vindicata atq́; purgata, quam obliquis meatibus Vahalis interfluit, quamque diuortio ſuo Rhenus amplectitur, pene (vt cum periculo verbi loquar) terra non eſt, ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non ſolum qua manifeſte paluſtris eſt, cedat ad nixum, & hauriat preſſa veſtigium, ſed etiam vbi paulo videtur firmior, pedum plauſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul mota pondus teſteiur: ita, vt res eſt, ſubiacentibus innatat, & ſuſpenſa late vacillat, vt merito quis duxerit exercendum fuiſſe tali ſolo militem ad nauale certamen. Sed neque illæ fraudes locorum, neque quæ plura fuerant perfugia ſiluarum, barbaro tegere potuerunt, quo minus ditioni tuæ diuinitatis omnes ſeſe dedere cogerentur.* Sunt qui à fœno Hollandiam quaſi *Hoylandiam* nominatam arbitrentur. Hermannus Contractus Hollandiam vocat *Phlarditingam*, à municipio vetutiſsimo quod nunc eſt *Vlaerdingen.* Sed vt anteà de Zelandia ſcripſimus, ita etiam de Hollandia iudicandum eſt, Danos & Normannos deſertis in Codano ſinu inſulis Olandiæ Zelandiæque in hæc loca migraſſe, à ſua patria Hollandiam Zelandiamque cognominaſſe, plane, vt de Heleno Priamide refert Maro, quiſ in Epiro oppidulum Troiam

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cum arce Pergamo exſtruxit, addita & imagine Scææ portæ & riuulo Xanthi Troiani amnis nomine: & vt in Indijs nouam Hiſpaniam, nouam Franciam Europæi effecerunt. Hæc rerum mutatio putatur incidiſſe in annum ſalutis D. CCC. XXXVII. quando à Danis & Nortmannis Batauodurum ferro & incendijs vaſtatum, Friſijſque tributum imperatum eſt, vt refert Sigebertus. Eſt autem, poſtquam Francorum regibus ita placuit, Hollandiæ Comitatus cum Batauia vetere neque idem plane, neque plane diuerſus. In inſula Batauica ſtatim à Culenburgo inferiora omnia Hollandiæ ſunt, deinde Traiectenſi eadem adhæret ditioni: in Goylandia habet Veſopum, Nardenum & Mudam, hi ſunt veteres Chauci. A medio Rheno ad Moſæ oſtium ſunt Hollandi Auſtrales; rurſum ab eodem Rheno Septentrionem verſus eſt Caninefatum ſiue Kinheimriorum ditio: poſt eos Hollandi Septentrionales ſeu Weſtfriſij iacent, poſt hos Waterlandi & qui inſulas colunt Teſſaliam, Wieringam, Flielandiam. Totum autem Hollandiæ corpus diuiditur à Chorographis in Auſtrinam Hollandiam, Kinheimariam, Weſtfriſiam, Waterlandiam & Goylandiam. Spectanda autem imprimis huius gentis induſtria & ſollertia. Primum Rhenum & Moſam oppoſitis aggeribus excluſere, ne hinc amnibus, illinc Oceano petiti, terrarum inundationes paterentur. Poſteà fluuios illos per emiſſaria oportuna & aquagia varie deduxerunt, vt riuorum commoditate ſubuectationes iuuarentur. Pontes etiam longos addidere (*Kaeydijcken* accolis vocantur) qui inter paludes adgeſti peditem ducant vltro citroque, vt ex illis in vicinas naues, è nauibus in terram facilis ſit & procliuis ſaltus. Iam extra aggeres alluuionem terrarum accretioneſque artificio aggerum adiuuarunt, vt intra ſuas præſepes coacti amnes, alueo profundiore aptioreque ad nauigandum voluerentur. Aduerſus Oceani quoque & Cauri furores murmurantiſque maris fremitus, iuxta Pettemum molem immanem exſtruxere ardui montis caput ſuperantem,

rantem, quam à canino & Scyllæam rabiem imitante latratu vocauerunt *'tHontſboſch*, quaſi ſiluam caninam. Pali ſunt valide confibulati, & fiſtucis altè depacti, quorum ſpatia intermedia grandibus ſaxis marmoribuſque aceruantur ſtipanturque: hæc moles ad tria paſſuum milia ſecundum mare exporrigitur, deſinitque apud Pettemum, vt dixi. Anniuerſariæ fabrorum atque opificum operæ aſsiduè illam communiunt, delectis viris ex optimatum numero pro magiſtratu illic agentibus. Hi operas inſpiciunt, imperantque vt trabes conuehantur, ſaxa comportentur: vbi quid vacillans eſt aut infirmum, muniatur ac corroboretur. Et quia vniuerſum Hollandiæ ſolum paluſtre eſt & humidum, inuentæ ſunt molæ aquariæ; quarum alæ vento circumactæ tympanis quibuſdam aquas in altum euehunt, atque in euripos & inciles foſſas eiectant, ex quibus poſteà ſublatis catarractis, quotieſcumque Oceani reciprocantis æſtus refluit, in maris ſinum aut amnem effunduntur. Hac incolarum cura induſtriaque ager Hollandicus eam bonitatem adeptus eſt, vt cum quouis ſolo certare poſsit. Paſcuorum vbertas ſumma eſt: qua boum alit armenta infinita. Vaccas quoque corporum vaſtitate, lactis copia, cornuum celſitudine eximias. Conſtat ſanè, aliquibus Hollandiæ partibus boues ſingulas æſtiuis diebus quatuor & quadraginta lactis heminas in mulctralia refundere. Ioannes etiam Benningus Conſiliarius Curiæ Hollandicæ referente Guicciardino certâ obſeruatione & minimè fallente calculo oſtendit, tantum Aſſendelphi, & quatuor vicinis pagis lactis vno anno è vaccis colligi, quantum è Germania ſuperiore Rhenenſis vini deuehatur Durdrechtum. Ex hac lactis optimi copia, butyrum conficiunt, non barbararum modo gentium, vt Plinius vult, ſed regum etiam & principum cibum laudatiſsimum. Conficiunt etiam caſeos Parmenſibus aut Placentinis nihilo inferiores. Primæ tribuuntur Teſſalico & Graueſandico, Secundæ Edamenſi, quem imprimis vetuſtas commendat.

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Atque hæc ex pratis. Segetes habet, imprimis ad Rheni veteris alueum, præſtantiſsimas. In collibus arenarijs cuniculorum innumeram multitudinem, Ceruorum etiam & damarum frequentiam, inque Hagienſi nemore capreolorum greges, auium quoque capturam quæſtuoſam, præſertim anatum, anſerum, & autumnalibus menſibus ſcolopacum, quas Plinius ruſticulas, Martialis ruſticas perdices vocat, noſtri *Sneppas*. Nemeſianus eas ita deſcribit.

Præda eſt facilis & amœna Scolopax
Corpore non Paphijs auibus maiore videbis.
Illa ſub aggeribus primis, quas proluit humor,
Paſcitur, exiguos ſectans obſonia vermes:
At non illa oculis, quibus eſt obtuſior, etſi
Sint nimium grandes, ſed acutis naribus inſtat,
Impreſſo in terram roſtri mucrone, ſequaces
Vermiculos trahit, atque gulæ dat præmia vili.

Eſt & alecum captura, quos noſtri *haringos* dicunt, quæſtuoſiſsima. Hi poſtquam ex Arctoi maris latebris diſceſſerunt (quod præcipitante iam vere ſolet fieri) velut commutatis natalibus in æſtiua contendunt palabundi, tanta interdum multitudine, vt oppoſitis retibus ſiſti nequeat impetus. Tum verò claſſes variæ partitæ inter ſe certas ac definitas ſtationes ſub Britanniæ, Scotiæ ora, & Orcadibus ſingulæ pro viribus iſti piſcium generi inſidiantur, nauigijs in eum vſum exſtructis, aluo panda, obtuſa prora, quas *Buſas* nuncupant: eoſque partim ſale & muria

condiunt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

condiunt; partim domum delatos fumo durant. Nauium ex eo immenſus in Hollandia numerus, quibus ad piſcationem, mercaturam, exportationem importationemque vtuntur: nautarum etiam tanta vis, vt media penè Hollandorum pars interdum extra patriam nauibus credita, vndis iactetur. Habent & ceſpitem foſsitium, quem ex intimis hauſtum terræ penetralibus, ipſiſque adeo ex aquis eductum, ac vento & ſole exſiccatum, ad focos adhibent: Nimirum hoc illud eſt quod de Chaucis prædicat Plinius. *Captum manibus lutum ventis magis quam ſole ſiccantes, terrà cibos & rigentia Septentrione viſcera ſua vrunt.* Lineas quoque telas conficiunt toto orbe notiſsimas, quarum cum niue certat candor, cum ſindone tenuitas, cum byſſo pretium. Pannificium quoq; excolunt, & quicquid à lanis vlla arte parari poteſt. Ex quibus facile eſt iudicare qualia ſint Hollandorum ingenia: ſi litteras & humanitatem, fæliciſsima ad ſatus ſapientiæ capiendos: Teſtis eſt Eraſm. Rotterodamus, teſtes Nannij, Croci, Sartorij, Ceratini, Saſboutij, Muſij, Canteri, Hortenſij: & multis mihi nominib. celebrandi Petrus Pawius, Guilielmus Merula, Rudolphus Snellius; & in Muſarũ ſacris Ianus ſecundus, & Ianus Duſa: ille inſuper ectypis fingendis mirabilis, hic non tam nobilitatis auitæ, & belli gloria ob aſſertum grauiſsima in obſidione Lugdunum Batauorum toto orbe celebris, quam litterarũ & Poëticæ virtutis laude, & tot liberorum patrias virtutes exprimẽtium honeſta coronâ: è quibus duo patri & patriæ & litterariæ Reip. erepti nuper, grauem familiæ luctum, triſte nobis deſiderium ſui reliquerunt. Sed non ſine grandi piaculo omitti hoc loco à nobis poteſt Hadrianus Iunius, cui Batauia vitam merito acceptam refert, cui litteræ Græcæ & Latinæ, cui medicina, cui quicquid vſpiam eſt humanitatis atque elegantiæ, plurimum debet. Protulit etiam pictores Hollandia celebres, Ioannem Scorelium, Martinum Heemſkerckum, Petrum à Leydis, Antonium Blocklandium, Theodorum Bernardi, Philippum Gallæum, alioſque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

que. Habet & ſuas dotes muliebris ſexus. Virgines modeſtæ ſunt, caſtæ, formoſæ. Matronæ frugi,
& optimæ matres familias. Rara in numeroſa gente adulteria, idq; eo quidem magis mirandum,
quod fœminæ etiam publicè mercaturam exerceant, & vicina ſæpè, interdum etiam remotiora lo-
ca nauibus petant, vt quæſtum poſsint facere. Bellicæ virtutis teſtes ſunt inter Romanos, Batauí
iuniores, ſenioreſq;. Etiam inſcriptiones, quibus BATAVI FRATRES & AMICI P.R. agnoſcuntur.
Vrbium nobis nunc & locorum memorabilium ſupereſt deſcriptio. Quam nos ita partiemur vt
in ſequentibus tabulis Hollandiæ Auſtralis & Septentrionalis oras, nunc quicquid vrbium inter-
iacet referamus: ſunt autem *Harlemum*, *Amſtelodamum*, *Naerdenum*, *Muda*, *Weſopum*, *Edamum*, *Mo-
nichedamum*, & *Purmerenda*. HARLEMVM amplitudine vrbis, ædificiorũ cultu, ſitus amœnitate nobi-
le eſt. Templum habet totius Hollandiæ pulcherrimum, firmiſsimis innixum columnis, foro im-
minens. Vrbem Sparnus amnis interlabitur: ante eam nemus eſt ciuium deambulationibus, de-
licijs, exercitijſq; dicatum. Exſtructa creditur à Friſijs, circiter annum D. VI. Arcem habuit non
procul ab Heemſkercka, quæ nunc diruta ſoloq; æquata eſt, quum eius arcis dominus vi & effre-
nata violentia iuſtum in ſe populi odium concitaſſet; quo tempore memorable accidit coniugalis
amoris exemplum: nam quum iam deditio pararetur, fertur vxor tyranni ad eam cum hoſte for-
mulam pactionis deſcendiſſe, vt ſemel exportandi ſibi quæ chariſsima haberet daretur facultas:
quo conceſſo, maritum baiulans exportauit, pari laude efferenda cum Guelphi Baioariæ ducis
pientíſsima vxore. Huic vrbi inuentæ typographicæ artis gloria debetur. Ante annos enim cen-
tum quinquaginta tres, LAVRENTIVS IOANNIS, cognomento Ædituus, qui in ædibus ſatis ſplen-
didis foroq; imminentibus è regione Palatij regalis habitabat, forte quum in ſuburbano nemore
ſpaciaretur, cæpit faginos cortices in litterarum typos conformare, quibus cartæ impreſsis, verſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

culum vnum atq; alterum animi gratia ducebat. Hoc primum fuit maximæ artis rudimentum. Quod vbi fœliciter ſuccesſit, cœpit animo altiora concipere. Primum omnium atramenti ſcriptorij genus glutinoſius tenaciuſq; excogitauit, adhibito in conſilium & partem curæ *Thomæ Petro* genero ſuo. Inde totos pinacas characteribus expresſit: Exſtant hodieq; illius operis aduerſaria paginis tantum aduerſis impreſſa, quæ paginæ glutine commiſſæ inter ſe cohærent vt videantur eſſe opiſtographæ. Liber eſt conſcriptus vernaculo ſermone, auctore anonymo, titulum præferens Speculum noſtræ ſalutis. Poſteà faginas formas plumbeis commutauit. Has deinde ſtanneis, quo ſolidior eſſet materia. Ex horum typorum reliquijs conflata ſunt oenophora, quæ adhuc viſuntur in Laurentianis illis quas commemoraui ædibus. Manſiſſetq; diutius tam præclari inuenti apud Harlemenſes gloria, niſi Ioannes quidam, ſiue, vt fert ſuſpicio, Fauſtus, hero ſuo infidus & infauſtus, à quo artem omnẽ fuerat edoctus, ipſo peruigilio natalis Dominici omne typorum choragium inuolaſſet, aſportaſſetq; primum Amſtelodamum, inde Coloniam Agrippinam, deniq; Moguntiacum: Vbi hic trifucifer & ſequilauernio ſibi inuentionis nouæ laudem arrogans, intra vertentis anni ſpatium ad annum à nato Chriſto M.CCCC.XLII. ijs ipſis typis, quos hero ſuo fuerat ſuffuratus in lucem edidit *Alexandri Galli Doctrinale*, cum *Petri Hiſpani tractatibus*. Eſt & altera huius vrbis gloria, capti nouo conſilio Peluſij, quam Damiatam vocant, cuius rei ſymbolum habent, nolas binas ex ære Corinthio, quæ à re Damiatæ appellantur. Eſt & tertia gloria paſſæ obſidionis, ſibi cruentæ, toti Hollandiæ ſalutaris. AMSTELODAMVM nobilisſimum hodie totius orbis Emporium ab amne Amſtela nomẽ habet, paucis initio piſcatorum tugurijs habitata, iuriſdictionis fuit Dominorum Amſteliorum: Eam poſtea Giſelbertus Amſtelius ante annos ducentos octoginta plus minus, communiri propugnaculis, portis, ac turribus fecit: quibus per inuidiam vicinorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

norum conflagratis, muro cingi cœpit anno M.CCCC.LXXXII. Ex eo perpetuo aucta & Hollãdi iuris fuit. Nunc verò non Hollandiæ ſolum, ſed omnium vicinarum regionum ad Sarmatas vſque Gothos & Cimbros eſt apotheca. In hac vrbe ſtabulantur non ſolùm Itali, Hiſpani, Luſitani, Britanni, Scoti, Galli, Sarmatæ, Cimbri, Sueci, Noruagi, Liuones, Germanni, ſed etiam Indi Americani, Orientales, Mauri, alijq; ex omnibus penè orbis plagis. NAERDENVM oppidum eſt Chaucorum, (*Goeylanders* noſtri dicunt) exſtructa à Goedela Altenatis cœnobij antiſtita, cui ab Ottone Imperatore regio iſta donata fuit: à qua tranſijt in Hollandi principis ius. Oppidum textores magna ex parte incolunt. Creuit è veſtigijs veteris Naerdæ, quam ſolo tenus æquatam Traiectinus præſul ex familia Herculana euerterat. MVDA ad Vectæ amnis oſtium ſita, incolas habet piſcatores. Adiacet illi arx, Florentij quincti Hollandiæ Comitis captiuitate nobilitata. WESOPVM hinc muro cingitur, inde Vecta alluitur: ædificia habet pro loci conditione ſatis ſplendida. Oppidani cereuiſiam coquunt, quæ propter bonitatem per vniuerſam Hollandiam expetitur. EDAMVM maiores noſtri *Ydamum* dixerunt, ab Ya vel Yda fluento, cuius nomen adhuc ſeruat pagus *Middelye*; In hoc oppido nauale eſt, in quo nauigia ſumma naupegorum exſtruuntur induſtria. Caſeus etiã huius ditionis reliquæ Hollandiæ caſeo præfertur. MONACHODAMVM milliari vno diſtat ab Edamo; exſtitit iam anno ſalutis M.CC.XCVII. Nomen habet à vicino lacu quod *Monickmeer* dicitur: Inſigne eius eſt monachus, nodoſa claua armatus in modum Herculis. PVRMERENDA ad lacum Purmerum piſcoſum ſita eſt, qui etiam loco nomen dedit; Anguillarum captura ita quondã fœlix hic fuit, vt multa nauigia pertuſis carinis, in Britanniam mitteret, ingenti quæſtu & emolumento. De capta Nereïde in lacu Purmero Anno M.XLIII. lepida eſt Hadriani Iunij in Batauiæ hiſtoria narratio. Nunc eductis per machinas vndis agri fertiles conſpiciuntur, vbi antea nauigabatur.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

76-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

A MEDIO Rheni oſtio ad Moſam vſque Auſtrum verſus quicquid ad Oceanum vſque terrarum iacet, id omne HOLLANDIÆ AVSTRALI aſcribitur, in quo tractu præter ſoli bonitatem, pagorum, villarum, atque arcium frequentiam, & portuum opportunitatem, vrbes ſunt *Durdrechtum*, *Delfum*, *Lugdunum Batauorum*, *Gouda*, *Woerda*, *Oudewatria*, *Schoonhouia*, *Iſelſteinium*, *Viana*, & *Rotterodamum*. DVRDRECHTVM quod vulgus parum ſcite vocat Dordracum, idem ſonat quod *Dureti forum*, Drechtum enim antiquis Batauis eſt forum, quæ vox etiam extrema eſt in hiſce, *Haeſtrechtum*, *Moerendrechtum*, *Papendrechtum*, *Barendrechtum*, *Suyndrechtum*, *Slydrechtum*; planè vt in Italia ſunt Forum Varronis, Forum Cornelij, Forum Appij, Forum Liuij, Forum Iulij, Forum Sempronij. Sigillum etiam eius ciuitatis auguſtius epigraphem habet, SIGILLVM OPPIDANORVM IN DVRDRECHT. Situm eius inter flumina duo iſti verſus oſtendunt,

Me Moſa & Wahalis, cum Linga, Meruaque cingunt,
Æternam Batauæ virginis ecce fidem.

Sed non talis initio fuit vrbis facies; Anno enim M. CCCC. XXI. atroci & miſeranda tempeſtate diſiectis ac diſruptis aggeribus auulſa eſt à continente, ſubmerſis duobus & ſeptuaginra pagis, cum centum propè mortaliũ millibus, quam rem Chronologico verſu complexus eſt Iunius.

DVrdreChto InCVbVIt VIs atroX InCIta VentIs,
Vrbs qVa dIßILVIt protInVs haVſta MarI.

Vrbs hæc totius Hollandiæ eſt primaria. Ius habet ſiſtendi & retrahendi ad ſe merces exoticas quæcumq; ſecundo amni importantur, vt nimirum eo loco ſtabulentur ac conquieſcant, donec venditæ ſint: & inde rurſum non alijs quam popularibus nauigijs aliò deuehantur. Hoc priuilegium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

legium à *Stabulo* vocant *Stapulam*. Simile exemplum Stapulæ diximus obtinere Atrebatum ciuitatem in Francica vina, quæ plauſtris importantur. Middelburgo quoque idem ius in Hiſpanica, Luſitanica, Gallicana; Durdrechto eſt in Rhenenſia; neque in vina ſolum, ſed etiam in quælibet ſemina, & lignórum, carbonum, ferri, plumbi, metallorumque ſtrues quæ ſecundo Rheno Moſaque deportantur. DELPHI ſequuntur, non Apollinis tripode, ſed Cereris & Bromij munere inſignes: coquitur enim in hac vrbe cereuiſia poſt Britannicã optima. Nomen habet à foſſa, quã Bataui *Delf* vocant, ducta à Moſa ad vrbem vſque: opus eſt Gothofredi Lotharingi cognomento Gibberoſi, qui non abſq; manifeſta tyrannidis nota Hollandiam totum ferè quadriennium poſſedit, & nauali demum prælio à Theuderico V. legitimo principe ſuperatus in Moſa, imperium iniuſto titulo occupatũ amiſit. Anno M.D.XXXVI. quinto Nonas Maij ignis, nato ex fauillis forte incẽdio, luctuoſam & funeſtam vrbis faciem reddidit abſumptâ deformataq; pleraq; vrbis parte: ex quo incendio poſtea pulchrior emicuit. In hac vrbe non quidem natus, ſed altus eſt hæreſiarcharum facilè coryphæus *Dauid Georgius*, humili atque abiecta ſtirpe editus, vitriario patre, cuius Hiſtoriam Baſileenſes, apud quos defunctus, poſteaque refoſſus & exuſtus eſt, ediderunt. LEIDA eſt Ptolemæi *Lugdunum Batauorum*; quod Antoninus caput vocat Germaniarum, ſiquidem Lugdunum extrita Latina terminatione eſt *Lugdun*, ex quo noſtrum *Leyden*, quod etiam euphonias gratia dicunt *Leyen*: voce vernacula noſtrate melius antiquum nomen quam Gallica *Lyons* exprimente. Sita eſt vrbs ad medium Rheni alueum, Plinio & Ptolemæo nominatum: ad quod caſtella Romanorum exſtructa, quæ poſtea pro horreis fuerunt. Auſonius id innuit quum dicit,

Addam præſidÿs dubiarum condita rerum
Sed modo ſecuris, non caſtra, ſed horrea, Belgis.

Habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Habet intra ſe in ipſo meditullio ad veteris & noui Rheni confluentem, *pyrgum*, quem nos patria lingua *Den Burch* vocamus, circinato mœnium ambitu, fornicibus arcuatis. Hunc ab Engiſto circiter quadrageteſimum à Chriſti natali annum exſtructum prodiderunt. Hoc voluit Poëtarum noſtri æui Princeps, & Batauicæ nobilitatis decus IANVS DOVSA quum ſcriberet,

Putatur Engiſtus Britanno
Orbe redux poſuiſſe victor.

Ab hoc burgo dicuntur *Burg-grauij*, quod imperium & ius quondam penes Waſſenarios dynaſtas fuit: Iter à Lugduno capite Germaniarum Argentoratum vſque notauit Antoninus per *Albiniana, Traiectum, Mannaricium, Caruonem, Harenacium, Burginacium, Coloniam Traianam, Vetera, Calonem, Nouesium, Coloniam Agrippinam, Bonnam, Antunnacum, Confluentes, Bingium, Nouiomagum, Treueros, Diuodurum, Pontem Sarui.* Extra vrbem, Oceanum verſus eſt Rhenoburgum: parte altera, ad decem millia paſſuum Lugduno diſsident Albiniana caſtra, notata ab Antonino in Itinerario, niſi quis Alpheniana dici malit ab Alpheno Varo Batauorum ductore, cuius meminere Tacitus lib. XVIII. & Plutarchus in Ottone: noſtri vocant *Alphen*. Inter hæc & vrbem eſt *Roomburgh*, quod *Burgum* ſonat *Romanorum*, Velſeri tabula vocat Prætorium Agrippinæ, eſtq; is locus erutis varijs antiquitatis monumentis clarus. In his duo fuere leonum ſigna, cum Palladis ſimulacro, & numiſmatis argenteis æneiſque Antonini, Neronis, aliorumque: fuere & imbrices ita inſcripti, EX. GERM. INF. cum numis IMP. DOMITIANI, GERM. COS XII. item Neruæ, Traiani, Tiberi , Claudij, Anaſtaſij. Ceſsit poſtea locus Veſtalibus virginibus, quibus bello exactis, omnia diruta ſunt. Suſtinuit hæc vrbs anno M. D. LXXIV. à natali Chriſti, grauem & calamitoſam obſidionem, ſed pulſis hoſtibus diuina ope & aquarum ſtagnantium vi, liberata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


Itaq; & propter belli gloriam,& propter antiquitatis decus,& propter loci ſitum,amœnitatemq; & ciuium ſingularem humanitatem, ACADEMIÆ priuilegio exornata eſt, cuius nomen profeſſorum fide,eruditione, diligentia; ſtudioſorum numero modeſtiaq;, Curatorum & Conſulum autoritate,ordinumq; liberalitate,iam toto orbe,quacumq; humanitatis & elegantiarũ iura patent, notiſsimum & celeberrimum eſt: cui etiam ante hos annos viginti acceſsit Ill. Ordinum magnificentia egregiè exſtructum ornatumq; COLLEGIVM THEOLOGICVM. GOVDA à Cimbrica voce *Gow* nomen habet, quæ & foſſam,& aggerem foſſæ oppoſitum denotat; ſita ad Iſelam, non illam quidem ſuperiorem in quam Rhenus Druſiano diuertigio ſeſe exonerat, nam is Iſala eſt; ſed ad inferiorem, quæ ex medio Rheni alueo ducta per Traiectenſes, Iſelſteinium, Montfortium, Oudeuateram leniter fluens, mediam vrbem ſecat, copioſam & rebus omnibus adfluentem. Dubito, an Iſela iſta non ſit foſſa Corbulonis. Ciues Goudæ,ſunt humani, & induſtrij: Arx huius oppidi exſtructa à Ioanne Buloſio comite admirabili fabrica, tabularium habet diplomatis priuilegijſq; Ordinum Hollandiæ conſeruandis deſtinatum. Templum capax & ſpatioſum; Forum ouali fere ſpecie,cuius in medio exſurgit Prætorium. WOERDENVM non ignobile eſt oppidum, paluſtri loco conditum, ad Rheni alueum, quinto a Lugduno miliari. OVDEWATERA ad Iſelam benè munita eſt; ciues canabinis funiculis conficiendis, retibuſque contexendis, quibus in alecum piſcatura vſus eſt, operam nauant: SCHOONHOVIÆ ab hortorum amœnitate nomen inditum: ſita eſt in dextra Leccæ ripa, creuitq; ex Neoporti oppidi vicini ruinis: mediam perlabitur elix ex Iſela deriuatus. ISELSTEINIVM oppidulum tenue,ſed opere validum,peculium eſt Comitis Burani. VIANA in læua Leccæ ripa oppidum eſt quadratum,paretq; familiæ Brederodiæ. Caſtellũ habet validum. WORCOMIVM in Gallica ripa ad Moſam,iuris Hollãdici eſt. GORICOMIVM ei oppoſitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

poſitum eſt, ad Lingæ oſtiũ, quâ ſe cum Vahali & Moſa miſcet. LEERDAMVM, HVECLOMVM, ASPE-
RA ad Lingam amnem ſitę ſunt. ROTERODAMVM oppidum eſt ad Rotam riuum, eſtq; hodie Em-
porium nobile Lumen ei & decus immortale addidit Deſiderius Eraſmus, cuius etiam domus na-
talis prope templum oſtenditur, & ſtatua in foro marmorea. SCHIEDAMVM ab emiſſario *Schiæ* flu-
minis nomen adeptum, ſitum eſt ad Moſam. VLAERDINGA omnium Hollandiæ vrbium antiquiſ-
ſima in eodem tractu eſt, & in extremo Moſæ oſtio BRIELA. Præter oppida vero hactenus a nobis
enumerata ſunt etiam municipia quædam ſuis ſingularib. dotata priuilegijs : inter quæ primaria
eſt HAGA comitis, in quo & ſanctiori Principis Ordinumq; Cõſilio locus eſt, & forum litibus ſol-
uendis dicatum. Palatium habet in modum arcis foſsis circumdatum: ſedes hæc & Curia Senatus
non ſolum Hollandiæ, ſed etiam omnium Prouinciarum confœderatarum. GRAVESANDA, Comi-
tis arenam ſignificat, portum quondam habuit ad Moſam; nunc ab eo diſsidet ad tria ferè paſſuũ
millia. Turris hic eſt eminentiſsima: Nobilitatur etiam caſeo, & tritico. Vno ab Haga miliari *Loſ-
dunum* eſt, à collibus nomen habens, id enim eſt *Dun*. Hic monumentum oſtenditur Margaretæ
Principis fœminæ, quæ Florentij IV Comitis filia, vxor vero Comitis Hennebergenſis, vno paucio-
res liberos partu edidit, quam ſunt in anno dies. Res ita narratur. Paupercula gemellos enixa, quũ
à Comitis vxore ſtipem peteret, probris excepta eſt, & adulterij accuſata; Principe negante fieri
poſſe vt ex vno marito bina ſtirps naſceretur. Illa pudicitiæ intemeratæ Deum teſtẽ citat: rogatq;
eum vt Principi vno partu tot liberos concedat, quot ſunt in anno dies. Imprecationem res ipſa
ſequuta eſt. Intra anni vertentis ſpatium enixa eſt trecentos ſaxaginta quatuor. Teſtatur id Epi-
graphe in Templo poſita eo æuo, cum peluibus in quibus feruntur infantes baptizati. Inſcri-
ptio ita ſe habet.

KB Den Haag

 Illuſtris



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Illuſtris Domini Florentij Comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mathildis filia Henrici Ducis Brabantiæ, fratrem quoque habuit Guilielmum Alemaniæ regem: Hæc præfata Domina Margareta, an. ſalutis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, ætatis ſuæ an. quadrageſimo ſecundo, ipſo die Paraſceues, hora nona ante meridiem peperit infantes viuos promiſcui ſexus, numero trecentos ſexaginta quatuor, qui poſtquam per venerabilem Epiſcopum Dominum Guidonem Suffraganeum, præſentibus nonnullis proceribus & magnatibus, in pelui quadam Baptiſmi Sacramentum percepiſſent, & maſculis Ioannes, femellis verò nomen Eliſabeth impoſitum fuiſſet, ipſorum omnium ſimul cum matris anima ad Deum æternaliter victura redierunt, corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt.

DESCRIPTIO ARCIS BRITANNICÆ IN HOLLANDIA.

BRITTENBVRGVM vulgò *'thuys te Britten*, Armamentarium quondam fuit Pop. Rom. in extremo medij aluei Rheni oſtio, vel potius in eiuſdem ripa, ad Oceanum Britannicum, vt frumentum claſsibus ad præſidiaria Romanorum horrea Rheni ſupercilijs impoſita, aduerſo amne ſubueheretur: id nunc attrito & adeſo fluctibus littore, mari obrutum iacet: deſtructum, vt veriſimiliter viri docti arbitrantur, à Normannis: exſtructum primum non quidem tanta mole, ſed longe minore, & ad regendos duntaxat nauigantium curſus à Caligula. Suetonius id teſtatur in eius vita capite XLVI. *Poſtremo quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore Oceani, ac baliſtis machiniſque diſpoſitis, nemine gnaro ac opinante quidnam capturus eſſet, repente vt conchas legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperauit, ſpolia Oceani vocans,*

Capitolio

Capitolio Palatioq; debita. Et in indicium victoriæ, altiſſimam turrim excitauit, ex qua vt ex Pharo noctibus ad regendos nauium curſus ignes emicarent. Hanc molem poſteà Seuerus Imperator in armamentarium conuertit: quod ipſum teſtatur lapis è ruinis extractus, Anno ſalutis cIↄ. Iↄ. xx. qui Hagam in ædes Waſſenariorum tranſlatus hanc inſcriptionem habet.

IMP. CÆS. L. SEPTIMVS SEVERVS
AVG. ET M. AVRELIVS ANTONINVS
CÆS. COH. XV. VOL. ARMAMENTA
RIVM VETVSTATE CONLAPSVM
RESTITVERVNT SVB VAL. PVDENTE
LEG. AV. PR. PR. CVRANTE CÆCIL.
BATONE PRÆ.

Repertus in iiſdem ruinis & alius lapis cum hac inſcriptione M. Aurel. Antonini Caracallæ.

bri TANNIC. GERMANIC. PIVS FELIX AVGVSTVS.
pont. m AX. TRIB. POT. XVIII. COS. IIII. P. P. IMP. III.
arVM A DIVO CLAVDIO ET POSTEA
a diuo SEVERO PATRE SVO RESTITVTAM.


aliorum

Aliorum lapidum inſcriptiones referre parum intereſt, quum ſint mutilæ. Teſſeræ verò & quadratæ pauimentorum tegulæ multæ inuentæ ſunt cum hac inſcriptione EX GER. INF. Vna etiam cum hac epigraphe, LEG. XXX. VITALIS. F. In quibuſdam legebatur BONONV. F. & in pateris nonnullis fictilibus MINV. EV. F. Clauis etiam ipſius armamentarij in ruinis reperta eſt Anno M. D. XX. ſeptenos pollices longa, & ponderoſa mole prægrauis. Æneum quoque ſigillum togatum, ſtylobatæ inſiſtens, & alterum Palladis galeatæ, dextrâ noctuam tenentis, leuâ vacuâ ſed elata, vt cōſtaret haſtam elapſam amiſſamque. Plura alia in tabella noſtra ſpectanda damus, quæ his inſerere non eſt opus. Ex eiuſdem Armamentarij ruinis iſtam epigraphem citat Gerardus Nouiomagus, GENS BATAVORVM AMICI ET FRATRES ROM. IMP. Armamētarium ipſum cuius ichnographiam repræſentamus ducenos quadragenos pedes quolibet latere complectitur. Turrium propugnacula in Rheni præterlabentis ripam videntur fuiſſe obuerſa. Extra arcem ripæ margines craſsioribus tabulis præſtructi erant, & palis per fiſtucas altius adactis præmuniti, ne ab vndis decurrentibus adederentur. Porrò *Valerius* ille *Pudens* qui in primo marmore *Legatus Auguſtalis* dicitur non tantum bellica ſed etiam litterarum laude clarus fuit. Teſtatur id inſcriptio apud Elquaſtum oppidum talis.

L. VALERIO L. P. PVDENTI. HIC CVM ESSET ANNOR. XIII. ROMÆ CERTAMINE IOVIS CAPITOLINI LVSTRO SEXTO OB CLARITATEM INGENII CORONATVS EST INTER POETAS LATINOS OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HOLLANDI Septentrionales Friſiorum ſedes colunt, non quidem Tranſrhenanorum, ſed eorum qui cis Rhenum Batauis erant proximi ex deſcriptione Pliniana. Vrbes hic ſunt, *Almeria, Enckhuyſa, Horna, & Medenblyckum.* ALMERIA, vel vt vulgus dicit Alcmaria, tribus milliaribus Horna abeſt, contigua ditioni Caninefatum: nomen habet à lacubus quibus vndique cingitur, ac ſi dicas *Al-meer.* Sunt qui opinentur Alcmariam dici oportere quaſi *a lec meer*, quod ſonat lacum ex variorum riuulorum confluentibus conſtantem: vt τὸ *a* articuli vicem obtineat, vt quum dicimus vetuſto Saxonum idiomate *a ringe* pro *een ring*: quod ipſum hodieque Anglis ita in vſu eſt. Fertur vrbs primum condita ab Agillo Radbodi filio; circa annum D. CC. XX. Non procul inde, paullum vltra mille paſſus VERONA fuit, ciuitas quondam opulenta & populoſa, exciſa poſteà, funditusque ſubuerſa à Ioanne Hannonio Comite, anno qui iſto hemiſtichio indicatur.

ECCe CadIt Mater FrIſIæ.

Eſt autem in templo pagi *Valckenogij* campanula ænea peruetuſta, quæ Veronæ ſe fuſam eſſe teſtatur: Anno M. CC. LXXX. qui annus eſt vigeſimus tertius ante eius deſtructionem, qualem alteram quoque Londini eſſe memorant. Vrbis Veronenſis potentiam oſtendunt piſcationis iura in lacubus, amnibuſque Rheni ac Moſæ, quæ poſt exciſam vrbem in Principis fiſcum fuere conuerſa; Sigillum fuit aquila cœlum reſpectans explicatis alis, cum gladio & inſcriptione hac, SIGILLVM CIVIVM DE VRONLEGEIST. Hodie eius ciuitatis ruinas teſtantur tumuli, & nomen agrorum *Vroonlant.* ENCHVSA dicta eſt ab ædium raritate, quaſi *Enckel huyſen.* Oppidum eſt elegans, natura loci munitum, in extremo terræ margine ad mare ſitum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

nobile nunc longinquis nauigationibus, & arte ſalem excoquendi. Horna à ſinuoſo & inſtar cornu inflexo portu nomen habet; exſtructa demum cIↃ.ccc. anno poſt Chriſtum natum, quum eò Dani ad mercatum cum bubulo pecore frequentes appellerent, qui mercatus adhuc ſolemnis eſt & anniuerſarius Euro flante ſub Aprilem menſem. Eſt autem nunc Horna totius Weſtfriſiæ amœniſsima: eam vna parte mare alluit, parte altera cingunt amœni agri, cum lætis paſcuis. Nobilitant vrbem porculi marini (*poſt* vocant) quorum gratiſsimus palato eſus: nobilitat & ſiſerum lætiſsimus prouentus: ſed præ cæteris nobilis eſt litterarum ſtudijs, & eruditione: cuius hic eſt tanta admiratio, vt vix in vlla alia Hollandiæ vrbe plures viros doctos & quidem ſingulariter inuenias: inter quos excelluit noſtra memoria Hadrianus Iunius Hornanus, qui ſuis ſcriptis Batauiam illuſtrauit. Medenblicvm municipium eſt maritimum, Horna duobus milliaribus diſtans, ſedes quondam regia Radbodi Friſij, illius qui baptiſma recepturus, mutata ſententia pedem alterum aquæ immerſum retraxit, quum ex Epiſcopo iam ad officium initiationis accincto intellexiſſet, maiores ſuos apud inferos torqueri, eo quod à Chriſtiana religione fuiſſent alieni, in quem non abſurdà apoſtrophe Poëta quidam Barbaro illo ſeculo ita ſcripſit.

O iocus, ô dirum, & tibi formidabile ſemper
Elogium, Radbode tuum, poſt triſtia fata.

Nomen oppido eſt a ſitu, medio enim lacu poſita quondam fuit, quaſi dicas Medio lacum.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ZIPA in Hollandia Boreali tractus eſt terrarum vndecim noſtratium iugerum millia ambitu complectens, à Pettemo & ſilua canina (*'t Hontſboſch*) orientem verſus, qui omnis tractus quum diu vadoſo mari & intercurſantibus modico alueo æſtuarijs deſertus iacuiſſet, primùm à Guilielmo Domino Scagenſi aggerum indagine cinctus eſt; vocatuſque *dae Nieuwe lant*, poſteà iterum à Nicolao Nicolaio diuini ingenij viro, fratre Ioannis Secundi iterum munitus eſt contra incurſantis Oceani impetum Anno M. D. LII. In eodem ſpatio ſalinas inſtituit Bucholdius. Itaque iam hominum cultura manſuefactus ager, ſalſugine partim imbribus percolata, partim ſole & ventis excocta, partim etiam foſsis & canalibus educta, magno cum fœnore ſemina cæperat admittere: quum anno M. D. LXX. fatalis rurſum calamitas terris inſedit, & quicquid immani ſumptu & ſummis laboribus hactenus effectum fuerat, id ſubitò perruptis tempeſtate aggeribus conſumtum, fluctibuſque obrutum fuit, cum magna iactura hominum, iumentorum, pecorum, ædiumque plurimarum, aliquot iam locis exſtructarum. Et quamuis irreparabile damnum videretur, multique deſperarent de illius loci reſtitutione: tamen optimatum aliquot opera, Ordinumque Hollandiæ prudentia & cura tentata eſt noua obuallatio: quæ nunc quidem temporis eo perducta eſt, vt res extra diſcrimen poſita deinceps videatur, ſpeſque adeò certa ſit, facile poſſe aggeres tempeſtatibus reſiſtere. Fundus alias (quantum iam ex aliquot annorum meſſe conijci poteſt) fertilitate vix vlli Hollandiæ parti concedit, niſi vbi arenis omnia obſita ſunt: Porro experientia certiſsima compertum eſt, molibus iſtis non tantum Zipam conſeruari, ſed etiam vniuerſam Hollandiam, quum ſilua illa canina earum beneficio minus Oceani fluctibus tundatur: vt in poſterum interiorum aggerum præſidio (qui quia ſecuritatem Hollandiæ adferunt, à dormiendo nomen habent *die Slapers*) non videatur tanto-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

79



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

pere opus eſſe. Moles illæ ex ſabulo adgeſto conſtant, depactis per interualla iuncis ad quos adactæ Cauri flæbris arenæ ſiſtuntur, & nulla alia humana ope in ſummam altitudinem totum illum aggerem paulatim extollunt. Mirabili inuento, eoque magis ſtupendo, quod ſine impenſa vlla maximæ impenſæ euitantur. Anteà enim flante Cauro ſi mare adflueret, videre erat omnia contecta ſalſis Neptuni vndis; ſi reflueret, arenis. Nunc oppoſito tam ingenti munimento, tutò ager colitur, ſtruuntur vbi id locorum permittit opportunitas, ædificia, villæque ruſticæ: omnia vel pratis, vel aruis, vel ſegete rident, ordine ad vſum cultumque aptato. Paucis ibi molis ad aquas educendas opus eſt, propter ſoli altitudinem. Sed & Chomarchi, quorum vigili curâ loca illa ante hac defendebantur, vix habent deinceps quod de irruptione maris aquarumque inundatione ſint ſolliciti; quippe quum coloni his locis tutius degant, quam in multis alijs Bataviæ locis, vbi ipſis quotannis præſcribitur, quantum ad moles illas aggererendum ſit, in quam altitudinem omnia reuocanda; quanta imi pedis, quanta ſupremi aggeris latitudo eſſe debeat; vbi poſtquam hæc mandata ſunt, operas ipſos exigere à ſingulis neceſſe eſt, & rebelles aut negligentiores mulctis onerare: præclaro inſtituto, multiſque ad reī tantæ conſeruationem priuilegijs conceſsis. Sed de Zipa iſta ſufficiant.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

80

DESCRIPTIO VEROMANDVORVM IN GALL. BELG.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HVNC tractum quem olim VEROMANDVI inhabitarũt, hodie adhuc retento antiquo nomine vocant Galli *Vermandois*. Regio eſt Arcibus, Pagis, Oppidis egregiè exculta, totiuſque Picardiæ propugnaculum. Caput eius eſt Fanum *S. Quintini*, cui nomen dedit Quintinus Patritius Romanus, qui imperante Diocletiano Veromanduos Chriſti fide imbuit. Hic olim ſita fuit *Augusta Veromanduorum*, nunc planè diruta, cuius in reliquijs & luderibus exſtructum eſt Cœnobium quod indigenæ vocant *Vermand Abaye*. Sedes hic quondã Epiſcopalis fuit, quæ Merdardo Antiſtite *Nouiodurum* eſt tranſlata; quemadmodum id teſtatur Carolus Bouillus. Non eſt igitur S. Quintini Fanum Auguſta Veromanduorum. Duo autem nobiles fluuij in hoc tractu fontes ſuos habent, Soma & Schaldis. Soma quibuſdam Somona, alijs Sabus & Samara dicitur, crediturque nomen dediſſe Samaraco vel Samarobrinæ vrbi. Caput eius eſt in colle iuxta vrbem *Beauuoys*, SCALDIS quem Ptolemæus vocat Ταβȣδα hic etiam ortus, celebres aliquot vrbes præterlabitur, *Cameracum*, *Valencenas*, *S. Amandum*, *Tornacum*, *Oudenardam*, *Gandauum*, *Denremondam*, *Rupelmondam*, *Antuerpiam*: flumina aliquot ipſe recipit, *Scarpam*, ad S. Amandum: *Leyam* & *Lieuam*, Gandaui: *Deneram*, ad Denremondam; *Rupelam*, ad Rupelmondam: quibus variè auctus, duobus oſtijs iuxta Zelandiam ſeſe in Oceanum Germanicum exonerat. Compræhendit autem ſub ſe Comitatus iſte Sueſſones quorum vrbs *Soiſſons*: Agrum Laudunenſem, qui *Laonnois* dicitur: Tartenorum ditionem, *Le Tartenois* in quo oppidum *La Fere*, cum Nouiomago quod nunc vocant *Noyon*, & Fano S. Quintini, quod quidam putant eſſe ipſam Auguſtam Veromanduorum.

KB Den Haag

81



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HANNONIA Neruiorum olim ſedes fuit, quorum caput hodie dicitur Tornacum, quod Ptolemæus *Βάγανον* vocat. Sæpius hæc regio mutauit nomen; initio dicta eſt Pannonia, poſteà Saltus Carbonarius, inde inferior Picardia, poſtremum Hannonia, vernaculè *Hainault* vel *Henegouw* à fluuio *Haine* ſiue *Hene* & antiqua voce Germanica *gow*, quæ vt in Germania dicemus regionē vel pagum ſignificat. Habet à Septentrione Brabantiam & Flandriam, ab Auſtro Campaniam & Picardiam, ab Ortu Namurcenſes & Leodienſes, ab Occaſu Scaldim cum Flandriæ & Arteſiæ parte. Longa eſt vniuerſa regio XX. mill. Lata XVI. Aërem habet ſuauem & ſerenum, agrum fertilem, varijſque fluminibus irriguum, Scaldi, Sambra, Tenera, atque alijs. Siluas habet & nemora admodum iucunda: præcipua verò ſunt *Mormault* & *S. Amandi*. Abundat etiam lacubus, ſtagnis, fontibus, pratis, paſcuis, ſegete, pomarijs, alijſque ad vitæ vſum rebus neceſſarijs. Habet & metalla ferri optimi, & plumbi: prætereà lapicidinas variorum marmorum, atq; etiam duri ſilicis quem Ouidius indicem vocat: & λιθανθεάκων. Vrbes in Hannonia foſſa valloque munitæ ſunt XXIV. *Mons*, *Valenciennes*, *Bouchain*, *Queſnoy*, *Condé*, *Landreſy*, *Aueſnes*, *Chimay*, *Marienbourch*, *Philippe ville*, *Beaumont*, *Maubeuge*, *Bauais*, *Bins*, *Reux*, *Soigny*, *Braine le comte*, *Engien*, *Halle*, *Leſſine*, *Cheure*, *Aiz*, *S. Guiſlien*, & *Leuze*. Pagi CM. L. quorum plerique omnes pulcri, amœni, opulenti. Principatus hic vnus eſt *Chimay*. Comitatus decem, Baronatus XXII. Abbatiæ XXVI. Pares XII. Vnus Mareſchallus: vnus Senechallus; vnus magnus venator: ſunt & aliæ dignitates, quas omnes referre nimis prolixum foret. MONS vrbs eſt primaria, à ſitu nomen habens: munitur triplici foſſa, & muro valido. Fontes in ea viui permulti: opes amplæ, ex mercimonijs, opificijs, agricultura, & Canonicatu

nicatu nobilium virginum S. Waltrudæ. Valencena, ſeu, vt quidam volunt, Valentiniana ab eius nominis Imperatore, vt autor eſt Sigebertus Gemblacenſis, (qui etiam refert Anno D.CC. LXXI. Carolum magnum Imperatorem eo loco totius Galliæ comitia celebraſſe) ad Scaldim ſita eſt, planitie peramœna, eoque tuta ab hoſte. In ea eſt Armamentarium ad belli vſus inſtructiſsimum. Templa duo, vnum ſacrum B. Virgini, ſtructura antiqua, cuius columnæ ex marmore & lapide porphyretico: alterum B. Ioannis, recentius, opus Pepini, qui pater Caroli Magni fuit: Cœnobia plura: vnum præ cæteris nobile Franciſcanorum, quo Comites Hannoniæ & Domini Valencenæ ſeorſum ſepeliuntur. Curia ampliſsima cum horologio celeberrimo, opus Gulielmi Boni Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ; Porrò Reſpublica hæc tanta prudentia conſtituta, & tam bonis legibus ornata eſt, vt Noribergenſes ad eius exemplum celeberrimam ſuam Remp. voluerint componere, miſsis ad hanc rem aliquot viris prudentibus, quod & Romanos feciſſe accepimus in Rep. Athenienſi. Proinde non eſt mirum ſi ex tam præclara Politia orti fuerint ciues per vniuerſum orbem virtute celebres; Inter quos primas ferunt, Henricus VII. Imperator, Dux Lutzenburgicus: Maria filia vnica & hæres Caroli Audacis, auia Caroli V. Ioannes Froiſardus, hiſtoricus nobiliſsimus, qui etiam hoc ipſum initio ſui operis teſtatus eſt. Porrò hæc Reſp. initio Comitatenſis fuit: habuitque Comitem ſuum proprium & ſingularem, quorum vltimus Garnerius, qui eam vendidit Reinero Comiti Hannonienſi, & Lamberto Comiti Louanienſi fratribus. Anno CM. LXXIII. Lambertus improlis obijt. Reineri filia Richildis nupſit Comiti Flandriæ Balduino, paruitque ex eo Valencena Flandriæ: non tamen vt pars, ſed vt diſparata Reſpublica, proprias habens leges & conſuetudines. Poſtremum ad Duces Burgundiæ & domum Auſtriacam deuolutum eſt ius Dominij. Vno milliari à Valence-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Valencena, eſt Abbatia *Vicoigne* refertiſsima optimorum & antiquiſsimorum librorum. BOVCHAIN municipium eſt ſitum ad ripam Scaldis Fl. inter Cameracum & Valencenas, exſtructum à Pepino in memoriam nobilis victoriæ quam hoc loco retulit ab exercitu Theodorici Gothorum regis, ac proinde hanc voluit eſſe Metropolim Comitatus Oſteruand, qui ab Oſtrogothis nomen habet. Porrò hic Comitatus olim erat primogeniti filij Comitis Hannoniæ. Idem aliquando fuit ſub familia Zelandica Borſaliorum: nam quum Franco de Borſalia vxorem duceret Iacobam Comitiſſam Hollandiæ, Philippus bonus Franconi, quem retuli, hunc Comitatum adſignauit. QVESNOI oppidulum eſt, tertio lapide à Valencena, mercimonijs nobilitatum. CONDE ſiue Candatum ad Scaldim ſitum. LANDRECY ad Sambram, celebre obſidione Caroli V. Anni M.D.XLIII. qui tamen eo per vim potitus non eſt; AVESNES ad fluuium Hepram. CHIMAY vrbs eſt ad Fl. Blancam, in media ſilua: Palatium habet principale, cum horto & Labyrintho ſingularis artificij. MARIÆBVRGVM nomen habet à Maria Regina Hungariæ, quæ iuſſu fratris Imperatoris hanc vrbem prima exſtruxit, paulò poſtquam Martinus Roſſemius, & Dominus de *Longueual* cum exercitu Gallico profecti eſſent ad obſidendum Lutzenburgum, Anno M.D.XLII. ſita eſt inter Blancam & Neram, natura, arteque munitiſsima. Capta tamen à Gallis Anno M.D.LIV. quo tempore Philippus ad excurſiones Gallorum cohibendas aliam vrbem exſtruxit ſeſquimiliari à Mariæburgo, dixitque eam à ſuo nomine PHILIPPOLIN, *Philippeuille*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

82



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

NAMVRCI Comitatus ſitus eſt inter Brabantiam, Hannoniam, & Leodienſem Diœceſim: exiguo territorio & montoſo, ſed paramœno. Incolas habet frequentiſsimos, benè moratos, & fideles: arte etiam militari probè exornatos. Aërem ſalubrem, temperatum, Flumina piſcoſa; inter quæ primas obtinent Moſa & Sambra, Fontes viuos & largos, Siluas non tantum ad delectationem, verum etiam ad venationem aptiſsimas, feris refertiſsimas. Habet & ferri plumbique fodinas, & latomias, in quibus varij generis ſaxa exſcinduntur, atque imprimis marmora ſubnigra, & quæ iaſpidem referunt. Neque ita pridem cœperunt effodi ſaxa illa ad ignem idonea (Lithantracas nominare poſſumus) de quibus diximus in tabulæ præcedentis deſcriptione. Vrbes in hoc Comitatu muro cincta ſunt quatuor, *Namurcum*, *Bouinæ*, *Carlomontium*, & *Valencourtium*. Pagi C. LXXXII. Abbatiæ quamplurimæ. Reip. adminiſtratio eſt penes Eccleſiaſticos, Nobilitatem, & vrbium capita, qui ſtatus eſt optimatium. NAMVRCVM vrbs eſt primaria, cuius nomen vnde ductum ſit ignoratur: alij putant à Nauo Deo gentili, qui quum anteà oracula fundere ſolitus eſſet, ſub aduentum Chriſti Saluatoris obmutuit. Ergò à Nauo muto Namurcum: alij à nouo muro illic Romanorum opera exſtructo. Vrbs ſita eſt inter duos montes, in læua Moſæ ripa, qua Sambram recipit. Diſtat octo mill. Louanio, decem Leodio, & totidem Bruxellis. Diues eſt, & ſplendida publicis priuatiſque ædificijs, arce etiam inſtructiſsimâ benè munita. In hac vrbe ſedes eſt conſilij Regij, à quo appellatio eſt ad Curiam Mechlinienſem. Eſt & ſedes Epiſcopi, cuius templum Cathedrale ſacrum eſt S. Albino. Ciues armis adſueti ſunt: Gallicus ijs ſermo, ſed corruptus, mercatores & opifices pauci: nobilium magna turba: ſed qui nothi ſint illuſtriũ Principum, vel è nothis oriundi. Tertio milliari à Namurco, diues eſt pagus Audennas, in quo vetutiſsimum Collegium, Canonica-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



ORIENS
OCCIDENS
SEPTENTRIO
MERIDIES
IULIÆ DUCAT. PARS
Duc. Limburgen ſis Pars
LUTZENBU. DUCAT. PARS
Leodienſis Dioeceſis
Bra ban tiæ Pars
Pars Nam urci
Milliaria Germanica com.
Waſſenberg
Gangelt
Aken
Limbourg
Henſberg
Ruremonde
Valckenborch
Weſet
Spa
Vrapont
Ourt
Hoffalize
Baſtoigne
La Roche
Durbuy
Ourt flu
Maeſeyck
Stochem
Weert
Maeſtricht
Liege
Screy
Clermont
Huy
Marche en famine
Rochfort
Boullon
Aſch
Leers
Fontin
Brey
Tongeren
Oerle
Herion
Chimey
Ghavemont
Peer
Helelteren
Haſselt
Herck
Borchworm
Beringen
S. Truyen
Namur
Dieſt
Leewe
Landen
Hanuyt
Dinant
Sichenen
Tienen
Judoigne
Bouines
Charlemont
Mouſe flu
Genblou
Foſſe
Mariebourg
Fontaines
Toyn

Canonicarum nobilium feminarum, exſtructum inſtitutumque à Begga filia Pepini veteris, à qua primum creduntur dictæ Veſtales *Beggiuæ*. Ex hac Begga Pepini poſteriores, Carolus Martellus & Carolus Magnus originem ſuam traxere. Quarto milliari à Namurco ſunt BOVINÆ, oppidum exiguum, quod bellorum iniurijs iam aliquoties vaſtatum, poſtremum verò ab Henrico ſecundo Galliæ rege Anno M. D. LIV. magna parte deſtructum eſt. Id ex eo tempore ciuiũ induſtria reſtitui & reſtaurari cœpit. CARLOMONTIUM exſtructum eſt à Carolo V. Anno M. D. LV. aduerſus Gallos, qui tunc Marienburgo potiebantur. Porrò ditio iſta omnis initio Dominum habuit titulo Marchionis; poſteà titulum ſæpius mutauit. Marchio fuit Philippus frater Balduini Comitis Flandriæ. Anno. M. CC. Comes fuit Theodorus: cuius obitu tota ditio ceſſit Philippo bono Burgundiæ Duci, quemadmodum in Germaniæ inferioris deſcriptione à nobis explicatum eſt.

DESCRIPT. LEODIENSIS DIOECES. IN GALL. BELG.

LEODIENSIS Epiſcopatus vulgò *L'eueſché du Liege* hos habet fines: à Septentrione & Occaſu Brabantiam, ab Ortu partem Moſæ, cum Ducatu Limburgenſi, ad Auſtrum Ducatum Luxemburgicum. Coluerunt hunc tractum antiquitus *Eburones*, *Tungri*, *Centrones & Ceſerini*. Sunt autem in hoc Leodienſi Epiſcopatu Ducatus *Bouillionenſis*, Comitatus *Lotenſis & Haſbaniæ*, cuius primaria vrbs eſt *Borchworm*, præter Baronatus, & Abbatias quinquaginta. Aër hic purgatus & ſalubris, ager amœnus, fertilis, omnibus rebus adfluens. Habet & ferri & plumbi

& plumbi, atque etiam auri optimi fodinas, ſed auri parciores. Sunt etiam in montibus lapicidinæ alabaſtri, & marmoris varij: Sunt & ſaxa grandia, foſsilia, ad ignem idonea, quæ ſummo labore & non niſi cum grandi vitæ diſcrimine ex altis montibus, atque etiam ſub ipſo Moſæ alueo magnis cauernis excauato petuntur, atque in Prouincias noſtras nauibus deferuntur, pretio in ſingulos annos excedente ſummam centies mille ducatorum. Hunc lapidem vulgo vocant carbonem Leodienſem *Charbon du Liege:* Is vbi ſemel ignem concipit, paulatim accenditur, oleo reſtinguitur, aquâ vires concipit: Calor ei vehementiſsimus: quo fit vt Leodienſes tria ſibi præ alijs gentibus arrogent, panem pane meliorem: ferrum, ferro durius; ignem igne calidiorem. Vſum huius ſaxi repertum primum aſſerunt, Anno M. C X C V I I I, à quodam peregrino, qui fabro cuidam ferrario eum commonſtrauit. nos haud ineptè, vt arbitror, poſſumus vocare lithranthracas. Ioannes de Mandeuille Anglus, doctor medicinæ celeberrimus poſt multas & difficillimas peregrinationes per terrarum orbem ſuſceptas, negat ſe vllum locum offendiſſe qui magis Leodienſi tractu placeret, propter ſalubritatem loci, amœnitatem, libertatem, elegantiam, atque alias delitias; itaque regionem iſtam communi prouerbio vocant *Paradiſum Sacerdotum*. Vrbes in hoc tractu præcipuæ ſunt quatuor & viginti, *Leodium*, *Bulionium*, *Francimontium*, *Loots*, *BorchWorm*, *Tungri*, *Hoium*, *Haſſelt*, *Dinantum*, *Maſeicum*, *Stochum*, *Bilſenum*, *S. Trudonis*, *Viſerum*, *Tuinum*, *Varenum*, *Beringum*, *Herc*, *Bree*, *Pera*, *Hamontium*, *Sineium*, *Feßa* & *Louinum*. Harum omnium Metropolis eſt L E O D I V M in Eburonibus, vbi quondam duce Ambiorige indigenæ per inſidias obruerunt Cottam & Sabinum, interfecta Legione vna Romanorum, cum quinque cohortibus, quemadmodum id C. Cæſar libro V. Commentariorum ſuorum de Bello Gallico prolixè refert. Ab huius Legionis internecione putauit Hubertus Thomas nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

men vrbi datum Legio, ipſi enim indigenæ vocant *Liege*. Alij exiſtimant nomen habere à riuulo *Legie* qui tertio ad vrbe milliari ortus, intra vrbem Moſæ commiſcetur. Alij vrbem arbitrantur eſſe nouitiam, conditam a S. Huberto Aquitano: cuius ſententiæ error manifeſtiſſimè ex monumentorum quorundam & ſtructurarum antiquitate conuincitur. Præter Moſam & Legionem influunt in vrbem alia aliquot flumina, *Vtes*, *Veſes*, *Ambluar*, orti ex ſylua Arduenna. Sunt & fontes illimes & pellucidi tam frequentes, vt multæ priuatorum domus binos aut ternos habeant. Vrbs ipſa laxa eſt monteſque & valles aliquot complectitur; Ambitus eius eſt quatuor Italicorum milliarum. Ædificia ampla, ac præ cæteris ſuperbum eſt & magnificum Palatium Epiſcopi, exſtructum à Cardinali Erardo Epiſcopo Leodienſi. Publicis verò templorum ſtructuris, ſiue numerum Eccleſiarum ſpectes, ſiue elegantiam, ſplendorem, diuitias, omnes ſuperat non modò Galliæ ſed etiam Germaniæ vtriuſque ciuitates. Octo in ea ſunt templa Collegiata, in quibus diuites admodum Canonici: Splendidiſſimum verò eſt Templum S. Lamberti, qui tutelæ præeſt ciuitatis, Templum hoc Cathedrale eſt: cuius Epiſcopus totius ditionis & Diœceſios Princeps, Canonici Conſiliarij: ſed ad Canonicatum nemo admittitur, qui non ſit aut nobili prognatus ſtemmate, aut alioqui Doctor vel Licentiatus: licetque Canonico (niſi in Sacerdotum numerum fuerit cooptatus) reſignare beneficium, vxorem ducere, & aliud quoduis vitæ genus ſuſcipere. In hoc templo multa admodum ſunt vaſa magni pretij, multa ornamenta aurea argenteaque: inter alia, ſtatua eſt S. Georgij ex puro auro, quam Carolus Burgundiæ Dux conſecrauit. Sunt & quatuor Abbatiæ perquam opulentæ, & Bibliothecis inſtructiſſimis exornatæ. Parœciæ intra vrbem ſunt XXXII. cum Eccleſijs totidem. Atque ex his apparet, non immeritò à Petrarcha olim ſcriptum, *Vidi Leodium, inſignem clero locum*.

Sermo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Sermo ciuibus Gallicus: ſed qui ob vicinitatem & commercia Germanorum, & Belgarum eſt deprauatiſsimus. Vrbs ipſa eſt Imperialis, non alio tamen vinculo, quam quod Imperatori arma in Turcam mouenti, teneatur milites aliquot ſuppeditare, vel pro illis adnumerare ſtipendium quo alij adſcribi poſsint. Epiſcopus ius habet titulumque Principis; tanta tamen libertate & tot priuilegijs conceſsis ciuitati, vt penè libera videri poſsit. Habet enim ſuos Conſules, Scabinos, Magiſtratum. Studia hic olim magno in honore fuere, adeò vt obſeruatum ſit, vno eodemque tempore Leodij nouem Regum filios, vigintiquatuor Ducum, vigintinouem Comitum, litteris artibuſque humanioribus operam nauaſſe, præter Baronum & aliorum illuſtrium virorum liberos, qui plerique omnes Canonici erant Templi S. Lamberti. Hanc vrbem Carolus Dux Burgundiæ Epiſcopo affini ſuo opem ferens aduerſus ciues, obſidione cinxit, cepit, & totam vaſtauit, quam hiſtoriam prolixè deſcribit Philippus Comineus libr. II. cap. 13. & 14. ſuæ hiſtoriæ. BVILLONVM Caſtellum eſt quarto ab *Juoy* milliari, decimoſexto à Leodio, in montis vertice mirabili artificio exſtructum: ſedes eſt Ducum Buillonenſium. Ab hac nomen habuit Godefredus Dux Lotharingiæ, qui Anno M. XCVI. in Conſilio generali celebrato Claremontij in Aruernia, vnà cum fratribus Euſtatio & Balduino ſacram militiam ſuſcepit aduerſus infideles, pro recuperanda Terrâ ſanctâ. Quo tempore Illuſtris & verè generoſus heros vt eſſet ad militiam illam expeditior Sperto Epiſcopo Leodienſi Ducatum illum vendidit, maiore gloriâ vendentis quã ementis. Huius virtute Anno M. IC. capta ſunt à Chriſtianis Hieroſolyma. Quumque ab exercitu ob præclara merita regnum Hieroſolymitanum cum corona ei offerretur, negauit (en Principis Chriſtiani pectus) ſe auream coronam aut regium titulum eo loco ſuſcepturum, in quo Seruator humani generis coronam ſpineam tuliſſet. FRANCIMONTIVM olim oppidum fuit muro clauſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

clauſum, nunc muris diſiectis patet: in eo Cardinalis Erardus, quem antea retuli, munimentum exſtruxit. Abeſt à Leodio quatuor milliaribus, eſtque titulo Marchionatus inſignitum. TVINI (pagus hic eſt Francimontio proximus) metalla ſunt plumbi optima, & in montibus vicinis lapicidinæ marmoreæ. TVNGRI tribus millibus abſunt à Traiecto Moſæ, (*Maeſtricht*) totidem à Leodio: ciuitas eorum *Tongren* hodieque appellatur, ſita ad fluuium *Iecher*, nomen habet à Tungris Germaniæ populis, qui relicta patria primi Rhenum traiecerunt, & has ſibi delegerunt ſedes. Vrbs eſt omnium Brabantiæ ciuitatum antiquiſsima. Eius incolæ à S. Materno Patauino primum ſemina Chriſtianæ fidei acceperunt: fuitq; is primus eius loci Epiſcopus, Anno C. XXXVIII. teſte Ioanne Placentino. Sed quum Hunni duce Attila in Germaniam irrupiſsent, & ciuitatem iſtam vna cum alijs oppidis vaſtaſſent, tranlatus eſt Epiſcopatus iſte Traiectum ad Moſam à S. Seruatio. Deinde Anno D.CC.XIII. idem Epiſcopatus Traiecto tranſlatus eſt Leodium, a S. Huberto. Ab hac vrbe Tungrorum vſque Lutetiam Pariſiorum iter eſt milliarium Italicorum ducentorum: quod totum iter lapide conſtratum fuit, exſtantibus etiam nunc eius viæ reliquijs manifeſtiſsimis. Argumentum ſummæ antiquitatis eſt templum Herculis intra vrbem, cuius ſtatua ante portam etiam hodie conſpici poteſt. Hoc loco fons fertur fuiſſe, de quo C. Plinius lib. XXXI. cap. II. *Tungri ciuitas Galliæ, fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus intelligitur: Purgat hic corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumque vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit, ac poſtremum rubeſcit.* Ac de hoc fonte litigant inter ſe viri docti. Alij contendunt eſſe adhuc intra vrbem: alij (quibus adſentitur accuratiſsimus ſcriptor & qui huius rei fidem ſingulari cura experiri voluit Ludouicus Guicciardinus) extra eam, ſeſquimilliari a Limburgo, quinque milliaribus a Leodio, octo a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Tungris, iuxta *Spa* vicum, in nemore quodam amœno & iucundo, parte ſiluæ Arduennæ. Huius fontis mirabilis eſt efficacia in morbis deſperatiſsimis, phthiſi, hydrope, febribus, atq; alijs. Porrò Tungrorum meminit etiam Plinius libro I I. & præter eum Strabo, Tacitus, Iulius Capitolinus: eorumdem quoque memoria exſtat in locis quibuſdam Germaniæ, Brabantiæ, Namurci: nam *Tongrenheim* iuxta Coloniam eſt: *Tongerloo* in Brabantia: *Tongrin* in tractu Namurcenſi. H o i v m *Hoey* habet appellationem à riuulo impetuoſiſsimo qui hoc loco in Moſam præceps fluit, diſtat à Leodio quinque mill. Quarto milliari à Leodio ad Demerum oppidulum eſt B i l s e n, & extra illud pagus *Munſterbilſen*, in quo Abbatia nobilium virginum, quæ Monocerotis cornu integrum longum pedes ſex cum dimidio adſeruari dicitur, donum filiæ cuiuſdam Ducis Britanniæ. Tertio miliari à Tungris vrbs eſt S. Trudonis, *Centronum* vt quidam arbitrantur ſedes, quorum frequens apud Iulium Cæſarem mentio. Vno milliari à Leodio pagus eſt Ebure, qui *Eburonum* caput fuiſſe creditur. Carolus audax Anno M. C C C C L X V I I I. Epiſcopum Leodienſem affinem ſuum contra ciues rebellantes adiuturus, tanta vrbem clade adfecit, vt inaudito exemplo quadraginta virorum millia trucidari, duodecim millia mulierum aquis mergi iuſſerit. Colligatæ aduerſis corporibus proijciebantur in præterfluentem Moſam: Flamma ædificijs inijciebatur, Templa violabantur: non ordini, non ſexui, non ætati parcebatur. Quæ res Carolum in tantam inuidiam pertraxit, vt intra decennium excuſſum bonis & vita ipſa orbatum, pauci defleuerint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

LOTHARINGIA ab Ortu Alſatia terminatur, ab Auſtro finibus Burgundiæ; ab Occidente Campania, & montibus Heluetijs, à Septentrione verò habet montes ſyluaſque, à Lutzenburgenſi ducatu Flandriam verſus ſpectantes, continetque veteres *Mediomatricum* & *Leucorum* ſedes. Nomen eſt à Lothario nepote Caroli Magni, nam antea Auſtraſia dicebatur. Carolus enim Magnus Francis pariter & Germanis quum imperaſſet, coniunctum imperiū poſteris reliquit, qui ad Ottonem vſq; vtriq; præfuerunt. Otto deficiente ex poſteris nepotibuſq; Caroli Magni ſtirpe maſcula, ex Saxoniæ Duce factus Romanorum Imperator, Lotharingiam & Burgundiam traxit ad Imperium, quod & Otto ſecundus ita cōfirmauit, vt quum Carolo Lotharij Francorum regis fratri Lotharingiam conceſsiſſet, magnam eius partem Agrippinenſium & Leodienſium Eccleſiæ attribuerit: Antuerpiam etiā Marchionatum Imperij eſſe iuſſerit, nam antea Lotharingiæ Brabantia vniuerſa adiuncta fuerat: Poſt *Carolum* fuere iſti, *Otto*, (cuius tempore Lotharingia ſeparata eſt ab Alſatia) *Gotfridus de Ardenna, Gotfridus* II. *Gotfridus* III. *Gibboſus*, Quo defuncto Henricus quartus Imperator Ducatū Lotharingiæ tradidit filio ſuo *Conrado*: qui tamen haud multo poſt reſtitutus eſt familiæ priori, ceſsitque *Gotfrido* IV. qui Rex fuit Hieroſolymorū. Huic ſucceſsit *Balduinus*, *Balduino Euſtathius*. Poſtea tradidit Henricus quintus Cæſar Ducatum *Guilielmo* Comiti *Louanienſi*, quem ſequutus eſt *Theodoricus*: hunc *Theobaldus*, Theobaldum *Fridericus*, ſub quo tota Brabantia ſeparata fuit à Lotharingia. Habuit igitur antea Lotharingia ditionem ampliſsimam, omnem ſcilicet regionem quæ Rheno Scaldi & Vogeſo monte continetur, diuidebaturq; in ſuperiorem & inferiorem. Inferior habebat Brabantiam, Haſbaniam, Geldriam, & Cliuiam: ſuperior Epiſcopatum Leodienſem, Lutzenburgum & Limburgum: Ducatum præterea Moſellanum, Palatinatum Surenſem, tractum Obrinacum, & regionem illam omnem,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

84



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quæ hodie ſingulari titulo Lotharingia appellatur. Eſt autem regio iſta pecore adfluens, frumento & vino fœcundiſsima; neq; deſtituitur piſcinis, ſiluis, thermis, ſale, ferro, plumbo, ſtanno, argento, gemmis, Chalcedonio. Fluuijs eſt irrigua; horum præcipui ſunt, Moſa, Moſella, Murtha & Sar. MOSA in Alſatia à radicibus montis Voſagi vel Vogeſi (Ptolemæo eſt Iuraſſus) oritur, à quo potior Lotharingiæ pars Voſagia appellatur: præterfluit hic fines Nouicaſtri *Neufchaſteau* (vrbs eſt tum loci amœnitate, tum aëris ſalubritate admodum celebrata) Lotharingiam hac parte à Barrenſi ducatu diſtinguens. Poſteà per Leodienſem tractum ſeſe effundens, circa Gorcomium Hollandorum recipit Vahalim, circa Dordrechtum Leccam & Iſulam: denique Rotterodamum & Vlaerdingam pręterlapſus nobili oſtio circa Brielam in Oceanum exoneratur. *Moſella* inter Ortum & meridiem haud procul à monte Romerico oritur, in quo cœnobium nobilium virginum ampliſsimos quotannis reditus habens: atque hinc præcipiti impetu *Spinallum*, *Chermas*, *Leucam*, & Mediomatices (*Mets*) prælabitur; inde *Auguſtam Treuirorum*, ac tandem ad *Confluentiam* Rheno mergitur: fluuius piſcoſus, purus, illimis. De hoc Auſonius,

Te fontes viuique lacus, te cærula noſcent
Flumina; te veteres pagorum gloria, luci:
Te Druna, te ſparſis incerta Druentia ripis,
Alpinique colent fluuij, duplicemque per vrbem
Qui meat, & dextræ Rhodanus dat nomina ripæ.
Te ſtagnis ego cæruleis, magnumque ſonoris
Amnibus, æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Murtha in valle erumpit Deodatenſi, in qua & Godleberti fons eſt, ad complures morbos

 ſanan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſanandos naturæ beneficio efficax. Hinc ipſam vrbem Deodatenſem præterfluit; poſtea munitiſſimas arces & ad omnem belli impetum inſtructiſſimas Rauonum & Luneuillam, tum Nanceium; atq; ita tandem Moſellæ miſcetur. In Vogeſi montis valle fontes conſpiciuntur tanta gemmarum baccarumq; copia abundantes, vt in tota Germania nullæ ijs frequentiori in vſu ſint, hæ ab vnionum gemmarumq; mercatoribus longè præferuntur Indicis atque Orientalibus. Lazuli etiam lapis quidam quem Azurum vocant, nitore & coloris vi omnes ferè gemmas exſuperans. Refert etiam Ortelius, vidiſſe ſe apud præfectum Dolenſem Chalcedonium Lotharingicum tantæ magnitudinis, vt ex eo poculum torno excauatum fuerit. Eſt & lacus in Lotharingia cuius ambitus eſt quatuordecim milliarium, in quo carpiones ſunt inſolitæ magnitudinis, trium videlicet pedum; ſaporis verò adeo grati, vt aliarum regionum carpiones ſuauitate multò ſuperent. Ex huius lacus piſcatione tertio quoque anno Dux Lotharingiæ ſedecim percipit Francorum millia. MEDIOMATRICVM vetus vrbs fuit Diuodurum, quod hodie vocamus *Metz*. LEVCORVM ſunt Tullum & Naſium. Hoc nunc oppidum eſt in media Lotharingia vallo & foſſa munitiſsimũ, celebratum iam à multis annis clade Burgundica. vulgò Nanceium vocant. Hiſtoria hæc eſt. Anno M. CCC. LXXIV. ortum eſt bellum inter Carolum Audacem Burgundiæ Ducem & Heluetios, partim quod hi in Petri ab Hagenbach mortẽ conſenſiſſent; partim quod ijſdem Sigiſmundus Imperator vſus eſſet in recuperandis Alſatiæ & Suggoiæ prouincijs, quas Carolus tenere nitebatur. Quum igitur ſuſcepta expeditione in Heluetios iter faceret per Lotharingiam, Nanceium oppugnauit, cepitque: inde per ſuperiorem Burgundiam in Sabaudiam venit; occupauit ibi propè Granſen duas arces, Germanoſque omnes præſidiarios (erant autem quingenti) ex arboribus ſuſpendi iuſsit. Heluetij repetentes res ſuas, commiſſo prælio Burgundos vincunt, Carolumque

lumque caſtris pellunt: præda fuit trigeſies centum millium coronatorum. Carolus reſtaurato exercitu inſtituit Murſam obſidere, oppidum ditionis Bernatium. Heluetij adiuncto ſibi Renato Lotharingiæ Duce, cui Nanceium ereptum fuerat à Burgundo, Carolum vincunt fugantque. Occubuerunt eo prælio ex Caroli exercitu ſeptendecim hominum millia. Tertiò igitur belli aleam tentaturus, Nanceium, quod intereà Renatus Lotharingiæ Dux expugnauerat, media hyeme obſedit. Sed Renatus, ciuibus ſuis opem laturus cum Heluetijs, Gallis, Germaniſq; , impetu in Carolum facto, Burgundos pellit; Fugientes partim occiſi, partim capti, partim aquis abſumpti ſunt. Nox prælium diremit. Ipſe Carolus quum fuga ſalutem quæreret, lapſus equo, tribus vulneribus eſt interfectus, non ſine graui ſuſpicione proditionis ab Italo quodam Comite Campobaſſo inſtitutæ, qui dexterum cornu ſibi commiſſum deſerens, defecit ad Renatum cum quadringentis Italis, ſeq; Germanis iunxit: quod facinus vſq; adeò Germanis diſplicuit, vt negauerint ſibi vllum cum proditoribus militiæ ius eſſe poſſe. Cadauer Caroli niuibus tectum deſideratum aliquandiu fuit: ſparſi etiam rumores varij, alijs eum captum abductumq; ad Galliæ regem contendentibus; alijs fuga elapſum, & in aliquo Germaniæ monaſterio latitantem. Inuentus etiam Spiræ quidam Bruxellenſis (oppidum hoc Spirenſis diœceſeos) qui vultu & reliquo corporis filo quia Carolum referret, Carolus eſſe vulgò dicebatur, quantumuis ipſe reclamaret: nec ante finis fuit, quã ſolutis niuibus, Caroli cadauer, morte, vulneribus, frigore immutatum, difficulterque agnitum, delatum eſt Nanceium.

Hic finis Caroli fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit.

Eius λείψανα condita Nanceï in æde Georgij, tranſlata ſunt a Carolo V Lutzenburgum, inde Brugas Anno M. D. L. à Maria Hungariæ & Bohemiæ regina Caroli V ſorore.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

85



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DVCATVS Lutzenburgicus nomen habet à primaria totius regionis ciuitate: hæc (vt nonnulli opinantur) à flumine Elza quæ Aliſuntia. Ab Elza fit Elzenburch; inde Lutzenburg. Terminant eam ad Septentrionem Leodienſes & Namurcenſes; ad Auſtrum Lotharingi; ad Ortum, Moſella cum Epiſcopatu Treuirenſi, ad Occaſum Moſa cum ſylua Arduenna. Regio omnis montoſa & ſaltuoſa eſt, maximamque partem ſyluæ Arduennæ complectitur, quo fit vt pars altera Lutzenburgi vocetur Famenna, altera Arduenna. *Fammenæ* fertilior eſt ſegetis & vini. *Arduenna* aſperior; ſed quæ aſperitatem venationum bonitate & ferarum optimi generis mirifica abundantia compenſet. Ambitus totius regionis eſt L X X milliarium. Flumina habet aliquot, nobiliſsimos verò omnium Moſam & Moſellam. Vrbes viginti, vallo & foſſa munitas; quarum nomina hæc ſunt, *Lutzenburgum*, *Arlon*, *Rodemarc*, *Theonis villa*, *Grauemakre*, *Konincmakre*, *Dickrich*, *Vireton*, *Eßerwerc*, *Viandalem*, *Baſtonac*, *Mommedi*, *Neufchaſteau*, *Danuillers*, *Marail*, *Roche en Ardenne*, *Durbi*, *S. Vit*, *Marche*, *& Salme*. Sunt & vrbes aliquot quarum mœnia ſolo æquata. Sunt & arces vrbium penè æmulæ, S. Ioannis, & *Mandreſcheid*, quibus titulus eſt Comitatus. Pagi ſunt M. C L X I X. Ducatus etiam iſte ſub ſe habet Comitatus ſeptem, multos Baronatus, Dominia plurima, in quibus nobiles plus iuris habent in ſubditos quam per reliquam Belgicam. Status Reip. eſt penes Antiſtites, Nobiles, & vrbium optimates. LVTZENBVRGVM creditur eſſe Ptolemæi *Auguſta Romanduorum*. Guicciardinus dici vult quaſi Luciſburgum, hoc eſt, Arcem ſolis. Enimuerò pleraque alia huius tractus loca à Gentilium dijs denominata videri poſſunt: *Arlon* ab Ara Lunæ: *Iuois* à Ioue, *Marche* à Marte; ſed an hæc vera origo ſit, alius eſto arbiter. Vrbs ſita eſt loco peramœno, parte altera montoſo, altera plano: Templum in ea ſacrum Nicolao: Cœnobium, Franciſco: in quo ſepultus Ioannes Lutzenbur-

 gicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

gicus Rex Bohemiæ, filius Henrici ſeptimi Imperatoris, & patrem Caroli IV. Curia etiam Prouinciæ totius illic ius dicit, ſermone vel Gallico vel Germanico, pro locorum ratione illuc prouocantium. Germanicè enim loquuntur *Lutzenburgi, Arlons, Rodemarcha, Theonuilla.* Gallicè verò *Iuoys*, *Mommidi*, *Marueil* & *Danuillers.* Atque ob hanc cauſſam neceſſe eſt & iudices & aduocati, & alij curiæ officiales vtramque linguam calleant. Porrò vrbs iſta initio titulum duntaxat habuit Comitatus; atque adeò Henricus ſeptimus Imperator Comes fuit Lutzenburgenſis, non Dux: Wenceſlai verò regis Romanorum atq; Bohemiæ tempore, factus eſt ex Comitatu Ducatus. Ei ortum debuit Nicolaus Nauius Præſes eius Prouinciæ, cuius filius tanta apud Carolum V. Imperatorem gratia fuit, vt ob ſummas ingenij dotes Cancellarij Vicarius per vniuerſum Imperium ab eo fuerit conſtitutus. Vrbs ipſa non ſemel belli iniurias experta eſt. Anno M. D. XLII. capta & ſpoliata à Gallis, quibus ductor erat Dux Aurelianenſis: Sequente anno iterum ab iiſdem. Sed & poſtea vicinorum bellorum mala ſenſit: Imprimis anno M. D. LII. Henrico II Francorum rege contra Carolum V. ducente exercitum in Germaniam, & omnia longe lateque igni & ferro vaſtante. ARLONA ſita eſt in montis vertice, patria hæc fuit *Bartholemæi Latomi*, viri egregiè docti. Multa huius oppidi monumenta antiqua ſed vetuſtate attrita eruit Prouinciæ Gubernator Petrus Erneſtus Comes Manſfeldicus, eaque in ædes ſuas quas in ſuburbio Lutzenburgenſi habuit dum vixit ampliſsimas, transferri curauit. THEONIS VILLA amœna eſt, & firma: BASTONACVM aliter vocant *Parys en Ardenne.* Metalla ferri ſunt haud procul à *Manderſcheid*, in dominijs *Keyla, Cronenberch* & *Sleida*, ad vallem cui nomen eſt *Hellenthal*: Conflantur hoc loco ab iſtis Cyclopibus incudes, fornaces ferreæ, pyreteria, quæ per totam Germaniã & Belgium ingenti lucro diſtrahuntur. Fluuij huius Prouinciæ præcipui ſunt *Moſella* & *Moſa*, quorum iſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rum iſte occiduam partem terminat longo & ſinuoſo anfractu per multos mæandros ab Auſtro Septentrionem verſus lapſus; ſiluamque Ardenanm ſecans: ille, magna ex parte orientalem regionem finit: Reliqui ſunt, *Chier*, *Bemoy*, *Houl*, *Lech*, *Alſatus*, *Atardus*, *Sourus*, *Prumeus*, *Mineus*, *Gomeus*, *Orto*, *Albis*. Nobiles in tota hac Prouincia permulti, quorum numerum vix imminuerunt bella iſta. Eorum ordinem ornant aliquot Imperatores ex ijs profecti. Maximilianus Cæſar quum Carolo Burgundo ſuccederet, factus eſt eadem opera hæres Lutzenburgij. Carolus quoque in ipſo baptiſmi lauacro donatus eſt à patre Philippo titulo Principis Lutzenburgici. Sed de nobilium nimio rigore conqueruntur coloni; habentur enim pro ſeruis; quod alioqui in nulla Belgij parte obtinet. Cætera ſunt humani, laudis auidi, fidi, & virtutis amantes, laborum imprimis & inediæ patientes. Henrico Imperatore eius nominis ſeptimo in Hetruria defuncto anno M. CCC. XIII. deuolutum eſt ius huius ditionis ad Wenceſlaum Bohemiæ Regem, Caroli quarti Imperatoris fratrem; Poſt eius obitum ceſsit ius Caroli IV liberis, Wenceſlao & Sigiſmundo, qui in imperio ordine patrem ſequuti ſunt. Wenceſlaus cognatam ſuam Eliſabetam elocaturus Antonio Brabantiæ Duci, has ei terras ſponſales dedit. Antonius in Morinis aduerſus Gallos cæſus viduam vxorem reliquit, quæ Sigiſmundo Imperatore contra ciues noua molientes euocato ad defenſionem agri dotalis, a Burgundo reſtituta vel potius adſerta eſt. Poſt Eliſabetæ iſtius exceſsũ, vindicauit ſibi has terras Philippus Burgundus Dux Brabantiæ. Carolus verò Audax tranſegit cum Iſabella Caſimini Poloniæ regis coniuge, vnicâ Sigiſmundi Imperatoris hærede, redemitque pecunia litem. Ita ad Burgundos & Auſtriacos regio iſta deuoluta eſt.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

86


LIMBURCUM
SEPTENTRIO.
MERI.
OCCIDENS.
ORIENS.
Pars Leodienſis Diœceſis.
IULIA=CENSIS DUCATUS PARS.
Milliaria Germanica
1 2 3
Stochem
Mechelen
Rekam
Loenaken
Maeſtricht
Montenaken
Sichem
Viſet
Hermal
Herſtal
Luyck
Seef
Mosa fluv.
Huy
Neufville
S. Severin
Bavigne
Chapelle
Polleur
Houxenay
Houtain
Beaufoys Ab.
Han
Lince
Iuſlemuil
Damre
Monfort
Franchimont
Neuf Chaſteau
Soigne
Chenay
Fleron
Ioze
Donne
Enſival
Andrimon
Herve
Bilſteyn
Verviers
Polleur
Surriſter
Teart
Limborch
Clermont
Oepen
Meroels
Chief
Best
S. Remy
Hous
Bern
Dalem
Meer
Esdem
Banonet
Gulpen
S.Marie
Rootg
Berg
Bundt
Honsbrouck
Geul
Beeck
Sittart
Donderode
S. cimpfelt
Gebekirchen
Worm fl.
Horix
Prumeren
Vrelenborg
Marienborg
Schatberg
Rumborch
Herle
Wels
Merxsteyn
Rolduc
Wilre
Simpelfelt
Altvalkenborg
Faucqmont
Aldenhoven
Wilmsteyn
Wittem
Palant
Aken
Epen
Haren
Frankenborg
Hetſenich
Duren
Nieuenhof
Staeberg
S. Cornelis Munſter
Han
Nideck
Monioe
Linnich
Gulick
Roer flu.
Bus
Partey

LIMBVRGI nomen haud admodum antiquum eſt, ac neſcio an multo ante Annum Seruatoris M. L. fuerit auditum, quo tempore (ut eſt in Geldrorum Annalibus) wolfrandus Abbas Prumienſis cum Henrico Limburgi Comite de iure certauit. Nomen habet ab vrbe Limburg quæ in rupe ſita vicino alluitur fluuio *Weſa*, qui ex Arduenna ſilua ortus in Moſam influit ex aduerſo Auguſtæ Eburonum, quæ nunc Leodicum vel Leodium dicitur. Initio fuit tantum Comitatus: ſed Henrici Imperatores Lutzenburgici hoc populo vicino dederunt vt is Ducatus titulo gauderet. Enimuerò ſi ex ſoli præſtantia, vrbium frequentia, incolarum copia res definienda fuiſſet, videtur Flandriæ is titulus deferri debuiſſe: Sed quum illius non niſi pars minima eſſet Imperialis, maluerunt Ordines Comitem ſuum agmen ducere inter Comites, quam ſequi inter Duces. Regio omnis amœna eſt, fertilis, ferri & plumbi fodinis diues. Pagi frequentes ſunt; municipia duo maxima *Vpen* & *Hernia*. Secundo à Limburgo lapide in pago *Spa* fons eſt celebratiſsimus cuius nos mentionem fecimus in deſcriptione Diœceſis Leodienſis. Poſt obitum vltimi Ducis Limburgici certatum eſt inter Brabantiæ Ducem, & Geldriæ Comitem de huius tractus poſſeſsione, vtriq; enim erat peroportuna vicinæ regionis acceſsio. Sed vicit Geldrum Brabantus. Captus eo bello a Comite Montenſi Epiſcopus Colonienſis cacere luit per ſeptem annos quod Brabantiæ Duci ſuppetias tuliſſet. At is perſoluto pretio Comitem, qui honoris cauſſa ipſum rogatus deduxerat, cæpit & caueæ ferreæ incluſit: quam melle delibutam ſoli expoſuit, vt inaudito crudelitatis exemplo miſer Comes a muſcis, veſpis, apibus pungeretur. Ita illum carceris ſquallor extinxit. Poſteà ad Domum Burgundicam totus ille tractus deuolutus eſt.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

87




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

IVLIACENSIS Ducatus hodie partem occupat Veterum Menapiorum, Bructerorum, Eburonum, ſituque eſt inter Rhenum & Moſam. Primaria eius vrbs quæ & Ducatui nomen dedit, eſt Iuliacum, cuius etiam in itinerario meminit Antoninus. Fluuios habet *Ruram*, *Erffat*, *Nirſi*, *Vormium*. Arces frequentiſsimas, quæ nobilibus & equeſtribus familijs nomen dederunt, *Pallant*, *Meroden*, *Renſſchenberg*, *Neſſelroden*, *Wachtendunck*. Eſt etiam Baronatus *Wickradienſis*, arcem habens munitiſsimam, Quadorum ſedem. Oppida præter Iuliacum ſunt *Marcodurum*, *Monaſterium Eyphalea*, *Euſkirchia*, *Berchenum*, *Caſtrum*. Principes Iuliacenſes ab Euſtathio Gothofredi Bulionei fratre ortum ducunt. Ditio primum a Comitibus adminiſtrata eſt; ſed eum Ludouicus Imperator anno M.CCC.XXIX. in Marchionatum euexit. Carolus verò IV in Ducatum trigeſimo poſt anno, quum Comitia celebrarentur Metis. Vidit ergo Guilielmus quartus ſe ex Comite Marchionem, ex Marchione Ducem. Eius filius Guilielmus Gelrenſem quoque Ducatum adminiſtrauit: quumque improlis obijſſet, reliquit ſucceſſorem Rainoldum fratrem. Eius vxor adfini ſuo nupſit Adopho Bergenſi: Ita ergo iuncti fuere primum Ducatus Iuliacenſis & Bergenſis. His ſucceſsit Guilielmus, Guilielmo, Gerardus; Gerardo Guilielmus alter, qui filiam ſuam vnicam filio Ducis Cliuiæ Ioanni vxorem dedit. Ex eo iuncti ſemper fuere Ducatus Iuliacenſis, Bergenſis, Cliuenſis. Eſt in hoc tractu vrbs Aquenſis ſede Caroli Magni celebris: Rhegino vocat Thermas Grani; Lhuitprandus Grani Palatium. Morboniam merentur qui hanc putant eſſe *Vetera caſtra*, aut Legionem trigeſimam Vlpiam.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

88



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ÆLIVM Gracilem ferunt quum opibus & potentia floreret in Gallia Belgica, donatum à Pipino & Carolo Martello eâ parte Batauiæ quæ tunc temporis *Teiſterbandiæ* Comitatus appellabatur, poſteà verò Cliuia dicta eſt, antiqua ſcilicet Menapiorum ſedes. Succeſſere eĩ ordine Theodoricus, Reinhaldus, Rudolphus, Ioannes, Robertus, Balduinus, alijque vſque ad Ioannem qui ab Ælio fuit viceſimus ſeptimus. In hoc deſijt familia. Cooptatus tamen ab Imperatore & prouincialibus in ius familiæ Adolphus qui Conſtantienſi concilio à Sigiſmundo Imperatore Dux Cliuiæ dictus eſt. Appellationem traxiſſe creditur à cliuis: exſtatque eius nominis oppidum ad Rheni ripam in tribus cliuoſis collibus exſtructum. Etſi verò nos eam Belgicæ tribuamus, & quidem Germaniæ inferiori, ac proinde etiam Galliæ, habet tamen magnam quoque ſui partem vltra Rhenum in Germaniâ magnâ. In ora Gallicâ oppida ſunt *Burich, Santen* quod creditur fuiſſe Colonia Traiana, in cuius agro tophus ex antiquis ruinis colligitur, *Cleue, Calcar, Griet, Griethuyſen*. In ripa Germanica ſunt *Veſalia, Duiſburgum, Embrica*. Supra Calcariam loco quem vocant hodie *auf den baern* creditur Cæſar Germanicus Rhenum ponte ſtrauiſſe quum à Veteribus caſtris in Marſos tenderet, quos nunc vocamus *Twentanos* mutato nomine, tametſi oppidulum Otmaerſen veteris appellationis ſeruet veſtigia. Embricam quidam putant eſſe Taciti Aſciburgium. Atqui conſtabit veterum ſcripta attentè & curioſè legentibus, priſcoſque ſitus cum locis hodiernis cõferentibus, Aſciburgium, quod veteres fabulatores ad Vlixem conditorẽ retulerunt, vt narrat Tacitus libro de Moribus Germanorũ, inter Noueſium & Vetera ſitum fuiſſe in ripa Gallica. Adſcribam de Aſciburgio Taciti verba. *Vlixem*, inquit, *quidam opinantur longo illo & fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiße Germaniæ terras, Aſaburgiumque, quod in ripa Rheni ſitum hodieque incolitur, ab*

tur, ab illo conſtitutum, nominatumque ἀσκιπύργιον, *Aram quinetiam Ulixi conſecratam, adiecto Laertæ patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaque & tumulos quoſdam Græcis litteris conſcriptos in confinio Germaniæ Rhetiaque adhuc exſtare: quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo eſt: Ex ingenio ſuo quiſque demat vel addat fidem.*

DESCRIPTIO DVCATVS GELRIÆ.

GELRIÆ idem accidit quod Cliuiæ: vt ſcilicet ad vtramque Rheni ripam, Gallicam, & Germanicam ſita ſit. Certa hæc veterum Sicambrorum ſedes, quos Auguſtus in Germania agentes traduxit in Galliam teſte Suetonio, atque in proximis Rheno agris collocauit. Inde ergo Gelri in vtraque ora, quod & Strabo exſertè teſtatur. Porrò *Sicambros* Ptolemæus & Plutarchus συγάμβρȣς, Strabo σȣγάμβρȣς, Dion, σȣκάμβρȣς, vocat, *cæde gaudentes*, Horatius. Deditos autem conſilio potius atque aſtu Tiberij, quam vi aperta, ex ipſius ad Germanicum verbis quæ à Tacito referuntur, conſtat. Appianus à quingentis Sicambris quinq; equitatus Romani millia in fugam coniecta commemorat, haud exiguo argumēto bellicæ ipſorū virtutis. *Sicambrorum* quoq; *legio* ſub Romanis ſignis militaſſe legitur, oppidumq; de ſuo nomine ad Danubium condidiſſe, *Scambry* ab Hungaris nuncupatum, iuxta veterem Budam, memoriam gentis teſtante lapide, (ſi fictitia non eſt inſcriptio) qui temporibus Matthiæ Coruini Regis effoſſus fuit, vt à Lazio proditum eſt. LEGIO SICAMBRORVM HIC PRÆSIDIO COLLOCATA CIVITATEM ÆDIFICAVERE, QVAM EX SVO NOMINE SICAMBRIAM VOCAVERVNT. In hoc tra-

ctu fuiſſe *Gelduba* creditur, Tacito commemorata lib. IV, Hiſtor. Hæc Gelriæ nomen putatur creaſſe. Sidonius ad Vahalim eos locat

Sic ripæ duplicis tumore fracto
Detonſus Vahalim bibat Sicamber.

Sunt tamen qui opinentur Gelriæ nomen eſſe ab arce *Gelre*, quam Wicardus à Ponthe vna cum fratre Lupoldo ædificaſſe fertur. Porrò Gelri quum de veteri belli virtute nihil remiſerint; humanitatis tamen & litterarum ſtudia magna induſtria ſectantur. Vrbes complectitur Gelria duas & viginti, quarum præcipuæ ſunt, *Nouiomagum*, *Rurmanda*, & *Arenacum*, quod nunc vocant *Arnhemium*. NOVIOMAGVS vel *Neomagum* vrbs eſt antiqua, ſita ad ſiniſtram Vahalis ripam, cuius eo loco profundiſsimus eſt alueus; videtur Batonis quondam regia fuiſſe: certè Batenburgum arcem vicinam habet, & intra vrbem Heſsi montem, à filio (vt opinio eſt) Batonis Heſſo cognominatum. Rheginoni ſi credimus, tria regnis ſuis primaria palatia conſtituit Carolus Magnus, Neomagum, Aquiſgranum, & Diuiodurum ſeu Theodonis villam, *Dietenhouen*. Idem ædiculam in qua monumentum Iulij Pudentis, Chriſto Seruatori conſecrauit. Monumentum illud Pudentis hanc habet epigraphen.

DIS MANIBVS.
C. IVLIO CLAV. PVDENTI NEOMAG. VET. LEG.
XC. FAN. L. IVNIO F. EIVS H. F. C.

Pudens iſte ipſe eſt cuius in Arce Britannica mentionem fecimus. Carolus Magnus hoc loco palatium colapſum reſtituit. Eginhardus id apertè teſtatur, *Nouimagi*, inquit, *ſuper Vahalem fluuium palatium egregij operis readificauit*. Rhegino *vrbem* vocat *Neomagum in Badua. Imperator*, in-

KB Den Haag

 quit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quit, *anno Domini* D. CCC. VI. *de Theodonis villa profectus, & nauigio per Moſellam Rhenum ingreſſus, ad Neomagum in Badua venit, ibique tota quadrageſima fuit, & ſanctum Paſcha celebrauit.* Alibi vocat *Numagum*, & *Neumagum*. Deſcribens tempora Ludouici III Balbi qui vixit LXX poſt Carolum annis, *Nortmannorum*, inquit, *claſſis Vahalim fluuium ingreſſa, Neumago palatio regio applicauit, ibique caſtra poſuit.* Intelligit nimirum caſtrum quod quum *Walen-hof* dici deberet, vulgò vocatur corruptè *Valkenhof*. Idem alibi, *Palatium ingentis magnitudinis, miri que operis hoſtibus tutiſſimum præbebat receptaculum.* Fredericus I cognomento Barbaroſſa vrbem collapſam reſtaurauit. Eius rei monumentum exſtat hiſce barbaris verſibus conſignatum,

Anno milleno poſtquam ſalus eſt data ſeclo
Centeno iuncto, quinquageno quoque quinto,
Cæſar in orbe ſitus Fredericus, pacis amicus,
Lapſum, confractum, vetus, in nihil ante redactum,
Arte, nitore pari, reparauit opus Noucmagi,
Iulius in primo tamen extitit eius origo,
Impar pacifico reparatori Frederico.

RVREMVNDA ad oſtium Ruræ amnis, qua ſe in Moſam exonerat vrbs eſt amœna, diues, potens, in veteribus Menapiotum ſedibus. Ptolemæus clarè poſt Moſam Fluuim locat Menapios, & horum ciuitatem *Caſtellum*, quæ hodiè *Keſſell* dicitur, vno à Ruremunda milliari. ARNHENIVM Tacitus vocat *Arenacum*, aitque ibi Ciuilem auſum Decimam legionem inuadere. Situm eſt ad Rheni oſtium dexterum, habetque antiquam ſedem Gelriæ ducum.

KB Den Haag

 Sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Sunt & minores vrbes, *Hatten*, *Elburgum*, *Hardeuicum*, *Wageninga*, quæ Vada Taciti, *Tiela*, *Bomelia*, *Bronchorſtum*, *Doeſburgum*, *Doetecomium*, & aliæ complures. Initio recta gubernataque fuit Gelria à præfectis. Inde à Principibus. Martini enim Auſtraſiæ præfecti ex Lamberto nepos Leopoldus, ſiue vt alij memorant Guidus, his locis præfuit. Poſt Caroli Magni tempora Domini de Ponte eum rexerunt, ſub titulo præfecturæ. Otto inde Naſſouius Princeps eius dictus eſt, Anno M. LXXIX. ſi Lazio eſt fides. Sequuti ſunt Gerardus, Henricus, Otto, Reinaldus, cuius tanta fuit apud Imperatorem gratia, vt Comitijs Francofurtenſibus Anno M. CCC. XXXIX, die XIV. Aprilis, Gelriæ Dux à Ludouico Cæſare Auguſto fuerit renunciatus. Eduardus Reinaldum fratrem poſt varia prælia cepit, vinctumq; in carcere detinuit totos annos decem; Succeſsit ei Guilielmus: huic frater Reinaldus, Reinaldo Guilielmus Arculanus. Hic ſine liberis Gorichenij perijt. Eius ſoror Ioanni Egmondano nupſit: ac tandem poſt varias rerum mutationes eo res delapſa eſt, vt Anno M. CCCC. XCII. Carolus filius Adolphi è Gallia ab Ordinibus Gelriæ reuocatus hęredem inſtituerit Guilielmum Ioannis Cliuiæ Ducis filium, qui etiam cum inſigni Caroli quincti Imperatoris offenſione rebus Gelricis aliquandiu præfuit, donec Anno M. D. XLIII. maxima ditionis Iuliacenſis parte exutus Imperatori ſupplex factus eſt in caſtris ad Venlonum: hac tamen lege, vt totius Gelrię poſſeſsione cederet, & ſubditis iuſiurandum remitteret, Cæſar autem territorium Iuliacenſe ipſi redderet, duobus tantum oppidis exceptis *Henſbergo* & *Sittarto*. Atque hoc pacto Gelri initio liberi, poſtea ſub Principibus vixere: ſeruata tamen legum Ordinumque ſuorum autoritate.

HELVETIOS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HELVETIOS priſci omnes Galliæ adſcribunt. Ptolemæus diſertè in tabula Galliæ Belgicæ poſt Iuraſſum montem iuxta Rhenum illos locat, & ciuitates eorum nominat *Gaunodurum*, & *Forum Tiberij*. Et ante eum Tacitus. *Heluetij*, inquit, *Gallica gens, olim armis viriſque, mox memoriâ nominis clara.* Cæſar idem apertiſsimè in Commentarijs. Sed tranſgreſſos Rhenum conſtat; quo fit vt in Germania magna illorum quoque partem agnoſcat Ptolemæus. Tacitus veriſsimè, *Validiores*, ait, *Gallorum res fuiſſe, ſummus auctorum Iulius tradit: eoque credibile eſt, etiam Gallos in Germaniam tranſgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quo minus, vt quaque gens eualuerat, occuparet permutaretque ſedes promiſcuas adhuc, & nulla regnorum potentiâ diuiſas? Igitur*, inquit, *inter Hercyniam ſiluam Rhenumque & Manum amnes, Heluetij, vlteriora Boij, Gallica vtraque gens tenuere.* Nunc autem mutatis in Germania nominibus, manet in priſcis ſedibus appellatio. Omnis enim hodiè Heluetia inter Iuræ montes, Lemanum lacum, Italiam & Rhenum ſita eſt: habetque ad Ortum Solis Tirolenſem Comitatum, ad Auſtrum Alpes Cottias, Lombardiam, Mediolanenſem Ducatum, & tractum Pedemontanum: ad Occaſum, Sabaudiam & Burgundiam: ad Septentrionem, Rhenum. Regio etiamſi celſis præruptiſque montibus aſpera videatur, eſt tamen ſatis fertilis: ſunt enim inter ſaxa conualles frugiferæ, pinguiſsima prata, agri ſegete & vineis exculti. Fluuios habet, Rhenum, Rhodanum, Ararrim, Aduam, Ticinum, Limagum, Byrſam, alioſque permultos. Ex montibus abietes proceræ prono Byrſa flumine ad vſum nauium deſtinantur. Thermæ etiam præſertim in Badenſi tractu reperiuntur ſaluberrimæ. Lacus multi: Lucerinus *de Lucerner Zee*, Tigurinus *Zuricher Zee*: Riuarius *Walen zee*: Neoburgenſis *Nuwenburger zee*, & omnium maximum ACRONIVS *der Boden Zee*, quem Solinus & Plinius Brigantinum, Ammianus

Den Haag KB

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

90



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Marcellinus *Brigantiæ lacum* vocat, à Bregantia vetuſtiſsimo oppidulo. Longitudo eius eſt XXIV. millium paſſuum, latitudo minimùm XII. Ammiani verba, quia luculentam Topographiam lacus & Rheni cataractarum continent, adſcripſi. *Inter montium celſorum anfractus impulſu immani Rhenus extenditur, qui penes Alepontios in deciduas cataractas inclinatione pernici vt Nilus funditur, torrens ab ortu protinus primigenio, copijs aquarum proprijs irruit, curſu ſimplici: Iamque adiutus niuibus liquatis & ſolutis, alta diuortia riparum abradens, lacum inuadit rotundum & vaſtum, quem Brigantium accola Rhetus appellat, horror ſqualentium ſiluarum inacceſſum efficit, niſi qua vera in Alamania virtus & ſobria vita compoſuit locum Barbaris, & natura locorum, & cœli inclementia refragante. Hanc ergo paludem ſpumoſis ſternendo verticibus amnis irrumpens, & vndarum quietem permeans, mediam velut funali libramento interſecat, & tanquam elementum perpetua diſcordia ſeparatum nec aucto nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo & viribus abſoluitur integris. Quodque eſt impendio mirum, nec ſtagnum aquarum rapido curſu monetur, nec limoſa ſub colluuie tardatur properans flumen, & confuſum, miſceri non poteſt corpus: Quod niſi ita agi ipſe doceret aſpectus, nulla vi credebatur poſſe deſcerni.* Hodie tamen ora omnis vinetis pomarijſque cultiſsima, paucis locis planities riparum mollior, ſcirpo & arundine ſterilis eſt. Oppida ad Acronium iacent complura. De BRIGANTIO ſic Walafridus, *Locus eſt antiquæ ſtructura, ſeruans inter ruinas veſtigia, vbi terra pinguis & fructuarijs prouentibus apta; montes per gyrum excelſi: eremus vaſta & imminens oppido, planities copioſa. Nomen eius Brigantum.* LINDAVIVM in Inſula ſitum eſt. Sequuntur *Longonargum*, *Buchorna*, *Meſburga*, *Conſtantia*, ſupraque eam *Arbona* cum arce antiquiſsima, & B. Galli morte nobilitata. Conſtat autem Heluetiorum Reſpubl. tribus partibus. In prima PAGI ſunt XIII ſeu Cantones, penes quos adminiſtratio eſt totius Prouinciæ,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quoties aut ſinguli ſuam ditionem curant; vel comitijs de ſumma Reipub. diſſerunt. In ſecunda ſunt CONFOEDERATI, *Abbas ſcilicet cum oppido S. Galli, Rheti, ſiue Griſones, Sedunum cum Valeſia tota, Rotwel, Mulhauſen, Bienna & Geneua.* In tertia ſunt PRÆFECTVRÆ BELLICÆ *Turgea, Aquenſis, Rhegusti, Saturnetum, Inganum, Locarne, Mendreſium, Vallis, Madia, & Bilitouium.* Pagi ſunt hi: Tigurinus, *Zurich*, cuius præfecturæ maiores ſunt IX. minores XXII. Bernenſis, cuius præfecturæ Germanicæ XXXI. Gallicæ VIII. Lucernenſis, cuius præfecturæ XII. Virorum, qui in decem participationes (ſic ipſi vocant) diuiditur. Suitenſis, cuius ſegmenta (quartas appellant) ſex. Siluanenſis *Vnderwalden* qui duos conuentus habet. Tugienſis cuius conuentus quatuor. Glaronenſis, in quo diſtrictus, (ipſi vocant *Tagunan*) XV. Baſileenſis ad Rhenum in quo Gymnaſium vetus, præfecturas habet VI. a quo haud procul *Augusta eſt Rauracorum*, olim vrbs potens, nunc tantum cinis & rudera cum vicino pago. Friburgenſis quatuor habet præfecturas cum Bernatibus communes: ius dicunt alternis per annos quinque: vltimæ ſunt Salodurenſis & Abbatiſcellenſis.

VALESIA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

VALESIANAM regionem olim coluere Sedunenſes, quorum apud Cæſarem, Plinium, Metam mentio fit, qui in his locis quoque ponunt Veragros & Autuates. Cæſar in tertio Commentario. *Quum in Italiam proficiſceretur Cæſar, Ser. Galbam cum legione duodecima & parte equitatus in Autuates, Sedunos, Veragroſque miſit, qui a finibus Allobrogum & lacu Lemanno & Rhodano ad ſummas Alpes pertinent.* Eſt autem vallis longa, clauſa vndique ingentibus altiſque montibus, quarum valles ſunt fertiliſsimæ & amœniſsimæ. Longitudo eius ab ortu in occaſum patet iter quatridui; Latitudo vix dimidium eius habet. Mediam ſecat Rhodanus, qui inter præruptos montes fluens, quibuſdam locis ſpatia relinquit idonea habitationi humanæ. De montibus iſtis egregiè Silius Italicus,

Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos atque atræ ſtagna paludis
A ſupera tellure patet, tam longa per auras
Erigitur tellus & cœlum intercipit vmbrâ.

Quà fluuius vallem egreditur, pons eſt, cum arce S. Mauritij, quo ſolo hibernis temporibus patet ex eâ regione exitus, ita omnia montibus obſepta ſunt. Diuiditur regio in ſuperiorem & inferiorem. Ad ſuperiorem pertinet tractus Sedunenſis a Furca monte vſque ad Sedunum quod illi *Sittim* vocant. Huius tractus incolæ dicuntur Liberi Valeſij ſuperiores, vtunturque lingua Teutonicâ. Diſtrictus habet ſeptem, *Sedunum, Syder, Leuck, Raren, Viſp, Brig* & *Gombs.* Ad inferiorem pertinent ſex communitates, quas ipſi vexilla vocant. Et in ijs vtuntur lingua Sabaudicâ. Nomina ſunt, *Gundes, Arden, Sallen, Martinach, Intremont,* & *S. Mauritius.* Ad ortum Valeſiæ eſt mons Furca bifidus, qui ſparſus vlterius vocatur mons Gothardi:

Hic

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

91



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Hic fontes conſpiciuntur *Rhodani, Ticini, Rheni, Rhuſſe, Arolæ:* Auſtrum verſus diuerſis itineribus per varios anfractus montium itur ad vicinas regiones: Per *Grios* & *Nyſi* patet via in *Eſchenthal*, quæ vallis eſt ditionis Mediolanenſis. Ex *Brigenſi* pago per montes Sempronij itur Mediolanum. Alibi ab Oppido *Leuck* Boream verſus Bernam itur. Hic conſpicitur vallis Pœnina. Paret tota regio Epiſcopo Sedunenſi. Sunt autem confœderati Lucernatibus, Friburgenſibus, Bernatibus cæteriſque Heluetijs. Vrbes præter Sedunum omnes patent: credunt enim regionem totam vrbem vnam eſſe, cuius mœnia ſint montes; porta vna ad S. Mauritium. *Sedunum* bicipiti in monte ſitum eſt, cuius alter vertex arcem habet, alter Eccleſiam cathedralem S. Valerio ſacram. S. Mauritius ad anguſtias fauceſque Valeſiæ exſtructa eſt, qua ſe montes coarctant. *Martinach* eſt Cæſaris Octodurum; qui per hæc loca ſe ex Italia in Galliam penetraſſe narrat cum exercitu. Gradetſch, Lider, Leuc, Rarouia, Veſpia, nihil habent memorabile, præter ſummam fertilitatem agrorum, & cacumina montium tam excelſa vt vel ſpectantibus horrorem incutiant. Sunt autem illi niue perpetua & glacie tecti, nunquam ſolutâ, nunquam ſoluendâ, & quidem tam vaſta mole, vt regiones integras inſulaſque æquare videatur. Itaque inuiæ ſunt per hyemem viæ, quæ æſtate ſolutis niuibus non niſi per anguſtias patent. Has tamen glacies primus ſuperaſſe creditur cum exercitu Hannibal: cuius certamina depingit Poëta.

Rumpit inacceſſos aditus, atque ardua primus
Exſuperat, ſummaque vocat de rupe cohortes.
Tum qua durati concreto frigore collis

Lubrica

Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo
Luctantem ferro glaciem premit, haurit hiatu
Nix reſoluta viros, altoque a culmine præceps
Viuentes turmas operit delapſa ruina,
Interdum aduerſo glomeratus turbine Caurus
In media ora niues fuſcis agit horridus alis.
Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella
Audacis rapit arma viri, voluenſque per orbem
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.
Quoque magis ſubiere iugo, atque euadere niſi
Erexere gradum, creſcit labor, ardua ſupra
Seſe aperit feſſis, & naſcitur altera moles:
Vnde nec edomitos exſudatoſque labores
Reſpexiſſe libet, tanta libidine plena
Exterrent repetita oculis, atque vna pruinæ
Canentis quacumque datur permittere viſus
Ingeritur facies: Medio ſic nauita Ponto
Quum dulceis liquit terras, & inania nullos
Inueniunt ventos, ſecuro carbaſa malo
Immenſas proſpectat aquas, ac victa profundis
Æquoribus, feſſus renouat ſua lumina cœlo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Fert Valeſia cuncta humanis vſibus neceſſaria, carnes ex bubus, auibns, capris, capricornis, ibicibus, phaſianis: piſces & quidem lectiſsimos ex Rhodano inque eum fluentibus amnibus, imprimis verò lucios, carpios, fundulos, cancros, & inſignis magnitudinis truttas: Sed & vinum inde a tractu Brigenſi vſque ad S. Mauricium. Nobiliſsimum habēt *Sedunum*, & *Syders*, quibus in locis rubrum albo præſtat: eſt enim magis excoctum, cuius reí argumentum eſt color ater. Alibi tamen, vt in *Gundes* & *Martinach*, quod veterum eſſe Octodurum iam ante diximus, maior eſt albi virtus. Copia autem vini tanta eſt, vt in vicina etiam loca exportetur, in *Sauen* ſcilicet, *Vraniam*, & *Siebenthal*. Conſeruatur autem etiam in viginti annos. Tritici, ſiliginis, hordei, auenæ, fabarum, piſorum, milij, lentis tantum habet, quantum ei regioni ſufficiat. Meſsis initium eſt a menſe Maio: finis in Auguſto: matureſcunt enim primum in valle ſegetes, poſteà in montibus: propter vmbras & niues: Croci mira eſt abundantia in *Gundes* & *Syders*. Fertilitatis vbertatiſque cauſſa eſt vligo de montibus defluens. Sunt & Mineræ in Valeſia, cryſtalli non vno loco. In *Veſpienſi* tractu & valle *Bangis* argentum effoditur: In *Loeſthen* eſt vena plumbi: in *Syder*, argenti: *Seduni* cupri: vbi & fons ſalis repertus anno M. D. XLIV. Sed & lithantracas ibi effodiunt. Thermæ memorantur ſaluberrimæ, *Brigenſes*, & *Leucenſes*, quarum illæ ſulphureæ ſunt: hæ cupreæ: vtræque diuerſarum virium.

KB Den Haag

PAGVM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

92



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PAGVM *Auenticum*, qui Heluetiorum caput Cæſari dicitur, vulgò vocant *Wiſliſpurgergaw*, qui ad Occaſum & Septentrionem Iura monte, ac lacu Lemanno, Auſtrum verſus montibus Valeſijs, circumſcribitur. Hodie continet Bernatum & Friburgenſium terras. BERNA à Berchtoldo Zeringiæ duce quarto exſtructa eſt circa annum M. CC. X. in peninſula quam facit Arola fluuius flexuoſo ſuo lapſu: ſaccum vocant accolæ à forma, quia vrbi profoſſa eſt amnis vndique excepto meridie. Locus ille quum quercubus abundaret, dictus eſt quercetum: Nomen vrbi ab deſtinato inditum a primo animali quod eam ſiluam egreſſurum erat: proſilijt autem vrſus, quem Germani *Beer* vocant. Ex eo rebus ſecundis aduerſiſque mirificè creuit, adeò vt nunc Heluetiorum omnium ſit potentiſsima. Lauſannenſes ipſorum iuris facti ſunt Anno M. D. XXXVI. alij alijs temporibus. Vrbes ſub ſe habet ea Reſpublica Germanicas quidem XXXVI. *Haſſeliam vallem*, quæ *Haſli*, *Vnderſeam*, *Simmiam vallem ſuperiorem*, & *inferiorem*, *Sanam*, *Ælen*, *Thun*, *Louppen*, *Signaw*, *Drachſelwald*, *Emmæ fluuij vallem*, *Brandiswangen*, *Arburg*, *Bibeſtein*, *Schenchenberg*, & *Lentzburg*. Gallicas verò octo, *Auanticum* quod nunc *Wiſliſpurg*, à quo omnis hic tractus nomen habet. *Mirmidunum*, *Yuerdon*, *Morgium*, *Nouidunum*, *Oron*, *Silia*, cum *Vibiſco*. FRIBVRGVM apud Nicitones in Vchtlandia ſitum eſt, opus Berchtoldi eius quem diximus: Situs eius imprimis eſt mirabilis, in iugis montium, vallium crepidinibus, inter rupes & ſaxa: Lacus inſignes hic ſunt, Neocomenſis, *Neuburgetſee*, & poſt eum Bielerſee, a quo deinde Arola fluuius per *Solodurum* oppidum extremæ vetuſtatis, *Arwangen*, *Arburg*, *Biberſtenium*, ad Cõfluentes ſeſe exonerat in Rhenum, loco quem *Coblentz* dicunt. Arolam iſtum credunt accolæ eſſe auriferum.

 KB Den Haag ARGOVIA

DESCRIPTIO ARGOVIÆ IN HELVETIA.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ARGOVIA pars eſt regni Tranſiurenſis, quo quicquid à Iura monte ad Alpes vſque continetur, olim comprehenſum fuit. In ea nunc deſcribimus *Lucernam, Vren, Swyts, Underwald*, & *Glaronam*. LVCERNA ad lacum ſita nomen ex eo habet, quod ad vſum nauigantium ex turri in fine lacus ignes excitari ſoliti fuerint; quo loco monaſterium primum exſtruxit preſbyter quidam Wighardus, frater Ruperti ducis Alemanniæ & Sueuiæ circa annum Domini D. CCC. XL. creuit confluentibus eo colonis in ciuitatem locus, vt fit, & in oppidi formam munitus eſt: quod & Tiguro & Fuldæ, & Sangallo, & Campedoniæ, & alijs locis factum eſſe conſtat. Per lacum iſtum iter eſt per Alpes Lepontias quem S. Gothardi montem vocant in Italiam: Itaque hinc merces ad Alpes, atque inde in Italiam clitellarijs iumentis ſubuehuntur: eodemque itinere remenſo poſteà per Ruſam fluuium deferuntur in Rhenum atque inde in Belgium. Ad Lucernates pertinent *Habſpurg* vetus Dominorum ſedes, & origo Auſtriacorum Principum, *Berona*, *Surſeium*, *Sempachium*, aliaque loca complura. VRIORVM pagus veteres habet *Tauriſcorum* ſedes. SVICIORVM pagus à Suicia nomen ſortita eſt, oppido quod toti Heluetiæ & libertatem peperit & nomen dedit *Swicerorum*. VNDERWALDIA cum ſuperioribus pagis in fœdus coiit anno M. CCC. XV. Monaſticorum impotentia, & imperandi iure & excoriandi rabie commota. Diſtribuitur in ſuperiorem & inferiorem; interiectâ ſilua *Kernwald*. GLARONA ad Limagum fluuium vicus eſt inſignis, in valle eiuſdem nominis: attingit autem ſuperiorem ligam Griſeam in qua fontes ſunt Rheni. Hæc patria fuit Henrici Lorici cognomento Glareani, & Ægidij Tſchudi doctorum imprimis virorum.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

94

DESCRIPTIO PAGI TIGVRINI IN HELVETIA.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TIGVRINVS pagus admodum antiquus ab vrbe nomen habet : Primas in conſeſſu Heluetiorum tenet, etiamſi quinto demum loco Heluetico fœderi acceſſerit : tributum id a ſocijs ipſorum dignitati, vetuſtati, potentiæ, fideï. Vrbs ipſa legum præſtantia, ciuium comitate & ſinceritate, Scholæ celebritate nuſquam non innotuit. Viros orbi dedit inſignes, Conradum Pelicanum, Theodorum Bibliandrum, Conradum Geſnerum, Rudolphum Gualterum alioſq;. Maiores in hoc pago præfecturæ ſunt nouē, in quibus memoranda eſt *Lauffa* ad Cataractas Rheni: Minores XXII. Parēt præterea Tigurinis *Vitodurum*, *Winterhur* & *Steina* oppidum. Adcenſetur etiam Tigurinis *Tugium* pagus à quo Tugini, quos memorat Strabo, ſed ille Tygenos vocat, dicitque ipſos cum Tigurinis & Cimbris facto fœdere Romanis ſeſe oppoſuiſſe. Paruit autem Tugium initio nobilibus, poſtea in Auſtriorum poteſtatem venit, à quibus deſerti iunxerunt ſe publico fœderi Anno M.CCC.LII. Supra Tigurum ſeptentrionem verſus eſt ERGOIA in qua oppidum Baden, medio inter Confluentias & Tigurum ſpatio; in quo ob loci opportunitatem Heluetij conuentus ſuos celebrant. In eius oppidi ſuburbio vicus eſt in vſum balneorum exſtructus ad vtramque fluminis ripam: Sunt enim fontes illi celebres ab inſigni aquarum virtute: itaque ingens eò vndique multitudo confluit, genialiter viuens, & cuticulam curans potius quam valetudinem. Aquæ ſulphureæ ſunt & aluminoſæ; pituitam excoquunt, ſtomachum calefaciunt, Hepatis & ſplenis obſtructiones diſcutiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

95



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ALSATIA duplex eſt, ſuperior & inferior: Eam ab Heluetia Rhenus, à Lotharingia mons Voſagus diſcludunt: cætera ad meridiem & boream Burgundia & Wirtenbergenſi ducatu terminantur. Eſt autem egregia huius ſoli fertilitas; qua & indigenas vberi fœcunditate ditat, & exterorum neceſsitati proſpicit, tritico, vino, caſeo, armentis: norunt hoc Heluetij, Sueui, Bauari, Lotharingi: qui idcircò hunc tractum *Cellam* vocant *pennariam*: & *Germaniæ nutricem*. Fuit autem olim vt ſitu ita & ditione Gallica. Patet in longitudinem milliaria Germanica nouem: Latitudo eius ad montes eſt mill. Germanicorum trium: niſi quod apud Haganoam ſit planities amplior. In hoc autem tam exiguo tractu oppida nunc ſunt XLVI. Triboci eum olim coluere. Inferioris caput eſt *Argentina* quam Marcellinus & Sextus Aurelius vocant Argentoratum, Ptolemæus Legionem octauam Auguſtam: Rhegino Straſburgum: quod nomen inde ab Attilæ temporibus obtinuit: monſtraturque hodie via militaris quam *Stras* vocant, à qua & Burgo nomen vrbi inditum: quam nunc ciuium comitas, legum æquitas, ſcholæ eruditio, templi maieſtas, turris nobiliſsimæ ſtructura, ſitus opportunitas vehementer commendant. Occaſum verſus ſunt Tabernæ ſedes Epiſcopalis: Tres enim Tabernas memorant, quas etiam nominum adiectione diſtinguunt, Alſaticam, Rhenanam & Montanam. In ſuperiore Alſatia eſt Rubeaquum, oppidum antiquum, nomen ei à riuulo cuius fundus ruber. Eſt & *Seleſtadium* patria B. Rhenani: & *Colmaria* vrbs amœniſsima.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

96



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

WESTRASIA quam vulgus *Weſtreich* vocat, continet veteres Moguntiacos, Vangiones, Nemetes: Hodie in illo tractu præter Epiſcopos ſunt Dux Bipontinus, & duo Comites, Biducenſis, Leiningenſis. MOGVNTIACVM vetus ciuitas qua ſe ex aduerſo Mœnus in Rhenum exonerat; Multa de illa Tacitus. Exſtant etiam hodie in ea crebra vetuſtatis monumenta, & imprimis memorabilis eſt ingens illa moles extra vrbem quæ à forma glandis *Eichſtein* vocatur crediturque opus eſſe Druſi. Hic Rhenus ligneo ponte ſtratus aliquando fuit, cuius longitudo erat D. paſſuum: Eum pontem ferunt ſubito incendio deflagraſſe neque vnquam poſteà reſtitutum. Carocus Wandalorum Rex muliebre matris conſilium ſequutus hanc vrbem euertit. Adolphus Naſſouius de Epiſcopatu contendens cum Theodorico Iſenbergio eam aſtu cepit, ornauitque mirificè, exſtructa etiam arce ad Rheni ripam, & erecta fundataque Academia. WORMACIA creditur eſſe Ptolemæi Borbetomagus. Atqui Ptolemæus Vangionibus adnumerat Borbetomagum, & Vangiones Nemetibus poſtponit. Sed corrigendus eſt locus: reuera enim Nemetes Vangionibus ſuut νοτιώτεροι, quum ex Ptolemæi deſcriptione videantur eſſe βορειότεροι. Ammianus lib. XVI. hoc ordine ciuitates enumerat, *Argentoratum*, *Brocomagum*, *Tabernæ*, *Saliſo*, *Nemetes*, *Vangiones*, *Moguntiacum*, ſequutus ſcilicet fluxum Rheni: at contra nitentibus Moguntiacum ſequentur Vangiones, quorum vrbs Borbetomagum. Hos, Nemetes, in quibus Rufiniania. Nam quod idem Ptolemæus etiam in Nemetibus ponit Νοιόμαγον, manifeſtè peccat, quum id ſit Treuirenſium. Sed in Ptolemæo non raro mutata eſt τοποθεσία. Rufiniana igirur Spiram interpretamur: SPIRÆ nomen hobet à pago quem Rudigerus Epiſcopus Anno M. LXXXIII. mœnibus incluſit. Aucta poſteà eſt à Conrado ſecundo. Ager Nemetum magna ex parte nunc Palatini Comitis eſt.

KB Den Haag

97



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TREVIRENSIVM antiqua admodum ditio eſt, in Mediomatricibus. Vrbem Moſella mediam præterlabitur, itaque eleganter Auſonius:

Salue amnis laudate agris, laudate colonis
Dignata imperio debent cui mœnia Belgæ,
Amnis odorifero iuga vitea conſite Baccho,
Conſite gramineas amnis viridiſſime ripas.
Nauiger vt pelagus, deuexas pronus in vndas
Vt fluuius, vitreoque lacus imitate profundo,
Et riuos trepido potis æquiparare meatu,
Et liquido gelidos fontes præcedere potu.
Omnia ſolus habes, quæ fons, quæ riuus, & amnis,
Et lacus & binio refluus munimine Pontus.

Artium & linguarum ſtudia commemorare nihil attinet, quum ex media etiam Italia eo contendiſſe pleroſq; certum ſit. Armis ita potẽtes fuere, vt duce Ambiorige Cottam & Sabinum legatos Cæſaris apud Eburones interfecerint, tota fũditus legione deleta. Sed capti poſtea ſunt à Labieno. Fatetur Cæſar, hanc ciuitatem propter Germaniæ vicinitatem cotidianis exercitam bellis, cultu & feritate non multũ abſimilem à Germanis fuiſſe, neq; imperata vnquã niſi exercitu coactã feciſſe. Tantũ ſcilicet antiquitus fuit Belgis libertatis ſtudiũ. Mõtes in hoc tractu ſunt, Meliboci, Agnobi. Silua Arduenna variè diffunditur, diciturq; pro locis modo *Weſter Walt*, modo *Dyder Walt*. Comitatus ſunt *Manderſcheyt*, *Keihel*, *Weireneborgh*, *Gerreſteyn*, *Veldentz*. Baroniæ *Winnenbergh*, & *Bilſtein*. Vrbes præter Auguſt. Treuiror. ſunt ad Moſellã. *Niuomagum Vendenz*, *Cella Beilſtein*, *Confluentia*, & alibi alię.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


Coloniensis
Dioeceſis
Miliaria Germ
1 2 3
MARCK
COM.
BERGHE
DUCA
TUS
STIFT
COL LEN
STIFT
TRIER
PALA
TINA
TUS
PARS
Catze
nellenbogen
Coln
Bon
Blankenberg
Lennep
Wiſſen
Dern
Vilmar
Dietz
Kirpach
Limpach
Koblentz
Boppart
Caſtellaun
Cochem
Bernca§tel
Hildeſheim
Blankenhei
Ruſferſcheit

HÆC Vbiorum veterum ſedes fuit ad vtramque Rheni ripam. Eos Agrippa Rhenum transgreſſos in fidem accepit; paſſusque eſt oppidum condere, in quod poſtea eius neptis Agrippina Iulia, Claudij vxor, & Neronis mater, poſtquam Auguſtæ titulo aucta fuit, vt vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret, vtque vrbem in quâ genita fuerat ampliorem redderet, veteranos coloniamque deduci imperauit, nomenque ei coloniæ ex vocabulo ſuo indidit. Ex eo igitur Colonia Agrippinenſis dici cœpit, quæ antea Vbiorum oppidum vocabatur; ſupra eam haud procul à Bonna creditur fuiſſe Pons Cæſaris. In Vbiorum finibus fuit *Tolliacum*, vt refert Tacitus lib. IV. Hiſtoriarum. Videntur autem veteres Vbij etiam loca illa inſediſſe quæ nunc Marchiæ Comitatui & Ducatui Bergenſi adſcribuntur. Hodie Epiſcopalis ditio ampla eſt. Vrbs duplici foſſa cingitur, parœcias habet XIX. BONNA in eodem tractu eſt, vrbs Tacito non ſemel celebrata: ſita eſt in amœna planitie, vbi montes Rhenenſes qui a Bingio deſcendunt Rhenumque includunt, finiuntur. Eſt etiam in aduerſa Rheni ripa contra Coloniam oppidum *Duits*, opus Conſtantini, qui illud in terra Francorum, nam hi proprie Galli non erant, exſtruxit: Agnoſcit illud quoque Ammianus, vbi Diuitenſes milites commemorat.

KB Den Haag

GERMANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


GERMANIA
Germanicum
Mare
An
glia
Pars
Sene
Galliæ
SEPTEN
MERI
OCCIDENS
ORIENS
Mil. Germanica Comu
Slefwick
Londen
Lubec
Hamburg
Bremen
Leewarden
Amsterdã
London
Dover
Ghent
Leuven
Coln
Trier
Francfort
Metz
Mens
Spier
Straesburg
Heidelberg
Baden
Basel
Paris
Roan
Senlis
Chalon
Langres
Lucerẽ
Chur
Venetia
Augspurg
Vlm
Eistet
Regensburg
Nureburg
Bamberg
Wurtzburg
Erfurt
Caßel
Leyptzigh
Wittenberg
Halberstat
Braufwijck
Munster
Wesel
Arnhem
Groninge
Embden
Stetin
Berlin
Stolp
Dantzik
Conincsperg
Nidenburg
Thorn
Plocezko
Warzow
Lublin
Cracow
Sandomir
Breslaw
Nißa
Glogaw
Praga
Pilsen
Budweis
Olmuntz
Vienna
Passaw
Saltzburg
Villach
Insprück
Cassonia
Neusol
Agran
Buda
Coloc
Seged
Pettaw
Cilia
Triest
Zigeck
Senia
Aquileia

G ERMANI alio nomine *Rheni*, *Alemanni*, & *Teutones*, dicti ſunt. RHENI à fluuio, vt auctor eſt Stephanus. GERMANORVM appellationem Strabo à Romanis fluxiſſe putat, quod eſſent Gallis perſimiles. *Regionem*, inquit, *trans Rhenum ad ortum vergentem Germani colunt, perparum à Gallica natione recedentes, nam & feritatis immanitate, & proceritate corporum, & colore flauo, quam maximè ad Gallos accedunt: forma verò & moribus & viuendi ratione ſunt ijdem. Idcircò iure mihi Romani hoc illis nomen videntur indidiſſe*, ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι, γνήσιοι γὴν οἱ γερμανοὶ κατὰ τὴν Ρωμαίων διάλεκτον. Tacitus aliam originem refert. *Germaniæ*, inquit, *vocabulum recens & nuper auditum eſt: quoniam qui primum Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerunt, nunc Tungri nunc Germani vocati ſunt: ita nationis nomen non gentis*, ait, *valuiſſe paulatim, vt omnes primum à victore ob metum, mox à ſeipſis inuento nomine Germani vocarentur.* Alij Germanos dictos putant à charitate & affectu germano, eo maximè argumento, quod etiam hodie ſocietatis omnes arctiores vocant *Bruderſchaft*, amicos *Bruders*, & *Lantzman.* Alij à germinando, quod in Germania maxima ſit hominū frequentia, quæ in alias terras ſeſe frequenter exonerârit. Sunt etiam qui Germaniæ originem non à Latinis ſed ab ipſis indigenis petendam contendant, quod in aliarum gentium vocibus fieri debet, & ab Herodoto in Exampæo, Arimaſpe, Mende, à Plinio in Aſtuſape & Aſtabora factitatum eſt. His igitur Germani videntur ab inſigni fortitudine appellati, quaſi *Gaar mannen*: & hæc quidem ratio multis videtur vero eſſe ſimilior, præſertim quum & ALLEMANNORVM eadem planè & origo ſit, & ſignificatio. Nam qui à Lemanno deriuant Allemanniam, neſcio quo iure Germaniam velint appellatam à lacu qui eſt extra eorum limites, in Sabaudia: niſi forte quis Acronium lacum putet eſſe Lemannum, cuius in vtraque ripa Allemannos habitaſſe auctor eſt Ammianus lib. XV.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Et quamuis vtramq; hanc, Germanorum inquam & Allemanorũ gentem nonnulli confundant; tamen obſeruatum eſt, diſtinctas eas fuiſſe. Spartianus in vita Marij. *Omnis Allemania, omniſque Germania, cum cæteris quæ adiacent gentibus.* Fl. Vopiſcus in vita Probi. *Teſtes ſunt Franci, inuijs ſtrati paludibus, teſtes Germani & Alemanni, longè à Rhens ſemoti littoribus.* Spartianus in Caracalla. *Quum Germanici & Parthici & Arabici, & Alemannici nomen aſcriberet, nam Alemannorum gentem deuicerat.* Walafridus etiam mediæ ætatis non contemnendus autor, in vita B. Galli, Alemannorum nomine tantum cenſet Rhetis proximos, & ſupra Acronium Rhenumque, tum in occaſum ad Tigurinum lacum & Limagum habitantes, vbi hodie longè lateque Heluetij ſiti ſunt: Exſtat autem hodieque Alemannorum agri nomen vetus, *Algown*, pro eo quod integrius olim dicebatur *das Almangow*, hoc eſt Alemannorum ager ſiue conuallis, ſupra Brigantium & lacum Acronium. Forte etiam Germani Alemannique à Manno Deo patrio appellati ſunt. Tacitus. *Celebrant carminibus antiquis (quod vnum apud illos memoriæ & Annalium genus eſt) Thuiſtonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis, conditoreſque.* Ex quo loco etiam apparet TEVTONAS qui vernaculè *Duitſchen*, Italis *Tedeſchi*, & à quibus Teutonici vocantur, & regio *Teutſchland* nomen habere à Thuiſtone, quem alij vocant Thuyſconem creduntque filium fuiſſe Noachi. Eos Strabo collocat in Norico: quidam opinantur fuiſſe contra Coloniam Agrippinam, locumque eum idcircò *Teutſes* denominatum, Porrò in limitibus Germaniæ adſignandis non coſentiunt inter ſe omnes. Antiquiſsimi Germaniam definiuere Rheno, Danubio, Oceano, Tanaï & Ponto Euxino. Poſteriores, quos inter Strabo, Ptolemæus, Mela, Plinius, ac plerique ſcriptores Græci & Latini, Rheno claudunt & Viſtula; Tacitus non tam Viſtula quam mutuo metu aut montibus Germanos ſcribit à Sarmatis Daciſque ſeparari. Hodie Germanos vocant eos omnes, qui lingua vel dialecto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dialecto vtuntur Germanica. Itaque extra Ptolemæi fines, vltraque Danubium continent Rhetiam, Vindeliciam, ſuperiorem Pannoniam, partemque Illyrici, ad Tridentina vſque clauſtra. Vltra Rhenum quoque occupauerunt Germani Romanorum colonias & præſidia, Conſtantiam, Auguſtam Rauracorum, Argentinam, Nemetes, Vangiones, Moguntiacum, Confluentiam, Bonnam, Coloniam Agrippinam, aliaque loca ad mare vſque. Nam vt teſtatur Ambroſius 2. Hexaem. Rhenus olim Romani imperij limes fuit; inque eius ripa Gallica præſides Romanorum perpetuò Germanos oppugnabant, partim vt eorum excurſiones prohiberent, partim vt in eos ipſi infeſti excurrerent, partim etiam vt deficientes ad ſe Germanos in ea loca reciperent. Atque hæc cauſſa eſt, cur in altera Rheni ripa multæ admodum & peruetuſtæ ciuitates conſtitutæ ſint, in altera verò nullæ: quod etiam in Danubij ripa obſeruari debet. Heluetij quoque Germanis hodie adnumerantur: & Pruteni vltra Viſtulam: vt hodiernus limes Ptolemaico multis modis amplior ſit. Nam ab Occaſu Rhenum tranſgreſſus, vſque ad Picardiam & Burgundiam, Galliæ partes, extenditur. A meridie, vltra Danubium ad Alpes vſque: ab Ortu, vltra Viſtulam Bruſſos continet. Septentrionalis limes eſt Oceanus. Fuerunt autem Germani excurſionibus frequentibus vicinis omnibus metuendi. Germani Rhenum tranſducti, propter loci fertilitatem Gallos quondam expulere, Belgiamque coluere, vt auctor eſt C. Cæſar Comm. 2. de bello Gallico. Vbij antiquitus Sueuis vicini, quum grauius ab illis premerentur, Rheno tranſſumiſſo iuxta Coloniam conſedere. Catti in Britanniam ſe exonerauere. poſteà maxima Longobardorum, Cimbrorum, Nortmannorum, Gotthorum examina ſe in Galliam, Italiam, Hiſpaniam effudere. Gentes Germanorum antiquitus infinitæ, quarum nomina (vt rectè ſcripſit Mela Pomponius) vix eſt eloqui Romano ore, ob aſperiem litterarum. Sub *Vindilinis* erant Burgundiones,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Varrini, Carini, Guttones. Sub *Ingæuonibus* Cimbri, Teutoni, Cauchi. Sub *Iſtæuonibus* (hi Rheno erant proximi) Cimbri mediterranei. Sub *Hermionibus* Sueui, Hermunduri, Catti, Cheruſci. Sub *Peucinis* Baſternæ, Dacis contermini. Oppida ipſis pauca, nec munita; Pagi frequentes, quos *Gouw* vocauerunt. Hinc *Nortgouw*, *Briſgouw*, *Rhingouw*, *Meingouw*, *Zabergouw*. Poſteriore æuo Germania tota in duas partes diuiſa eſt, *Superiorem* ſcilicet & Alpibus propinquiorem, quæ *alta Germania ſiue Allemannia* vulgò dicitur; & *Inferiorem* quæ Septentrioni & Oceano eſt vicinior, diciturque *Germania baſſa*. In Superiore Germania ſunt regiones iſtæ. *Heluetia*, *Alſatia*, *Wittenbergum*, *Franconia*, *Sueuia*, *Bohemia*, *Morauia*, *Bauaria*, *Auſtria*, *Hungaria*, *Tirolus*, *Stiria*, *Carinthia*, *Carniola*. In Germania Inferiore ſunt *Belgia*, *Weſtphalia*, *Cliuia*, *Iuliacum*, *Leodium*, *Treuirenſis ditio*, *Haſſia*, *Turingia*, *Saxonia*, *Marchia Brandeburgica*, *Luzatia*, *Mansfeldia*, *Sileſia*, *Dania*, *Holſatia*, *Pomerania*, *Pruſſia*. SILVÆ in ea celebriores ſunt, Martiana, quam nigram hodie vocant, & Hercinia: quæ pro regionibus & ſitu vario nomen mutant. Hæ ſiluæ valli inſtar Germanis aduerſos Romanos fuerunt, quemadmodum paludes & fluuij, foſſarum. Capitolinus in Maximinis. *Ingreſſus Germaniam Transrhenanam, per* CCC *aut* CCCC *millia, Barbarici ſoli vicos incendit, greges abegit, prædas ſuſtulit, Barbarorum plurimos interemit, cepit innumeros, militem diuitem reduxit, & niſi Germani per amnes & paludes in ſiluas confugiſſent, omnem Germaniam in ditionem Romanam redegiſſet.* Tacitus. *Germania in vniuerſum aut ſiluis horrida, aut paludibus fœda; humidior qua Gallias, ventoſior qua Noricum & Pannoniam aſpicit.* FLVVII nobiles totam Germaniam irrigantes, & ad nauigationem opportuni, ſunt, Danubius, Rhenus, Amaſius, Mœnus, Neccarus qui antiquis *Nicer*, Albis, Odera, qui *Viadrus*, alijque complures, qui vel in mare vel in grandiorem aliquem fluuium deferuntur. *Danubius* Plinio & Straboni Iſter, vulgò *Done* & *Donaw* dicitur. Mela tamen tradit non

totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

totum Danubium, ſed partem eius Iſtrum appellari, & quidem ſuprà cataractas putant quidam dici Danubium, infrà Iſtrum. Hunc ſecundum Nilum amnium qui in mediterraneum pelagus fluunt maximum, Salluſtius ſcripſit: Strabo etiam omnes Europæ fluuios ſuperare. Eius fons eſt in ſilua Hercinia ad montem Adnobam, in valle, pago quem vocant *Thun eſchingen*, quem Tiberius viſendum ſibi exiſtimauit. Herodotus è Pyrenæis iugis oriri credidit, cuius fidem Ariſtoteles ſequutus eſt ſecundo Meteorologico: Pyrenæos iſtos Maginus ponit in Germania, vt errorem excuſet grauiſsimorum ſcriptorum. Fonte ſuo prolapſus, diuagatur in paluſtria, mox in alueum receptus & ſubinde allabentibus riuis auctior, Vlmam petit: ibi *Ilerum* accipit clariſsimum amnem ex Almangauijs, poſteà in Pontum euoluitur, oſtijs vt Dionyſius, Strabo, Herodotus prodiderunt, quinque: vt Plinius, ſex; vt Ammianus & Solinus, ſeptem, tanto impetu & vndarum copia, vt LX millium paſſuum longitudine vincat mare. Valerius Flaccus lib. 8.

Hand procul hinc ingens Scythici ruit exitus Iſtri,
Fundere non vno tantum quem flumina cornu
Accipimus, ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pandit.

RHENVS nobiliſsimus Germaniæ fluuius, de quo in Sabaudiæ & Bataniæ deſcriptione nonnihil, initio biceps eſt: alter riuus dicitur prior Rhenus; alter, poſterior: inde duos efficit lacus, Acronium ſiue Conſtantienſem, & Cellenſem: poſteà recipit Arolam, Birſam, Vieſam, Illam, Bruſſum, Neccarum, Mœnum, Nahan, Moſellam, Lauam & Lupiam: Deniq; in plures ſciſſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

partes nomen vix retinet : pars læua Vahalis dicitur, cui miſcetur Moſa : dextera duobus iterum ramis Iſalam efficit & Leccam, cuius exiguus & tenuis riuus antiquo Rheni alueo per Hollandiam fertur vſque ad *Catuicum*, quò loco obſtructo arenis vetere Rheni oſtio, aquas & nomen nobiliſsimi fluminis amittit. AMASIVS Ptolemæi, Pomponio dicitur Amiſius, Straboni Amaſia, hodie *Eems*. Hic ortus in Weſtphaliæ montanis, inter Friſios & Bremenſes Oceano miſcetur. Tacitus libro primo in Teutoburgenſi ſaltu inter Lupiam & Amiſiam tres Vari Legiones fuſas tradidit. MOENVS Græcè μένος Franconiæ regionis amnis ortus in Bohemiæ montibus, iuxtà Moguntiacum Rheno miſcetur, Germanoſque inferiores à ſuperioribus cis Rhenum diſpeſcit. Eius litteræ Græco computo efficiunt CCC. LXV. totidem quod ſunt in anno dies. NICER ſiue Neccarus fontes habet duarum penè horarum interuallo diſtantes à Danubio, lapſuſque per agrum Wirtebergicum Rheno recipitur ſupra Heidelbergam. ALBIS quem Strabo vocat Albium è Bohemorum iugis ortus, vndecim fontibus in vnum confluentibus, Saxoniam totam prælabitur, & ſupra Hamburgum influit in Oceanum. Atque hi quidem potiores Germaniæ fluuij. ACADEMIÆ & Gymnaſia publica in Germania permulta ſunt. Baſileæ, Coloniæ Agrippinæ, Dillingæ, Moguntiæ, Marpurgi, Lipſiæ, Ingolſtadij, Heidelbergæ, Gripſualdæ, Friburgi Briſgoiæ, Francofurti ad Oderam, Erphordiæ Turingorum, Pragæ, Roſtochij, Regiomonti, Tubingæ, Viennæ in Auſtria, Vratiſlauiæ, Wittenbergæ, Herbipoli, de quibus ſingulis ſuo loco dicturi ſumus. ARCHIEPISCOPATVS ſunt in vniuerſum ſeptem, Moguntinus, Colonienſis, Treuirenſis, Magdeburgenſis, Saltzburgenſis, Bremenſis, & Rigenſis. Quondam verò Germani corpore quidem robuſtiſsimi, animo verò rudes, & ad arma magis quam ad artes prompti fuere. Adſueti parſimoniæ, vino maximè abſtinuerunt, idque ne importari quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dem ad ſe paſsi ſunt, quod ea re molleſcere homines atque effæminari arbitrarentur: auri & argenti maximam peſtem rati, in ſolo pecore opes ſuas ſtatuerunt: peregrinum hoſtem nec pretio illecti, nec vi impulſi vnquam receperunt: quod partim modeſtia gentis factum eſt, quæ nulla externa mirabatur, partim fortitudine, qua inuadentes propulſarunt. Idcircò linguam Germanicam minimùm exterarum gentium ſermone pollutam infectamque arbitror; nunquam enim tota extero Principi paruit. A Romanis quidem in quos hoſtilem geſsit animum, vt auctor eſt Strabo, crudeliter petita, ſæpiuſque inuaſa eſt, eductis etiam contra Germanos Mauris, Oſdroënis, Parthis, vt in Maximinis teſtatur Capitolinus: ſed nunquam victa, ſæpe imò victrix fuit, tribus ſub Auguſto legionibus ſuperatis, vt teſtatur Suetonius. Carbonem Caſsium, Scaurum, Aurelium, Seruilium Cepionem, Manlium, magnos imperatores modò cæſos, modò fugatos vidit. Poſt D. C. X L. annum ab V. C. Germanorum arma primum Romani in Cimbris experti ſunt; à quo tempore ad Traiani Imperatoris alterum Conſulatum anni ſunt C C. & X. quibus annis Germania non victa, ſed petita eſt: non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ, Galliæue, ne Parthi quidem Romanis infeſtiores; quippe regno Arſacis acrior ſemper Germanorum libertas. Ac de his rebus omnibus certiora multò amplioraque haberemus, ſi nobis C. Plinij libros X X. bellorum Germanicorum temporis non inuidiſſet iniuria. Sed hæc fuere: Hodie Germanorum par corporibus robur, animi longè cultiores: nam admiſsis exterarum gentium commercijs, humanitatem, eruditionem, ſapientiam ſimul admiſere. Teſtantur id permulti omnium artium genere inſtructiſsimi viri: teſtantur linguarum, Græcæ, Latinæ, Hebraicæ peritiſsimi: Hic diſerti Oratores, hic acuti diſputatores, hic abſoluti Arithmetici, hic Aſtronomi exactiſsimi inueniuntur, Geometras verò nulla Europæ vel orbis regio magis conſummatos dabit. Specta æris fun-

 dendi

dendi cudendiq; peritiam, ſpecta metallorum tractandorum ſcientiam: ſpecta medicinæ accuratam cognitionem. Hæc primum machinas tormentaque ahenea inuenit, prima typographiam noſtro orbi dedit: prima horologiorum confectionem demonſtrauit: denique ita Germania omnium artium aſylum facta eſt, vt nullam elegantiorem ſcientiam admiſerit, quam non exornarit, auxerit, poliuerit; multas verò ipſa inuenerit. Iam, SACRA ROMANI IMPERII SEDES, quæ in Occidentem Orientemque diuiſa, varijs multarum gentium excurſionibus labefactata, diſsidijs lacerata, mole ſua ruinam minitabatur, relicta Italia, non alia potius regione, quam Germanica, præſidium, robur, ſalutem quæſiuit, electo in Imperatorem Carolo magno Francorum Rege, quem *Ingelhemij* (pagus eſt ſecundo milliari à Moguntiaco) natum ferunt, atque ibidem nobile exſtruxiſſe palatium, cuius rudera adhuc viſenda ſunt. Manſit imperium in ſtirpe Carolina annos centum, & quod excurrit: quâ deficiente, tranſlatũ eſt ad Conradum Franconiæ ducem quem Henricus Auceps ſequutus eſt: hunc Ottones tres: quorũ vltimus quum intelligeret Romanos Creſcentio Conſule rurſum adfectare Imperij titulum, coacto exercitu Romam cepit, impetrauitque à Gregorio Pontifice vt ius eligendi Romanum Imperatorem, perpetuò apud Germanos permaneret. Impetrauit autem hac lege, vt electus primum vocaretur Cæſar & Rex Romanorum: poſteà verò accepta à Pontifice corona haberet titulum Imperatoris Auguſti. Electores conſtituti ſunt ſeptem: è quibus Archiepiſcopi tres, quos Imperij Archicancellarios vocare placuit, Moguntinus Germaniæ, Colonienſis Italiæ, Treuirenſis Galliæ: Quatuor Principes quos vocãt ſeculares, Dux Saxoniæ Enſifer: Marchio Brandeburgicus Camerarius: Comes Palatinus Rheni, Dapifer: Rex Bohemíæ, pincerna: Sed is in eligendo Imperatore ſi reliqui conſentiant, vel ſi altera pars maior ſit, ſuffragium non habet: Quum verò ſententiæ pares hærent, Bo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rent, Bohemus in quamcumque partem inclinauerit negotium decidit. Ab his poſt exceſſum Ottonis primus lectus eſt in Imperatorem Henricus cognomento Sanctus. Eandem electionis formulam poſteà Imperator Carolus quartus in bullam auream quæ hodiè exſtat, redegit. Inſequentibus temporibus varia officia in Germania conſtituta ſunt, ad augendum Imperij decus. *Duces* quatuor, Brunſuicenſis, Bauarus, Sueuus, Lotharingus. *Lantgrauij* quatuor, Thuringiæ, Haſſiæ, Luchtenberg, Alſatiæ. *Marchiones* quatuor Miſnenſis, Morauus, Badenſis, Brandeburgicus. *Burchgrauij* quatuor, Meidenburgicus, Noribergenſis, Reneck, Stomburgenſis. *Comites* quatuor, Cleuenſis, Suarrſenburgicus, Ciliæ aut Gretſij, Sabaudus: & iſtiuſmodi alia complura. Ciuitates liberæ in Germania numerantur LXXXIV. Imperij membra tria: primum eſt electorum: ſecundum Principum & nobilium, quibus adcenſentur Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Palatini, Comites, alijque nobiles: tertium conſtat ex liberis ciuitatibus. Præterea ad vitanda ſchiſmata in Imperio, & ad mutuam Principum Germaniæ defenſionem imperium in decem ditiones diſtributum eſt: eas aliter circulos vocant, *Creytz*. Hi ſunt Circuli Franconiæ, Bauariæ, Auſtriæ, Sueuiæ, Electorum Rheni, Germaniæ inferioris ſiue Weſtphaliæ, Saxoniæ ſuperioris, Saxoniȩ inferioris, & Burgundiæ.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

100



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GERMANIA INFERIOR quænam propriè antiquis dicatur, Belgica item propriè quænam, alibi oſtenſum eſt. Hodiè Belgicam & Germaniam inferiorem, ſiue *Nederlant*, indiſtinctè pro eodem vſurpant, confuſis Germaniæ Galliæque limitibus. Fines ſunt ab Aquilone Oceanus, ab Auſtro Lotharingi, Veromandui, Picardi: ab ortu Amiſius, Weſtphalia, cum parte Rheni ſuperiore. Vicinos autem habet hos Principes, Comitem Friſiæ Orientalis, Epiſcopum Monaſterienſem, Archiepiſcopum Colonienſem, Regem Galliæ. Continet verò tabula noſtra Geographica prouincias ſeptendecim quas Carolus quintus Imperator omnes poſſedit, ac præterea Epiſcopatum Leodienſem, Ducatum Iuliacenſem, cum Cliuienſi, quæ Belgiæ propriè dictæ, & Germaniæ inferioris vix dimidia pars eſt. Sunt autem in Prouincijs hiſcę Ducatus quatuor *Brabantiæ, Limburgi, Lutzenburgi, & Geldriæ*. Comitatus ſeptem, *Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & Zutphaniæ*. Marchionatus vnus *ſacri Imperij*. Dominia quinque, *Friſiæ occidentalis, Mechliniæ, Vltraiecti, Tranſiſalaniæ, & Gruningæ*, regiones cultiſsimæ, vt in quibus (teſte Ludouico Guicciardino) numerantur vrbes foſsis & vallo munitæ CC. VIII. Pagi autem ſex mille, trecenti atque amplius, præter arces, monaſteria, villas, aliaque ædificia ſingularia, quorum numerus penè eſt infinitus. Atque hæ omnes Prouinciæ quomodo coniunctæ ſint, inque vnum corpus coaluerint, quomodo item ad Carolum quintum & filium eius Philippum deuolutæ ſint, operepretium eſt cognoſcere. Ludouicus Malanus Comes & Dominus Flandriæ, Niuerniæ, Raſtellæ, Salinarum, Antuerpiæ & Mechliniæ: poſt matris verò obitum Comes Burgundiæ & Arteſiæ, vxorem duxit Margaretam, filiam Ioannis ducis Brabantiæ, quo coniugio ipſe Dux Brabantiæ, Limburgi & Lotharingiæ factus eſt. Ex hac vnicam filiam genuit Margaretam, ditionum patriarum hæredem: quę anno M. CCC. LXIX. Gandaui nupſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Philippo Valeſio Duci Burgundiæ, cui ob virtutem ſingularem cognomentum fuit Audacis. vixit is annos LXX. Obijt Hallæ iuxta Bruxellam, anno Chriſti M.CCCC.IIII. Liberos reliquit Ioannem, Antonium, Philippum Valeſios: Catharinam, Mariam, & Margaretam. Hi omnes coniugio res patrias auxerunt. Catharina, Lupoldo duci Auſtriæ nupſit: Maria, Amedæo duci Sabaudiæ: Margareta, Comiti Hollandiæ & Hannoniæ: Antonius Valeſius à patre conſtitutus Dux Britanniæ Lotharingiæ & Limburgi, vxorem duxit Eliſabetham duciſſam Lutzenburgij, ex qua filios ſuſcepit, Ioannem, maritum Iacobæ Comitis Hollandiæ, & Philippum, ambos Britanniæ duces. Antonius cum fratre natu minimo Philippo Valeſio perijt in bello Gallico ad Terrouanam anno M. CCCC. XV. Filij Antonij ſine liberis poſtea exſtincti, patruum Ioannem Valeſium hæredem reliquerunt. Ioannes igitur Valeſius qui intrepidus dictus eſt, quum eſſet è fratribus natu maximus, anno M. CCCC. IIII. patri ſucceſſit, auctuſque fratrum nepotumq; obitu multis & amplis ditionibus, miſere & præter fas trucidatus eſt anno M.CCCC.XIX. à Carolo Duce Aurelianenſi, cum quo capitales inimicitias & quidem apertas quamdiu vixit ſuſceperat. Liberos reliquit, Philippum, Margaretam, Iſabellam, & Catharinam. *Philippus* cognomento *Bonus* vel *Pius*, XXIII. ætatis anno patri ſuo ſucceſſit in Ducatu Burgundiæ, Comitatu Flandriæ, Burgundiæ, Arteſiæ, Marchionatu imperij, Salinarum & Mechliniæ: Hic Atrebati cum Duce Aurelianenſi Caroli filio pacem contraxit, eumque è carcere in quo annos iam XXV. ab Anglis detentus fuerat, liberauit, ſoluto inſuper pretio redemtionis, & ſorore Maria ipſi in vxorem data. Hic obitu Theodorici Comitis Namurcenſis factus eſt eius Comitatus hæres: obitu Philippi, auctus eſt Ducatibus Brabantiæ, Lotharingiæ & Limburgi. obitu Iacobæ, Comitatibus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ. Ducatus quoque Lutzenburgicus ei acceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ei acceſſit ab Eliſabetha, Antonij patrui ſui vidua. Ita factum eſt, vt vnius Philippi Boni imperio ſubiectæ fuerint ampliſſimæ & opulentiſſimæ prouinciæ, Burgundiæ vtriuſq;, Brabantiæ, Limburgi, Luzenburgi, Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Friſiæ, Mechliniæ, & Marchionatus Imperij. Vxorem is habuit Iſabellam Portugalliæ regis filiam. vixit annos LXXII. obijt anno M. CCCC. vno filio tot Prouinciarum hærede relicto *Carolo Audace*: qui non tantum patrium imperium ſeruauit, verum etiam auxit, adiuncta Gelria, Sutphania, & Ducatu Iuliacenſi. De bello eius aduerſus Heluetios & clade ad Nanceium diximus in deſcriptione Lotharingiæ. Atq; hic eſt Carolus ille Caroli V Imperatoris abauus, nati anno M.D. ex Ioanna Ferdinandi regis Aragonum filia; Philippi Auſtriaci vxore: qui Philippus filius fuit Maximiliani Auſtriaci, ex matre Maria filia Caroli Audacis. Sub his Prouinciæ quæ antea plures Dominos habuerant, coniunctæ, in vnum quaſi corpus coaluerunt, atq; hodie communi Belgicæ vel inferioris Germaniæ nomine cenſentur. Aër in his regionibus humidior eſt, ſed tamen qui incolarum ſanitati conducat: æſtates iucundæ, peramœnæ, & temperato calore tolerabiles: non feruent æſtu, non abundant muſcarum culicumque examinibus, non tonitru quatiuntur; terremotus vero rariſſimi. Hyemes longæ, ventoſæ; Spirante Aquilone vel Fauonio, ſubitum excitatur & arctū gelu, Auſtro vero & Zephyro tepeſcit aër, friguſq; in pluuias conuertitur. Ager planus eſt, paucis collibus adſurgēs, exceptis regionibus Lutzenburgi, Namurci, Leodij, & parte etiā Hannoniæ: Multis etiam locis ſabuloſus, præſertim qua Flandriæ, Zelandiæ, Hollandiæq; littora Oceano pulſantur: hic enim aduerſus fluctuum impetū natura colles ſabuloſos inſtar obicū prætendit; mirabili & nunquā ſatis prædicanda prouidētia. Abundat autē frumento, hordeo, ſiligine, lino, cānabi, piris, malis, ceraſis, prunis, nucibus, auellanis.

Arborea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Arborea materies ad cotidianos vſus ſtructuraſque ædificiorum non deeſt. Vites paucæ, niſi fortè Louanij & in tractu Lutzenburgico, è quibus vinum premitur non inſipidum: reliquis locis vuas habent menſis ſecundis quam vino aptiores. Boues, equi, oues, pecora, armentaque nuſquam terrarum fælicius naſcuntur aut aluntur: Equi imprimis grandes, robuſti, bello apti. Boues opimi, præſertim in Hollandia & Friſia, vbi vnus bos pondere ſepiſsimè mille ducentas libras excedit. Ludouicus Guicciardinus homo Italus, cui noſtra Belgia ob accuratiſsimam veriſsimamque deſcriptionem plurimum debet, refert, Comiti ab Hoochſtraten Mechliniæ bouem dono datum, cuius pondus fuerit bis mille quingentarũ viginti octo librarum; quem is proptereà depingendum in Palatio ſuo curauit. Lanæ huius regionis duriores paulò ſunt Hiſpanicis & Anglicis, quod ex pratorum paſcuorumque humiditate fieri exiſtimant. Rubia tinctorum hic abundè colligitur, & per omnes Europæ oras cum magno lucro diſtrahitur. Fodinæ metallicæ magni momenti nullæ. Fontes rari, & non niſi montoſis in locis. Lacus, ſtagna, paludes non tantum ad aquarum vſum, ſed ad piſcium quoque capturas valdè frequentes. Flumina hic perpauca oriuntur, ſed alibi orta, maxima & plurima his locis vel in Oceanum ſeſe exonerant, vel in aliud flumen maius. Præcipua ſunt, *Rhenus, Moſa, Scaldis, Amiſia:* Minora, *Moſella, Liſa, Aa, Sambra, Dela, Deſa, Vidrus, Scarpa*, & alia permulta. De Rheno & Amiſia diximus in Germania. De Moſa in Lotharingia, De Scaldi in Veromanduis, neque eſt conueniens in hac operis breuitate eadem repetere. Lector illa loca conſulere non grauabitur. Habet prætereà hæc regio ſiluas & nemora: Arduennam ſiluam hic ſtatuit C. Cæſar, quam idem tradidit à Rheno fluuio per fines Treuirorum ad Neruios & initium Rhemorum pertinere, & millibus paſſuum amplius D. patere in longitudinem, attingere Menapios, Eburones, Aduaticos, vſque ad Scaldim: hæc noſtro tempore mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

pore multo eſt minor, neque x c. milliaria exſuperat. Mare toti Belgicæ non tantum nauigatio-
nes commodas præſtat; ſed etiam piſces, qui & huic regioni ſufficiunt, & ad vicinas quoque ex-
portantur, vſque in Galliam, Hiſpaniam, Germaniam. Incolæ ſunt formoſi, quieti, parum co-
lerici, parum ambitioſi, parum ſuperbi: non admodum Veneri dediti, ciuiles, aperti, comes,
blandi, ad omnia prompti, ſalſi & interdum dicaces: laborioſi, induſtrij, fideles, grati in bene
meritos, artium omnium ſcientiarumque capaces, libertatis & priuilegiorum auitorum præfra-
ctè etiam ad mortem vſque ſtudioſi. Mulieres formoſæ pudicæ, ſobriæ, rei familiaris ſtudioſiſsi-
mæ, adeò vt & mercaturam exerceant domi, & interdum in vicina oppida commeent, ſine vlla
vel leuiſsima criminis alicuius ſuſpicione. Bello autem iam olim nobiles. Cæſar primo Commen-
tario omnium Gallorum eos vocat fortiſsimos: Secundo Commentar. ſolos eſſe ait qui patrum
memoria omni Gallia vexata Teutones Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent: ea-
que re factum, vti rerum iſtarum memoria magnam ſibi auctoritatem, magnoſque ſpiritus in re
militari ſumerent. Experti id noſtro ſæculo tot peregrini exercitus, qui tanquam tirones cum
veteranis congreſsi, in ciuibus, ruſticis, nautis, ferociam & vim militarem deprehenderunt.
Imprimis verò dediti ſunt artibus Mechanicis, non ſordidis quidem & ſeruilibus, ſed nobilio-
ribus; panni contexendi, lanificia & telas tractandi, aulæa taperiaque conficiendi; quæ non
tantum propriæ regionis vſibus inſeruiant, ſed etiam vlterius in Galliam, Hiſpaniam, Germa-
niam, reliquamque Europam, atque adeò in Africam & Aſiam deportentur. In picturis nulla
æquè natio excellit: nulla in Muſicis: nulla in variarum linguarum cognitione acquirenda.
Oleo colores miſcere primus docuit *Ioannes Eickius* Belga. Vix eſt quiſquam in Flandria, Bra-
bantia, Zelandia, qui non & vernacula, hoc eſt Germaniæ inferioris lingua loqui poſsit, & Gal-
lica:

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

101



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

lica: nautæ, mercatores, & viri litterati, etiam Italicam Hiſpanicam, Latinam, Græcam, plerique norunt: ſunt etiam qui Hebræam, Chaldaïcam, Arabicam; quos inter primas tulit, dum vixit, FRANCISCVS RAPHELENGIVS, multis mihi nominibus coniunctiſsimus, in quo religio, pietas, eruditio, verecundia, modeſtia, ſedem ſuam poſuerant: nihil vt dici de eius virtutibus tam præclarè poſsit, quod non longè ipſo ſit inferius. De Politia verò Belgica deque adminiſtratione harum Prouinciarum laudatiſsima qui ſcire volet, adeat Franciſcum Guicciardinum, cuius de hac re præclarus exſtat in Belgicæ deſcriptione commentariolus.

DESCRIPTIO EPISCOPATVS VLTRAIECTINI.

TRAIECTI ad Rhenum in Itinerario ſuo mentionem facit Antoninus. Noſtri *Vtricht* vocant: Id Iunius ex eo factum putat, quod ibi quintæ triceſimæ legionis ſtatiua eſſent. Itaque quum barbarum & imperitum vulgus videret ſcriptum V. TRIC. LEG. STAT. fecit ex eo VTRIC, quod poſtea abijt in *Vtrecht*. plane vt in Sueuiæ oppido accidit quod vocant *Ganſtant:* nam quum epigraphe oppidi in marmore inciſa haberet LEG. ANT. STAT. hoc eſt *Legionis Antonianæ ſtatiua*, vulgus indoctum extritis prioribus duabus litteris legit GANTSTAT. Quod igitur apud Ammianum Marcellinum exſtat Vtriceſima, id (ſi vera omnino eſt lectio,) inde veniſſe putandum eſt, quod ex V. TRIC. vulgares homines fecerint Vtriceſima. Porrò hæc vrbs Nortmannorum procellis ita fuit oppreſſa Alfridi præſulis tempore, vt is

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vt is coactus fuerit ſedem Epiſcopalẽ Dauentriam transferre; quam inde retaxit ad priſtinam ciuitatem reſtauratam nunc, & muro foſsiſque muniriorem Baldericus Cliuenſis Præſul. Primus hic Archiepiſcopus inſtitutus fuit Willebrordus à Sergio Pontifice, temporibus Iuſtiniani minoris, filij Conſtantij: Willebrordus iſte Britannus fuit, Friſioſque primus Chriſtianæ religionis initijs imbuit: poſteà relicto præſulis munere ad Treuirorum Auguſtam conceſsit, quintoque ab ea vrbe milliario, horrido & ſalebroſo loco, inter montium iuga, monaſterium exſtruxit, *Abſternacum*, quod hodie vocant *Echternac*. Templa in hac vrbe permulta ſunt, primaria verò quinque, B. Martini, Saluatoris, Petri, Ioannis, & Mariæ. Primum illud Cathedrale eſt: cætera collegiata. Poſtremum verò Virgini Deiparæ ſacrum, exſtructum eſt ab Imperatore Frederico Barbaroſſa, Papæ iuſſu, ad ſatisfactionem ſcilicet culpæ à ſe commiſſæ in vaſtatione Mediolani & ſacrorum omnium Mediolanenſium. Quum autem huius ædis fundamenta iacerentur, vorago quædam ſe oſtendit, medio penè templi loco, quæ nulla cæmentorum farctura, nulliſque iniectis molibus, ac ne carbonibus quidem (quibus tamen Dianæ Epheſinæ templum in palude firmatum legitur) oppleri poterat: ſed ſolo taurinorum tergorum ſubſtrato puluino ſtetit: cuius rei memoriam tuetur baſis columnæ voragini impoſitæ hoc diſticho conſignatam,

Accipe poſteritas, quod poſt tua ſæculo narres,
Taurinis cutibus fundo ſolidata columna eſt.

In hac vrbe natus fuit Adrianus V pontifex, infimi ordinis parentibus: Is Louanij linguarum, artium, atque etiam Theologiæ (qualis apud eos erat) ſtudijs tantùm profecit, vt in eadem Academia ad ſummos honores emerſerit: præfectuſque fuerit Caroli V Imperatoris inſtitutioni, à quo primum legatus in Hiſpaniam, poſtea Epiſcopus Dertoſenſis factus eſt, inde

Cardina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Cardinalis, ac poſtremum Papa, quo munere quum XX. menſes functus eſſet, obijt: Mortuo hoc inter cætera poſitum eſt Epitaphium. HADRIANVS VI. HEIC SITVS EST, QVI NIHIL SIBI INFELICIVS IN VITA DVXIT, QVAM QVOD IMPERARET. Exſtat hodiè Vltraiecti domus Hadriani, quam Pontifex extruendam curauit. Inter oppida verò quæ Vltaiectinæ prouinciæ ſubdita ſunt, primum occurrit BATAVODVRVM ad Rheni elicem Leccam, cuius mentionem Tacitus facit lib. V. Hiſtoriarum, vbi Germanorum, qui poſteà Franci dicti ſunt, manum ſcribit adnixam fuiſſe, pontem irrumpere, qui Batauoduri recens fuerat inchoatus: poſtea verò nomen habuit *Duroſtati*, incolæ dicunt *Wyck te Duerſte*. Vrbs fuit potens & opibus florens: ſed à Normannis, qui cuncta ferro & flammis vaſtabant, fœdè exciſa dirutaque. RHENEN, oppidulum eſt quarto à Traiecto milliari ad Rhenum. Tacitus loco iam à nobis citato vocat *Grinnes*, narratque oppugnatum fuiſſe à Claſsico, præfecto alæ Treuirorum, defenſumque fortiter ab incolis cum multorum cæde, quod in eo, vt & Vadæ (quod nunc *Wageningen* dicimus cohortium eſſent alarumq; caſtra. AMERSFORDIA à traiectu Amiſi fluuij dicitur (vulgò *Eems* dicunt) planè vt à Francorum traiectu *Francofurdia*. Oppidum initio paruum fuit, vt ex antiquo vallo & foſſa liquet: poſteà extenſis pomœrijs amplificata. Anno M. XLIII. per deditionem occupata à Martino Roſſemio; Ad ortum & meridiem agros habet frumenti fertiliſsimos, ad occaſum ſiluas: ad Septentrionem paſcua, & interiecto milliari vno, mare. MONTFORTIVM ad Iſelæ fluuij ripam pari interuallo diſtat Iſelſteinio, Oudeuatera, & Woerdeno.

KB Den Haag

102



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TRANSISALANI Francorum veteres ſedes incolunt : id quia accuratè multis verbis à doctiſsimo Hadriano Iunio demonſtratum eſt, nobis ſufficiet paucis indicaſſe. Principio Francorum nomen noſtrate eſſe res ipſa clamat : ſignificat autem liberos : nam Germani inferiores ſeruitij iugique pertæſi, quum opes paululum creuiſſent, nomen ſibi à libertate fecere, ſeque Francos appellari voluere : perinde vt Friſij multò ante idem nomen eodem libertatis ſtudio ſibi tribuerunt. Porrò Friſijs finitimos Francos fuiſſe facile probari poteſt : quum & oppidum *Franicum* veſtigia eius habeat appellationis ; & Agathias circa Rhenum eos collocet, *Circa Rhenum*, inquit, *Franci habitant, huicque adiacentes incolunt terras.* Præthereà Francos Sicambris vicinos fuiſſe, ex eo conſtat, quod illos tanquam vicinos & gentiles coniunxit Claudianus,

Ante ducem noſtrum flauam ſparſere Sicambri
Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci.

Et Sidonius Apollinaris in Conſentij laudibus,

Tu Vidrum, Vahalim, Viſurgin, Albim,
Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares, venerantibus Sicambris,
Solis moribus inter arma tutus.

Sæpe etiam pro iiſdem vſurpantur Franci & Sicambri. Remigius Remorum Archiepiſcopus Clodouæum Francorum regem ſacro lauacro tingendum ſic alloquutus eſt, *Mitis depone colla Sicamber* : idque in Rhemorum ciuitate marmori inſculptum fuiſſe, referunt Abbas Spanhemius, & Gregor. Turon. lib. II. cap. XXXI. Venantius quoque Fortunatus Cheribertum regem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vocat Sicambrum. Francos etiam in *Sicambria reges crinitos ſuper ſe creauiſſe* tradit Gregorius Turon. lib. II. cap. IX. Hæc aliaque attentius penſitanti, perſpicuum erit, Francos veteres primò inſediſſe Tranſiſalaniam omnem, & quicquid Tencteri, Tubantes, Cauci, Bructeri terrarum habuerunt, quos nunc Zutphanos, Drentenos, Tuentenos, Emdanos, Bremenſes vocitamus. Prætereà certum eſt, Francorum genus duplex fuiſſe, Anſuariorum ſcilicet, & Saliorum, vtrumque autem in Tranſiſalania eſt. Marcellinus de Anſuarijs. *Regionem*, inquit, *ſubitò peruaſit Francorum, quos Anſuarios vocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum percurſantium extrema Galliarum.* Horum adhuc dignitas cernitur in ciuitatibus quas vocant, *Hanſen ſteden*, quaſi Anſuariorum ciuitates dicas, quarum prima eſt Dauentria, quæ ipſa Attuariorum (qui cum Anſuarijs ijdem ſunt) nominis partem præ ſe fert. Salij ab Iſala dicti, vel à ſaltu & celeritate pedum, quod poſterius Sidonio magis placuit,

Curſu Herulus, iaculis Hunnus, Francuſque natatu,
Sauromates clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Eoſdem Claudianus ad Rhenum locat, hiſce verſibus

------ Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeò miteſcere cogis,
Vt Salius iam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem curuent gladios, geminaſque viator
Quum videat ripas, quæ ſit Romana requirat.

Veſtigia veterum Saliorum adhuc exſtant, in regione Salandiæ, & pago Silicum: vt citra omnem controuerſiam Legum Salicarum origo ab hiſce promanaſſe videatur. Hinc igitur orti

Franci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Franci circa annum CC. L X X. Conſtantij Cæſaris tempore, aſpera hyeme Rhenum gelu con-
ſtrictum tranſgreſsi, Batauiam occuparunt; atque ibi ſoluta glacie ab Imperatore oppreſsi ſunt.
Panegyriſtes. *Quid commemorem immanem ex diuerſis Germanorum populis multitudinem, quam duratus*
gelu Rhenus illexerat, vt inſulam quam diuortio ſui idem amnis complectitur, pedeſtri agmine auſa, repentè laxa-
to flumine clauderetur, & dimiſſis ſtatim obſeſſa nauigijs, ſe dedere cogeretur? Iterum. *Terram Batauiam à*
diuerſis Francorum gentibus occupatum, omni hoſte purgnauit, nec contentus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit
nationes, vt non ſolum arma, ſed & feritatem ponere cogerentur. Sed non fuit diuturna Francorum pax:
mox enim abſente Conſtantio, rebellarunt: iterum igitur filius Conſtantinus eos deuicit, duoſ-
que ipſorum reges Aſcarium & Radegiſum beſtijs obiecit. Panegyriſta id indicat. *Affeciſti pœna*
temeritatis reges ipſos Franciæ, quod per abſentiam patris tui pacem violauerant. Non dubitaſti vltimis punire
cruciatibus, nihil veritus gentis odia, & inexplebiles iras. Ideoque tantum abeſt vt Rheni amnis tranſitum mo-
liantur, vt magis adempta poteſtate deſperent. Sed de Tranſiſalanorum antiquitate & origine hactenus.
Vrbes eorum ſunt, Dauentria, Campi, Swolla, Steenwijckum, Vollenhoua, Haſſela, Oetmar-
ſia, & Oldeſeela. OETMARSIA ab Odemaro Francorum rege nomen habet, ſi Trithemio
credimus, condita ad Vidrum fluuium, quem *Vechtam* vocant, memoriæ Vechtani Druidæ
ſacrum. CAMPORVM vrbs Ciſiſalana hodie eſt: factum id ob eluuiones mutato fluuij alueo.
Patria hæc fuit Alberti Pigij. Hanc vrbem volunt eſſe Naualia Ptolemæi, quorum etiam men-
tio eſt apud Cornelium Tacitum. DAVENTRIA omnium primaria eſt & maxima, ad dexte-
ram Iſalæ ripam.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

103



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

FRISII, antiquiſsima Germanorum trans Rhenum gens, Romanis ob bellicas virtutes nota, nomen nunquam mutauit. Hi Tacito duplices, Maiores ſcilicet & Minores. *Maioribus*, inquit, *minoribuſque Friſijs vocabulum eſt ex modo virium, vtraque nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immenſos lacus, & Romanis claſſibus nauigatos.* Maiores ſunt *Ooſtfriſij*: Minores *Weſtfriſij*. *Ooſtfriſios* voco non eos qui hodie illud ſibi nomen vſurpant Emdanos, hi enim ſunt Chauci minores; ſed eos in quibus numerantur Stauria, Sneca, Franicum, Harlinga, Doccomium, Leouardia. Similiter WESTFRISIOS dico eos, qui in extrema Hollandiæ ora *Northollandi* appellantur, ſuntque continui Caninefatibus ex deſcriptione Pliniana: hæ namque duæ Friſiorum nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur. Diuiditur autem omnis iſte tractus in Comitatus Ooſtergouw, Weſtergouw, & agrum Septemſaltuenſem. LEOVARDIA totius Friſiæ eſt caput, cui vicinum eſt Zuichemum, patria Viglij. DOCETVM duobus inde milliaribus diſtat, agrum habet fertilem, paſcua lata. Abeſt à ſinu maris vno milliari. Paruit olim Gelris: in hac vrbe natus fuit Gemma, Mathematicæ & Medicinæ laude clarus: denatus S. Bonifacius. SNECA in comitatu Weſtergoenſi tribus à Leouardia milliaribus loco humili & aquoſo ſita eſt, quo fit vt ſegetem ager non ferat, paſcuis ſit lætiſsimus: Vrbs tota recens, vix ante ducentos annos donata iure ciuitatis: progreſſu tamen temporis in tantum creuit, vt nulli nunc totius Friſiæ vrbi concedat. Bonorum ingeniorum alumna diu fuit: nam vt multos alios ex hac vrbe ortos omittam; in hac natus eſt & educatus Ioachimus Hopperus, non patriæ tantum ciuitatis, ſed Friſiæ etiam totius, atque adeò Belgicæ dum vixit lumen & ornamentum. In eadem orti Petrus à Fritema IC. Albertus Hero Philoſophus & Theologus, alijque complures. STAVRIA in littore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

maris Auſtralis porrecta eſt. Ager finitimus planus eſt, foſsis multis & paludibus interciſus. Hodie nihil magnificum habet ciuitas, præter arcem validam, portui maris imminentem, cuius fundamenta iacta ſunt à Georgio Schenk Friſiæ Gubernatore, nomine Caroli V. Anno M. D. XXII. vt Burgundi eò opportunè poſſent militem & commeatum bello neceſſarium ex vicinis Hollandiæ ciuitatibus tranſmittere. Olim tamen emporium fuit opibus & frequentia mercatorum florentiſsimum, & inter primas Anſuariorum ciuitates. Vetuſtatem teſtatur inſcriptio à nobis commemorata in Nouiomagenſis vrbis deſcriptione. Plinius incolas videtur *Sturios* appellare lib. IV. cap. XV. HARLINGA ad fauces maris Auſtralis ſita, vnico milliari à Franica, agrum habet fertilem, arcemque contrà hoſtium impetus benè munitam, portumque loci ſitu opportunum: nam venientibus ex Septentrionali Friſia & Germania Orientali primam commodamque ſtationem offert: quocircà plurimi eo confluxerunt, loci commoditate illecti, exque varia iſta confluge hominum ciuitas vehementer aucta eſt. FRANICA à Francis denominationem ſortita, patria eſt Ioannis Vlpij trium linguarum peritiſſimi. Gymnaſium publicum habet. Inſulæ Friſiorum plures ſunt: præcipua vero eſt *Schellingana*, nobilis canum marinorum venatione, qui in littore apricantes, ſaltu incondito ruſticorum variè veſtitorum longius protrahuntur, protracti, dum mare repetunt, capiuntur diſpoſitis in eam rem retibus. GROENINGA Friſijs iſtis finitima eſt, ſolaque cum ſuo territorio quod vocant *Ommelanden*, prouinciam conſtituit. Patria hæc fuit Rodolphi Agricolæ viri ſuo ſæculo doctiſsimi, ſcripſit in Logicis, Rhetoricis, Phyſicis, Poëſi, libros eruditos. Claruit obijtque Heidelbergæ, Anno M. CCCC. LXXXV. Epitaphium ei fecit Hermolaus Barbarus, quod Viglius Zuichemus monumento addi iuſsit, hac formula,

Inuida

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam, Friſij ſpemque decuſque ſoli,
Scilicet hoc viuo meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Leguntur autem verſus iſti Heidelbergæ apud Franciſcanos in tabulâ parieti adhærente, cum hac epigraphe, RODOLPHI AGRICOLÆ PHRISII MEMORIÆ POSVIT VIGLIVS ZWICHEMVS. In ipſo ſarcophago hæc leguntur,

DEPONENTI ANATHEMA
RELINQVENTI BENEDICTIO.

Eidem ciuitati originem acceptam referunt Weſſelus ſiue Baſilius, & Reinerus Predinius Theologi & Philoſophi celebres. Porrò Friſij omnes ſe cognatos neceſſarioſque Cæſarum nuncupant, referentes id ad Carolum Magnum, Francorum iuxta & Friſiorum Dominum, Imperij aſſertorem & vindicem, natione Francum: quo ſpectat etiam, quod pleraque omnis nobilitas clypeis ſuis & inſignibus gentilitijs dimidiatas aquilas adiciat.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

EMDANI ſunt Chauci minores. Eos deſcribit Plinius lib. XVI. cap. I. *Sunt verò & in Septentrione viſæ nobis gentes Chaucorum, qui maiores minoreſque appellantur. Vaſto ibi meatu, bis dierum noctiumque ſingularum interuallis effuſus in immenſum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controuerſiam, dubiumque, terræ ſint partes, an maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia ſtructa manibus, ad experimenta altiſſimi æſtus, caſis ita impoſitis, nauigantibus ſimiles, quum integant aquæ circumdata; naufragis verò, quum receſſerint, fugienteſque cum mari piſces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omnì procul abacto frutice. Vlua & paluſtri iunco funes nectunt, ad prætexenda piſcibus retia; captumque manibus lutum ventis magis quam ſole ſiccantes, terra cibos, & frigentia Septentrione viſcera ſua vrunt. Potus ijs non niſi ex imbre ſeruato ſcrobibus, in veſtibulo domus. Et hæ gentes ſi vincantur hodie à Pop. Rom. ſeruire ſe dicunt: Ita eſt profecto, multis fortuna parcit in pœnam.* Hæc olim Chaucorum facies. Nunc multò cultiores beatioreſque, agros habent excluſo Oceano fertiles, ſiluaſque etiam opacas. Vrbes in hoc Comitatu mœnibus clauſæ duæ ſunt *Embda* & *Aurichium*: pagi complures, vix dimidiatæ horæ itinere à ſe mutuo diſtãtes. Sunt & duo alij Comitatus qui Embdano Comitatui ſubiecti ſunt, *Eſens* & *Ieueren*. EMDA ad Amaſiæ fluminis oſtium Emporium eſt celeberrimum, portus opportunitate nobile; cuius alueus ita profundus eſt, vt nauigia maxima paſsis velis admittat: propterea amplitudine opum, ædificijs publicis priuatiſque, & ciuium multitudine omnibus, non Germaniæ modo, verum etiam Europæ angulis innotuit. Nomen habet à fluuio *Ems*, quem Tacitus Amiſiam vocat. Hic ille eſt fluuius, ad quem Druſiana foſſa egreſſæ legiones Romanæ, latæque Oceano, ſecunda nauigatione perue ctæ ſunt, vt refert Tacitus ſecundo Annalium. AVRICHIVM vrbs altera, nobilium iucundiſsimus receſſus ob ſiluas & nemora, in

quibus

quibus aucupio vel venatione liberaliter ſeſe exercent. Ciues potentes habet, mercaturæ vel opi-
ficio alicui deditos. Arces & villæ in hoc comitatu infinitæ ſunt. Pagorum tantus numerus, vt
alter alterum interdum contingat. Horum magna pars ſiue ædificiorum ſplendorem, ſiue pla-
tearum amplitudinem, ſiue incolarum frequentiam ſpectes, cum quibuſdam Germaniæ vrbibus
poteſt contendere. Neque verò in ijs omnes ruſtici & agricolæ; ſunt & mercatorum, & artifi-
cum varia genera, nobiles etiam ſparſim interiecti. Sermo omnibus non tantum Germanicus, ſed
ad ſecretiora proprius quidam & vernaculus, quem aduenę non intelligunt. Veſtitus virilis, grauis,
& compoſitus. Muliebris varius; omniũ tamen pretioſus. IEVERENSIS ditio trans Iadam ad oc-
caſum ſita eſt, continetque pagos octodecim: ei Septentrionem verſus qua ſe Viſurgis in mare
exonerat, prætexuntur duæ inſulæ, *Wangeroga* & *Spikeroga*, deſertæ magna ex parte. ESENSIS
Comitatus ad littus Oceani contiguus eſt Ieueriæ. Eius Dominus Haio ab Huſeke anno M.CCC.
LXXX. quum petulantius vicinos infeſtaret, naueſque Bremenſium in Viſurgi interdum ſpoliaret,
mariaque vicina piratis, terras prædonibus & graſſatoribus ſuis impleret, tandem poſt leuiores
cum Bremenſibus pugnas quibus inferior fuit, quum Eſenam confugiſſet, captus à Bremenſibus
Edoni Wimmeke capitaneo Ieuerenſi traditus eſt. Qui eum fune canabino diu tortum ſtrangu-
latumque tandem fruſtillatim diſſecuit, eo quod ſororem, quam in matrimonium duxerat, nulla
iuſta de cauſſa repudiaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

WESTPHALIA vetus Cheruſcorum ſedes, vt apertè indicat Tacitus libro I. Annalium. Hic Quintilius Varus infeliciter cum Arminio decertans legiones Romanas & ſe perdidit. *Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum, quantumque Amiſiam & Luppiam amnes inter, vaſtatum; Haud procul Teutoburgenſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari Legionumque inſepultæ dicebantur. Igitur cupido Cæſarem* (Germanicum) *inuadit, ſoluendi ſuprema militibus ducique, permoto ad miſerationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob caſus bellorum & ſortem hominum. Incedunt mœſtos locos, viſuque & memoria deformes. Prima Vari caſtra lato ambitu, & dimenſis principijs, trium legionum manus oſtentabant: Dein ſemiruto vallo, humili foſſa, acciſæ iam reliquiæ conſediſſe intelligebantur. Medio campi albentia oſſa, vt fugerant, vt reſtiterant, diſiecta, vel aggerata. Adiacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum antefixa ora. Lucis propinquis Barbaræ aræ, apud quas Tribunos, ac primorum ordinum Centuriones mactauerant. Cladis eius ſuperſtites, pugnam aut vincula elapſi, referebant, hic cecidiſſe Legatos, illic raptas aquilas, primum vbi vulnus Varo adactum, vbi infelici dextera, & ſuo ictu mortem inuenerit: quo tribunali concionatus Arminius, quot patibula captiuis, quæ ſcrobes; vtque ſignis & aquilis per ſuperbiam inluſerit. Igitur Romanus exercitus ſextum poſt annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reliquias an ſuorum humo legeret, omnes vt coniunctos, vt conſanguineos, auctâ in hoſtem irâ, mæſti ſimul & infenſi condebant. Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit,* Hos Carolus Magnus primus deuicit, & Chriſtiana Religione imbui iuſsit. Epiſcopatus inſtituit, Monaſterienſem, Oſnaburgenſem, Padelbornenſem, & Myndenſem. Hodie ab ortu habet Viſurgim, ad meridiem Haſsiæ montes, quos Ptolemæus Obnobios vocat. MONASTERIVM, vrbs eſt omnium celeberrima, in qua magna Anabaptiſtarum orta eſt factio, Anno M.D.XXXIII. & ſequente, vndique illius ſectæ hominibus eò tanquam ad acropolim confluen-

KB Den Haag

105



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

confluentibus, tantumque eorum creuit coniuratio, vt nulla humana autoritate potuerit comprimi, lecto etiam capite ſeditionis Ioanne quodam Bukholdo, homine ad omnia parato, ingenio, audacia, facundia, fraudibus, ſupra reliquos omnes præcellente. Hic ſe regem non veritus eſt prædicare. Epiſcopus igitur vi ſibi debellandos hoſtes ratus, opibus Archiepiſcopi Colonienſis, & ducis Cliuienſis adiutus, poſt XIV. obſidionis menſem vrbe ſua potitus eſt: regem forcipibus candentibus laceratum, ferreaque corte incluſum, ê turri ſuſpendi iuſsit. SVSATVM (*Soeſt*) vrbs Weſtphaliæ poſt Monaſterium opulentiſsima ampliſsimaq;, decem populoſis diſtincta eſt parœcijs. Hæc nunc ſub Cliuiorum Iuliacenſium ac Montenſium Ducis clientela eſt, quum ante fuiſset Archiepiſcopo Colonienſi ſubiecta. Porrò Weſtphalia omnis ſatis eſt frugifera, pomis, nucibus, glandibuſque abundat, quibus porci ſaginantur, principum menſis ob pernas delicatiores expetiti. Fertilior eſt circà Suſatum & Hammonem: fertiliſsima ad Padelbornam & Luppiam. Ad Amiſiam verò quibuſdam locis deſerta. Weſtphaliam claudit vt diximus *Viſurgis*, qui BREMAM alluit, vrbem Epiſcopalem, & Emporio nobilem. Eius Epiſcopus ſubiectos ſibi alios habet Epiſcopos, Lubecenſem, Suerinenſem, Lebuſsinenſem, Schleſwicenſem, Racenburgenſem & Hamburgenſem. Eſt autem Brema *Dietmarſorum* metropolis, de quibus nobis alias ſermo erit.

KB Den Haag

HASSIA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

106



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HASSIA veterum Chattorum ſedes vndè nomen habeat, ambigitur: ſunt qui à monte Heſſo; at is nuſquam in Haſsia; ſunt qui à Chattis, mutatis litteris vt fit in γλῶττα γλῶσσα. Beatus Rhenanus autor eſt, Heſſos ex ſuperiore Germania aduenas pulſis Chattis hæc loca occupaſſe, deque ſuo nomine appellauiſſe. Termini ſunt, ad occaſum Rhenus, ad ortum Thuringia & Saxonia, ad Aquilonem Brunſuicenſis ager, & pars Weſtphaliæ. Continet *Ringouiam*, *Weſterwaldiam*, *Wedderauium*, *Comitatum Naſſouienſem*, *Koningſteinenſem*, *Hanauenſem*, *Iſenbergenſem*, *Waldeckenſem*, & imprimis *Lantgrauiatum*. RINGOVIA paruula admodum regio eſt, ad ripam Rheni dexteram, amœna & læta, nobiliſque imprimis vino quod à loco nomen habet. Eſt & in hoc tractu *Buchonia*, in qua Fulda oppidum mediæ vetuſtatis. Flumina præcipua ſunt *Rhenus*, *Viſurgis*, *Lupia*, & *Adrana*. Minora ſunt *Fulda*, *Lanus*, *Homa*, *Schalmus*. Montes ſunt *Melibocus* & *Abnobij*, qui Sylua Hercynia veſtiuntur. Vrbes præcipuę, MARPVRGVM nobile ſede Principis & Scholâ illuſtri, conditâ anno Chriſti M.D.XXVI. à Ludouico Epiſcopo Monaſterienſi. CASSVLA creditur Ptolemæi eſſe *Stenoritium*. FVLDA, AVA, TRVSVLA neque inamœnæ neque ignobiles vrbeculæ ſunt. Eſt & VETERA alumna multorum optimorum ingeniorum, ſed quæ alibi pluris quam domi fiunt. Addam de Haſsia Helij Eobani carmen elegantiſsimum:

Et fluuijs, ſyluiſq́ frequens, & montibus altis
Haſſia: naturæ ſimiles creat alma locorum,
Ceu natos in bella viros, quibus omnis in armis
Vita placet: non ulla iuuat ſine Marte, nec ullam
Eſſe putant vitam, quæ non aſſueuerit armis.


Quod ſi tranquillæ vertantur ad otia pacis,
Otia nulla terunt ſine magno vana labore:
Aut duro patrios exercent vomere colles,
Æquatoſque ſolo campos rimantur aratris,
(Namque & planities ſegetum fœcunda patentes
Explicat innumeras , & plena meſſe colonos
Ditat, & ipſa ſibi ſatis eſt) aut ardua ſiluæ
Luſtra petunt, canibuſque feras ſectantur odoris.
Venatu genus aſſuetum. genus acre virorum;
Aut leges aut iura ferunt, aut oppida condunt
Fortia, non ſolùm Bello munimina; verum
Quæ deceant in pace etiam, oblectentque quietos?
Quid ſacros memorem fontes? quid amœna vireta?
Quid valles ipſis certantes frugiferacis
Vallibus Æmoniæ? dulces quid vbique receſſus,
Muſarum loca, conſeſſu loca digna Dearum?
O patriæ gelidi fontes, ô flumina nota,
O Valles, ô antra meis gratiſſima Muſis!

NASSOVIA dicta eſt quaſi *Naſſ-gow*, terminatione ea quæ in *Rhingaw*, *Meingaw*, *Nortgow*, *Briſgow*, alijſque iſtiuſmodi auditur, de quibus in Germania diximus. Eſt autem antiquus & nobilis Comitatus, habetque ſub ſe alios quoque, *Weilburgenſem*, *Sabingenſem*, *Iedeſteinium*, *Weiſbadenſem*, *Dietſenſem*, *Cattimelibocenſem*, *Beylſteinenſem*, præter Dominia inferioris tituli. Nos hic illam Naſſouiæ partem damus quæ Comitibus Dillæburgenſibus ceſſit, circumſcribiturque ad Septentrionem Comitatu *Witſteinenſi*, & Weſtphaliâ: ad ortum Solmenſi Comitatu & Haſſia; ad occaſum Ducatu Montenſi; ad auſtrum comitatu *Wieſbadenſi*, & *Jdeſteinenſi*. Ambactus in eo ſunt XLIV. Oppida permulta, *Frendeberga*, *Sigena*, *Heigera*, *Dilleburgum*, *Herborna*, *Dridorſium*, *Beylſtenium*, *Lönberga*, *Camberga*, *Rizburgum*, *Hadamaria*, *Dietzium*, & *Naſſouia* quæ toti tractui nomen dedit. Siluæ & nemora nunc non æquè hic vaſta atque olim, quum maximam eius partem occuparet Hercinia; cuius reliquiæ ſunt in *Weſterwaldia*: ſunt autem maiores *Kaldeich*, *Heigerſtruch*, *Schelderwald*, *Calmberg*, *Höre*, in quibus ingens ferarum copia. Fluuij eam rigant *Lanus*, *Siga*, *Dilla*, præter minores multos qui in hos ſeſe exonerant. Ac Dilla quidem ſupra Heigeram ortus Dillemburgum primùm, indè Herbornam prælabitur ac tandem ad *Wetzlariam* Lönæ miſcetur; Hic verò auctus aliquot prætereà amnibus influit in Rhenum ad oppidum *Loeſteyn*. Fontes acidi complures; ſed imprimis celebratur *Camburgenſis*, creditur enim calculum renum & veſicæ reſoluere. Ferri fodinæ nobiles ſunt in agro Sigenenſi, vbi ex ſaxo excoquitur ferrum ignis vi atque eliquatur, ex quo poſteà ingentes tabulæ ad vſum fornacum funduntur, cum magno prouentu Comitis: ſunt & ferrifodinæ in tractu *Dilleburgenſi*, *Heigerano*, *Burbacenſi*: Plumbum quoque & cuprum nuper effodi cœptum. Vitriariæ officinæ ſunt in *Eberſbacenſi* agro. Sed imprimis commendat regionem iſtam genius quidam ci-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

107



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

nium ad virtutem, conſtantiam, fortitudinem, tolerantiam, parſimoniam, liberalitatem, prudentiam, iuſtitiam factorum. Statim à crepundijs imbuuntur pietatis ſemine. Exercentur etiam ad labores: Mentiri, fidem fallere, pro immani ſcelere habentur. Hinc illa dictorum factorumque conſtantia. Schola illuſtris eſt *Sigenæ*, ad quam tanquam ad virtutis omniſque eruditionis mercatum confluunt ex Germania, Bohemia, Morauia, Auſtria, Hungaria, Tranſſyluania, Polonia, Liuonia, Suecia, Boruſsia, Pomerania, Dania, Holſatia, Anglia etiam & Gallia, permulti ſtudioſi. Nobilitas Naſſouica imprimis libertatis amans, ac non ſuæ tantum ſed alienæ quoque propugnatrix. Hæc Adolphum Naſſouium orbi Imperatorem dedit: hæc Belgis GVILIELMVM, in quo pietas, prudentia, fortitudo, magnanimitas, ſedem ſuam poſuerant; de quo præſtat tacere omninò quam non paria ipſi dicere. Eius fratres, cognati, liberi, omni prædicatione maiores, fuerunt & ſunt in ſumma virtutis gloria: in quibus eminent MAVRITIVS & GVILIELMVS Naſſouij, duo fulmina belli.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


THIET MARSIA
ORIENS
OCCIDENS
SEPTEN.
MERIDI.
Milliaria
Thietmarſica
Hanrahuw
Hademarhs
De Landtſcheidung
Scapſte
Terminus regionis
Eggeſte
Beukelenburg
Schelrauw
Alverſdorp
Tellinckſte
Tenſbuttel
Sunharſte
Rab
Breckel
Buecholt
Wallem
Palen
Thödelue
Gans-horn
Oosterbor ſtel
Oosterwaldt
Zerts: buttel
Delburg
Vernewinc kel
Kuden
Oſtermoer
Horſt
Swyn huſen
Henſte
Reerſtal
Holm
Hoiſte
Nordhorſte
Paludes
Fyl
Hindorp
Edeſlaken
Brunſbuttel
Torſliehten
S. Anne
Wed dingſte
Roſt
Hupen
Windburg
Meldorp
Baerlt
Kannenmoer
Thorwiſche
Ouwēbuttel
Northuſen
Hennickbuttel
Theulebe
Weſſel
Heyde
Hennickſte
Wen newich
Amerſwurt
Nieſken
Treune wordt
Helſe
Merne
Londen
Hein
Oldenwurden
Niekercken
Groetebut tel
Wollerſem
Heywiſche
Remſbuttel
Weßlinburen
Werven
Dickhuſen
Buſen
Thoeningen
De Eyder fluvius
OCEANI GERMANI CI PARS
Albis fluvius

MARSI lingua Saxonica ſunt qui paludes incolunt, vt Holſati *Holſteyners*, qui ſiluas: nam *Mer* ipſis eſt palus, quaſi mare; indè *Merludæ, Wilſtermers, Crempermers, Dietmers.* Albertus Crantzius lib. I. rerum Vandalic. *Marſi conceſſere ad Albim, quorum tenues reliquiæ in paluſtribus ſunt, non longè ab oſtio fluminis. Dietmarſi, Wilſermarci, & Crempemarſi.* Cimbrorum igitur omnis natio diuiſa eſt in Danos, Holſatos & Dietmarſos, ſiue Teutomarſos. Sita eſt Dietmarſia in ipſo Cimbricæ Cherſoneſi introitu, ad Albis Fl. oſtia, ſeparaturque à Dania flumine Eydero: vrbes habet *Meldorpiam, Heininckſte,* & *Tellinckſte:* Lacus etiam frequentes, quo fit, vt aër totius regionis ſit craſſior: paludibus ſiluiſque aduerſus hoſtium impetus incolæ muniuntur. Siluę ſunt, *Borcholt, Burgolt, Aluerſdorpenholt, Reſenwalde.* Porrò hic omnis tractus inferiori Saxoniæ adcenſetur, etiamſi nunc Daniæ regum imperio ſubſit, quorum filius primogenitus hic ex lege habitat, vt Galliæ principes in Delphinatu. Chriſtiernus enim Daniæ rex Anno M. CCCC. LXXIV. quum expoſuiſſet Friderico Imperatori Dietmarſos liberos atque immunes ſine principe agere, poſtulauit vt ſibi ſubijcerentur; annuit Imperator, & Holſatiam Stormariamque cum Dietmarſia Ducatus titulo inſigniuit, quum anteà Comitatus tantum fuiſſent: ijſque Regem Chriſtiernum inaugurauit. Storremarſiæ Metropolis eſt HAMBURGUM. Emporium nobile ad Albim, quod poſt multas calamitates bellicas à Carolo magno reſtauratum eſt, & tempore Henrici IV. Imperatoris muris cingi, portiſque tribus & turribus duodecim ornari cæpit. In hac vrbe vixit ſepultuſque eſt Albertus Crantzius, hiſtoricus neque indiſertus, neque mendax.

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CIMBRORVM populi in Cherſoneſo habitantes propriê ſunt DANI. Nunc Danorum omnis regio conſtat multis partibus, eſtq; maris faucibus intercepta. Prima eſt SCANDIA Hollandiæ proxima, habetque Lundenſem Archiepiſcopatum: hæc magnitudine ſua & opibus facile ſuperat reliquas regni prouincias. Plinius lib. IV. cap. XIII. vocat *Scandinauiam*: ſed in eo fallitur, quod *Inſulam* eſſe putat *incompertæ magnitudinis*, *portionem tantum eius incolente Hilleuionum gente*, *quingentis pagis*, quodq; etiam *alterum orbem terrarum eam* appellat. Alij beatas terras & homines macrobios atq; omnium iuſtiſsimos mortalium ſub hoc terrarum tractu poſuerunt. Occidua pars Daniæ eſt IVTIA, quam Ptolemæus Cimbricam vocat Cherſoneſum, hæc in Septentrionem longo promontorio ita procurrit, vt in Auſtrum Italia. Iutiæ terminus Auſtralis eſt fluuius *Eydera*, Friſios dirimens à Dietmarſis, exoneratque ſe in Oceanum Britannicum. Patet verò Iutia in longitudinem itinere ſex dierum Boream verſus. Hodie præter ducatum, tres habet Epiſcopatus, Ripenſem, Aruſienſem, & Scleſwicenſem. Inter Iutiam & Scandiam extremos Daniæ fines Orientales & Occidentales, in mari Balthico multæ inſulæ interiectę ſunt, quarum primaria eſt SIALANDIA; in qua plurimæ ſunt ciuitates & arces. HOLSATIA ad Auſtrum eſt Iutiæ. In ea vrbes hæ: *Segeberga* in Wagria Holſatiæ regione, quarto à Lubeca milliari. *ItZohoa*, ſitu, locique naturâ, nauigationeque præſtans oppidum. *Stora* cingitur piſcoſo & nauigabili flumine, quod in intima Holſatia ortum, aliquot oppida & nobilem aliam Ranzouianam domum Bredenbergam alluit, poſteaque ſe in Albim exonerat. *Chilonium* vulgò *Kiel*, vetus eſt oppidum, portumque habet capacem, in quem ex Germania, Liuonia, Dania, & Suecia magno Holſatiorum quæſtu merces deferuntur. Sunt in eodem Holſatiæ tractu *Crempa*, & *Reinholſburgum*: illi nomen eſt à fluuio præterlabente, huic à conditore. Sequuntur Zelandiæ vrbes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

HAFNIA totius Daniæ Metropolis mari alluitur, adiacente ad meridiem Inſula quam *Amagger* vocant, portumque tutiorem à fluctibus reddente. Vrbis initia fuere tenuia. nam Alſalon Huide Archiepiſcopus Ludenſis primùm hoc loco arcem condidit, aduerſus piratas, quam à ſe vocauit *Axelhuys*: eundem propter commoditatem partim piſcatores, partim mercatores cæperunt inhabitare, dictuſque idcircò *Kiobmanſhaffen*. Hæc accidere circa annum Chriſti M. C. LXV. Academiæ inſtituendæ facultatem Ericus Pomeranus à Martino V Pontifice primus impetrauit: repetijt Chriſtianus Oldenburgicus: inaugurauit Ioannes, auxit Chriſtianus. *Helſingora* ad fretum Sundæ, arcem habet regiam Croneburgum, præſidium extremæ Inſulæ Zelandicæ oræ. Hanc arcem Fredericus II Daniæ rex maximis & innumerabilibus demerſis ſaxis, interque compacta & fiſtucata robora concluſis, ac loco fundamenti ſtabilitis firmatiſque, ex ipſo maris fundo immani ſumptu eduxit, tanta operis firmitate, vt immanes pelagi fluctus magnis prouolutos procellis, atque ad vallum muroſque horrendo boatu illiſos, citra vllius periculi metum excipiat. Opus vniuerſum admirabili ſymmetria exactum eſt, intus magnificis conclauibus, cubiculis, porticibus exornatum: quorum tapetia Daniæ reges ordine repreſentant. Tecta cupreis ſunt obducta laminis, muri lapidibus cæſis expoliti. Ad arcis mœnia quæ mare & Huenam inſulam reſpiciunt, ſaxum eſt ingens & ſtupendæ molis, cum hac inſcriptione. Anno M. D. LXXX.

FRIDERICVS II DANIÆ REX CVRAVIT HOC SAXVM A PRIMO SVO LOCO, VBI VICISSIM ALIVS SVBROGATVS EST LAPIS, AD HVNC DEVOLVENDVM.

NORWEGIA

NORWEGIA Septentrionalem tractum ſignificat: hæc ad Auſtrum habet Daniam, ad Occaſum Oceanum: ad Ortum Suecia Lappiâque terminatur. Tractus omnis occidentem verſus ſcopulis acutiſque petris auius eſt. Incolæ panis loco piſcibus veſcuntur vento & gelu exſiccatis, ſoli ditiores panem habent, non tamen dominatum, ſed aduectitium. Aſellum piſcem cuius copioſa eſt in vicino mari captura, frigore induratum & in fuſtes extenſum mittunt in reliqua Europæ regna; eum piſcem *Stockviſch* vocant. Laudatiſsima iſtorum piſcium captura eſt menſe Ianuario: tunc enim ob frigora facilius exſiccantur, & mare ipſum copioſiores opimioreſque illos præbet. Petuntur inde prætereà pelles pretioſæ, ſebum, butyrum, coria, adeps balenarum, pix liquida, trabes quernæ, robora, mali, aſſeres, magno vendentium quæſtu. Raræ in toto regno ſunt habitationes, & vt plurimum opere ruſtico; parietes trabibus conſtant vel aſſeribus inter ſe compactis, tecta ceſpitibus ex agro excîſis, vel etiam ex ſcandulis ligneis. Incolæ probi ſunt, ſimplices, exterorum amantes hoſpitales: prædones, fures, piratas non habent. Ciuitates precipuæ ſunt Nidroſia, Bergi, Aſloia, Hammaria, Eſterdal. NIDROSIA quæ vulgò *Druntherim* olim *Trondon*, Metropolis eſt totius Noruegiæ, nunc in vici formam redacta. Exſtat hodieque Templum cathedrale, argumentum priſtinæ fœlicitatis, cui magnitudine & cæſorum lapidum artificio vix aliud in orbe Chriſtiano ſimile eſt. Sacrum eſt B. Olao. Crepido circum altare correpta incendio eſt anno M. D. XXX. cuius incendij damnum æſtimatum eſt ſeptem millibus aureorum: Hæc ſedes Archiepiſcopi, qui omnibus Eccleſijs Noruegiæ, Iſlandiæ & Groenlandiæ præeſt. BERGI celebre Emporium ob piſces qui à loco Bergenſes dicuntur; portus hic eſt tutiſsimus. Plinius lib. IV. cap. 16. Bergos vocat, & putat eſſe inſulam. *Sunt qui & alias inſulas prodant, Scandiam, Dumnam,*

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

110



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Bergos, maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen nanigetur. HAMMARIA ciuitas eſt Epiſcopalis. ASLOIA imprimis colitur ab exteris; ob curiam ad quam ex vniuerſa Noruegia cauſſæ deferuntur. Ab hac ciuitate denominatus eſt ſinus quidam maris Baltici. Habet autem Noruegia peculiares quaſdam beſtiolas, accolæ *Lemmer* vocant, certam illius regionis peſtem: quadrupedes ſunt, ſoricis magnitudine, pelle varia. Hæ locuſtarum more omnia virentia depaſcuntur, ſtato tempore moriuntur, tanto cum fœtore, vt aër infectus varios incolis morbos creet, vertiginem imprimis & icterum. Eſt & lacus *Mos*, in quo ſerpens miræ magnitudinis interdum apparet, portendens certam rerum mutationem; viſus eſt nouiſsimè Anno ſalutis M. D. XXII. altè eminens ſuper aquas, conuolutus in ſpiram, exiſtimatus eſt (quantum viſu conijci potuit,) cubitos excedere quinquaginta: ſequutaque eſt haud multò poſt regis Chriſtierni eiectio. Porrò Occidentale Noruegiæ littus verno tempore balænis admodum infeſtum eſt; Aduerſus harum impetum habent nautæ caſtoreum aqua dilutum, præſens remedium, nam ſimulatque illud in mare effuſum eſt, confeſtim immane illud Nerei pecus diſsipatum ſeſe in profundum abdit. Separatur autem Noruegia à Suecia excelſis & aſperrimis montibus, perpetua niue obductis; Anno Chriſti D. C C. & ſi quid excurrit, Noruegi qui etiam Nortmanni, ciuilibus acti diſsidijs deſerta patria ſua nouas ſedes quærere inſtituerunt, omnemq; Saxoniam, Friſiam, Scotiam, Angliam, Galliam, Flandriam excurſionibus ſuis vexarunt; Ambianum, Atrebatum, Cameracum, Terrouanam, Neomagum, Leodium, Tungros, Coloniam Agrippinam, Aquiſgranum aliaque loca ferro & flamma vaſtantes. FINMARCHIA ad Septentrionem huic regno adiacet. SVECIÆ regnum vetus eſt: meminit eius Plinius; habet ad Occaſum Noruegiam; ad Boream Lappiam & Bothniam: ad Ortum Finlandiam, Bothnico ſinu diſcretam,

& Liuo-

& Liuoniam mari diſiunctam: ad Auſtrum, Gothiam. Regio eſt omnium Aquilonarium fertiliſsima: agrum habet vberem: maria, lacus, flumina piſcium variorum prouentu fœcunda: metalla etiam plumbi, ferri, æris, & argenti, quod circa Slaburgum eruitur purum: ſiluas feris refertas, & mellificio nobiles. Creditur duplo ſuperare Noruegiam amplitudine, agrique bonitate. Quibuſdam tamen locis aſpera eſt, & ſalebroſa. Incolæ viribus pranſtantes ſunt, ſtrenui, & bellicoſi. Vrbs regni primaria STOCKOLMIA, Emporium nobile & ſedes regia, munita tum natura tum arte: Sita eſt in paludibus inſtar Venetiarum, nomenque ex eo habet, quod palis fundata ſit. Mare admittit ea capacitate, vt naues onerariæ extenſis velis in portum facilè inuehantur. VPSALIA ad Salam ſita, in centro Sueciæ, ſedes Archiepiſcopi & Scholæ publicæ. Multa hic videre eſt Regum Sueciæ ſepulcha, magnificè ſplendideque extructa. Sunt prætereà in Sueciâ Ducatus non pauci. *Angermaniæ* ad Septentrionem in confinio Lapponum, cuius totus ager nemoroſus eſt, & præter reliquas feras vrſorum copiam ingentem habet. Prætereà *Midelphatiæ, Ientiæ, Dalecartiæ, Vermelandiæ, Daliæ, Helſingæ, Geſtritiæ, Fieringiæ, Coperdaliæ, & Uplandiæ.* Eſt & ciuitas Aroſia ad quam argenti metalla ſunt præſtantiſsima: adeò vt artifices ex quindecim argenti libris vnam auri extrahere dicantur. FINLANDIA, quaſi pulchra terra ab amœnitate nomen habet, eſt enim beatior quam Suecia. Plinius eam vocat Finnoniam, & ab hac ſinum ponit Finnonicum, Rutheni vocant *Chainska Semla.* Habuit olim titulum regni: Nunc Sueciæ ſubiecta eſt. Ciuitates eius primariæ ſunt, *Abo* Epiſcopalis, & *Wiburgum* propugnaculum aduerſus Ruthenos & Moſcos validum. Sunt & *Rauna, Hange, Borga, Conſtrolm.* LAPPONES ſiue LOPPI duplices ſunt, Orientales qui Moſchis vectigales ſunt, dicunturq; *Diki loppi* quaſi Loppi feri: Occidentales, qui Regi Sueciæ parent, occupantque re-

que regionem omnem quæ SCRICFINNIA appellatur. Hi populi humiles caſas colunt,
quas corticibus arborum ceſpitibuſque tegunt. Non viuunt certo loco, ſed depaſtis feris, piſci-
buſque, omnes alio commigrant, hamaxobiorum inſtar, *quorum plauſtra vagas ritè trahunt.*
domos. Tributi loco non monetam pendunt, cuius apud illos nullus eſt vſus, ſed pelles pretio-
ſas Sebellinas, quibus immane apud nos pretium. Capiuntur iſtæ hyeme, quando pilus denſior
eſt, & cuti fidelius adhæret. Veſte vtuntur ſtricta incolæ, & toti corpori aptata. Hyeme pelli-
bus phocarum & vrſorum muniuntur, quas ſupra caput ita adſtringunt, vt ſoli oculi appareant.
Equos non habent, ſed equorum loco fera vtuntur quam ipſi *Reen* vocant, pilo hirſuto; cor-
nibus ramoſis inſtar cerui, ſed tenuioribus & longioribus, & lanugine obductis. Seſſorem
animal non fert, ſed antilena impoſita iungitur vehiculo, conficitque vingintiquatuor hora-
rum ſpatio CL. millia paſſuum quæ ſunt milliaria Germanica triginta. Natio omnis Lappo-
num ad idololatriam prona eſt: ſtatuas habet lapideas in montibus pro dijs: Coniugia auſpi-
catur igne & ſilice.

KB Den Haag

GOTLAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GOTLANDIA Germanicè ſonat bonam terram, quod ea inter Aquilonares regiones ſit fertiliſsima. Ager enim eſt frugibus & melle abundans, pecorumq; fœtu ac paſtu cæteris antefertur. Opportunitas fluminum & ſiluarum vbiq; magna. Peregrinarum mercium propter crebras commutationes & mercimonia cum remotiſsimis nulla inopia, adfluunt enim pellibus & metallis. Terminatur autem Gothia ad Septentrionem Suecia, ad Occidentem Noruegiæ montibus; ad meridiem & orientem mari: Loca eius inſigniora ſunt *Lodhuſia*, portus & Emporium: *Waldpurg* vrbs cum arce: *Lindecopia*, ad lacum Vener: *Telga* oppidum, ad quod maxima reperiuntur ſaxa, pyramidibus Ægyptijs ſimilia, cum ſepulchris gigantum, in quibus Epitaphia quoque ſunt litteris Gothicis antiquis ſcripta, quæ hodie à pauciſsimis intelliguntur. Sunt & Ducatus WESTROGOTHIÆ & OSTROGOTHIÆ. In Weſtrogothia ciuitates ſunt *Scacris* & *Varnem*, vbi ſepulturæ ſunt veterum Gothiæ regum. In Oſtrogothia ſunt ciuitates, *Schemingia* & *Lincopia*, De regibus qui olim Gothiæ præfuerunt exſtat poſt Saxonem Grammaticum opus Ioannis Magni natione Gothi. Scripſit & Albertus Krantzius de rebus Gothorum & Suecorũ. Porrò Gothi & Getæ ijſdem ſunt. Gens bellicoſa & Romanis Imperatoribus diu formidabilis. Eos carnibus non veſci tradidit Poſidonius: Id ex Pythagoræ decretis ductum videtur: nam Zamolxim Getam Pythagoræ ſeruiſſe, & ab eo ſcientia cœleſtium rerum imbutum conſtat, remeantemq; poſtea in patriam regni participẽ factum, atq; ex præſagiorum claritate Deum quoque creditum. Sed poſtea mutati mores. Hos vltra Hæmum ad Iſtrum (quo è patrijs ſedibus commigrarunt) ſtatuit Dion, qui etiam hoc refert, M. Craſſum Auguſti auſpicijs qui m Myſos & Baſternas domuiſſet & eorum regem Deldona ſua manu ipſe intermiſſet, mox Getas quoque bello vexaſſe. Hi ſub *Philippo* Cæſare traijcientes Danubium, cœperunt in Myſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Martianopolim,quam Cæſar Traianus à ſe exſtructam ſororis ſuæ nomine appellarat. Sub *Galieno* traiecto Boſphoro cum trecentis virorum millibus vaſtarunt Bithyniam , & Nicomediam vrbem celeberrimam diruerunt. Epheſum cœperunt ſpoliaruntq;, & templum Dianæ quod inter ſeptem orbis miracula relatum,exuſſerunt. Atq; ita ſpoliata Aſia minore & Bithynia,rebuſq; ſecundis elati, collectis omnibus ſuis copijs ad Tyram fluuium (qui ſe in Pontum exonerat) ſexies mille nauibus,& trecentis ac viginti millibus hominum in eas impoſitis,nauigationem per Pontum temerè inſtituunt,Tomos tentant,poſteà etiam Martianopolim;vtramq; fruſtra. Inde ſecundis ventis ad Propontidis anguſtias delati,quum multitudo nauium celeritatem fluxus ferre non poſſet, multa nauigia attrita colliſaque ſunt , multi mortales vndis ſubmerſi. Idcirco Cyzicum verſus inſtituto curſu,naues ſuas ad montem Athonem refecere,& Caſſandriam Theſſalonicamq; obſedere , poſteà in mediterranea delati,cum *Claudio* imp. dimicauere ; amiſere trecenta hominum millia. Sub *Valente* autem miſsis Conſtantinopolim legatis , poſtularunt ſibi agrum concedi in Thracía vel Myſia,pollicẽtes ſimul & obſequium, & Religionis Chriſtianæ profeſsionem. Annuit Imperator, deditq; eis in Myſia ad Danubium agros,præfecitq; ijs Arianos , qui gentem maleſano dogmate polluerunt, & ſimul improbis exactionibus per vim extortis,inuídiam ſibi & exitium creauerunt. Gothi enim verſa in furorem patientia, præfectos Imperatoris trucidarunt. Quam iniuriam Imperator vindicaturus , Anno xv Imperij ſui duxit in Gothos exercitum. Romani equites ad primum Gothorum conſpectum turbati,peditem nudum deſeruere: qui vndiq; irruente hoſte telis, haſtis gladijs,contis,confixi ſunt. Ipſe Imperator ſaucius quum in vicino tuguriolo eſſet depoſitus,à Gothis ſpirans adhuc deprehenſus & ſuppoſito igne combuſtus eſt. Hac victoria efferi, Conſtantinopolim petunt,& cum vxore Valentis paciſcuntur, adnumerataq; pecunia ingenti diſcedunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cedunt. Poſteà *Honorio* Romæ imperante Alaricus cum Viſigothis diſcedens ab vrbe Conſtantinopolitana, venit in Illyricum & omnia ſubuertit. Italiam quoq; ingreſſus, ab Imperatore ſedes ſibi & exercitui ſuo petijt. Imperator cum Senatu re deliberata, Gallias conceſſit: quo quũ tenderent, Stilico ipſo Paſchatis feſto eos repente inuaſit, multoſque interemit: itaque partim Stiliconis perfidia, partim ſuorum clade exacerbati, confeſtim mutato conſilio conuerſiſque ſignis Romam petiuerunt, cuncta intereà ferro flammaque vaſtantes: quo quum veniſſent, longa obſidione eo inopiæ ciues Romanos adegerunt, vt ne humanis quidem carnibus abſtinuerint. Tandem capta vrbe, triduo integro eam diripuerunt, incenſis permultis ædificijs, multiſq; Senatoribus interemptis: Cauerunt tamen, vt qui in loca ſacra & imprimis in B. Petri & Pauli baſilicas confugiſſent, tuti eſſent & inuiolati. Mira ibi rerum facies. Capta eſt vrbs quæ antea totum mundum cœperat; direpta triduo, quæ multis ſæculis regna & populos ſpoliârat. Poſt triduum ita exactum, per Campaniam & Brutium ſimili œſtro perciti diſcurrunt, Siciliam inuaſuri: Sed hic paſſi naufragium, plurimis ſuorum deſideratis redeunt. ALARICVS ad Conſentiam morbo correptus perijt. Eum Viſigothi in fluminis alueo ſepeliunt, & Athaulſum affinem in regem eligunt: qui & ipſe Romam ſecundo populatus eſt, & Placidiam Gallã Honorij ſororem raptam in vxorem duxit. Hic poſtea à Theodoſio pulſus cum ſuis in Hiſpaniam conceſſit. Hunc ordine ſequuti, SEGERICVS, VALLIA, RODERICVS, qui cum Aëtio aduerſus Hunnos decertans occubuit in campis Catalaunicis, THVRISMVNDVS, THEODORICVS, qui totam Italiam ſubegit, habuitq; pro regia Rauennam. Auguſtulus paulo ante depoſita purpura Odoacro ceſſit. Factum id M. CC. XX. anno poſt Romam conditam. Quod igitur Vectius augur præſtans, de vulturibus qui ſe Romulo obtulere, quoſque corpora ſancta vocat Ennius,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

111



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

conieℓtauit, imperium Romanum M. C C. annos perſeueraturum, id omninò ita accidit. Primus Romanus Imperator fuit Auguſtus, poſtremus Auguſtulus. Theodoricum ſequutus eſt ATALARICVS, hunc THEOADATVS, hunc VITIGES, captus à Beliſario; quem ſequuti ILDOBALDVS & ALARICVS: hos TOTILAS, qui Romam cœpit, Capitolium incendit, præcipua ædificia ſubuertit, murorum tertiam partem diruit, ciues aliò tranſtulit, adeò vt per XL. dies vrbs habitatoribus vacua fuerit.

DESCRIPTIO POMERANIÆ.

POMERANIA nunc Ducatus eſt, adiacens mari Balthico, extenditurq; longo tractu ab Holſatiæ finibus, ad fines Liuoniæ. Hæc à primis cultoribus patria lingua, hoc eſt, Wandalica *Pamorzi* appellata eſt, proprios ſemper indigenas habuit, nunquam victos, nunquã ſuo ſolo & ditionibus pulſos. Regio eſt plana, paucis montibus adſurgens, fertilis vbiq;, vbiq; amnibus fontibuſq; irrigua, prata habet & paſcua lęta gramine, ſiluas arboribus opacas, in quibus ferarum armẽta variè diſcurrunt. Animalibus verò domeſticis, frumento, butyro, melle, cera, canabi, lino, rebuſq; alijs iſtiuſmodi abundat vſq; adeò, vt etiã ex eorum exportatione incolæ magnas ſibi opes parent. Colligunt etiam maris accolæ ſuccinũ, ſed minore copia quam Boruſsi. Sunt qui ſuccinũ putant eſſe Ambram, quos certè in magna rerũ ignorantia verſari neceſſe eſt. Ambra enim ab incolis Marocci & Fez colligitur, itemq; in Oceano Britannico. Sunt qui eam putát eſſe bitumen quod ex maris fontibus eructatur; ſunt qui fungi ſpeciẽ è mari erutã fluctuum agitatu: ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

deniq; qui aliquid è Balæna. Enimuero Mauritani Balænam vocant Ambara: & Balænarũ interdũ copia ingens tempeſtatibus adflicta ad eorũ vada & ſcopulos appellitur. Ad Meſſam etiam tanta capitur multitudo, vt ex earum coſtis ædium cõtignationes componantur. Illi igitur ab Ambara Ambram dixere, quaſi purgamentum aut excremẽtum aliquod Balænæ : Etſi verò incertum ſit, quænam ſit Ambræ materia, hoc tamen ſatis conſtat, Ambram & ſuccinũ eſſe longè diuerſiſſima. Ciuitates in Pomerania multæ ſunt & nobiles. STETINVM præcipua eſt, ad Viadrum quẽ Oderam dicunt: fuit hæc olim piſcatorum vicus oblongus, ad fluminis ripam, ſed poſt ſuſceptum Chriſtianiſmum, & deſtructã Winetam tranſlato illuc emporio amplificari cœpit, eſtq; adeo nunc totius Pomeraniæ Metropolis. GRIPSWALDVM oppidum litterarum artiumq; humaniorum cultu celebre: gymnaſium exſtructum eſt anno M. D. XLVI. IVLINVM oppidum olim totius pene Europæ ampliſſimum, Emporium Vandalorum fuit, ad quod Ruſſi, Dani, Sorabi, Saxones, Sarmatæ, Sneci, merces ſuas frequentes deferebant. Incolæ rebus florẽtibus quum viderent creſcere Religionem Chriſtianam, vetuerunt, ne quis aduenarum nouæ religionis mentionem faceret, atq; hæc cauſſa eſt, cur hi nouiſſimè ad Chriſti fidem venerint. Coacti igitur tandem admiſere religionẽ, anno CM. LXXX. ſed quum ſæpius deficerẽt, atq; anno etiam M. LXVI. occiſis Chriſtianis omnibus redirent ad Paganiſmum, tandẽ ab Othone Epiſcopo Bambergenſi flagitatione Boleſlaï Poloniæ ducis & Danorum regis iterum Euangelium ſalutis in Pomerania prædicari cæpit, eo ſucceſſu, vt tres fratres Principes, Ratiſborus, Bugiſlaus, & Suantepolcus cum religione etiam baptiſmum reciperent. Primus ciuitatis Iulienſis Epiſcopus fuit Adelbertus; ſed quum perpetuis Danorum bellis vrbs infeſtata iam magna parte collapſa eſſet, placuit Epiſcopatum poſt annos XXX transferre Caminum. Atque hic fuit

finis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

finis antiqui & nobilis Emporij. Situs eius erat haud procul à lacu magno Pomeraniæ, quem tres amnes, *Panus, Zuuinus*, & *Diwinow* collecti efficiunt. STRALSVNDIA oppidum ſplendidum eſt in littore maris Balthici, quod olim proprium ducem habuit quem Barenſem vocabant, nunc Pomeraniæ Duci paret. Exſtructum creditur à Simone duce Francorum, filio Cleodemiri, poſteaque iterum à Waldemaro Daniæ rege reſtitutum, anno M. CC. IX. WINETA omnium quondam maritimarum vrbium opulentiſſima inter Suenum Fl. & Rugiam inſulam ſita fuit, deſtructa à Conrado Danorum Rege, anno M. XXX. Sunt & aliæ vrbes *Neugardia, Lemburga, Stargardia, Bergradum, Camenez, Publina, Grifenburga*: & ad littus *Colberga, Caminum, Collinum, Sunda, Pucka, Reuecol, Louenſburg, & Hechel*. Diuiditur autem Pomerania omnis in ſuperiorem & inferiorem: quarum altera Ducatum habet Stetinenſem & Wolgaſtum, cum inſula Rugia; altera Ortum verſus Vandaliam & Caſſubiam.

DESCRIPTIO MARCH. BRANDENBVRGICI.

MARCHIONATVS BRANDENBVRGICVS quem hac tabula repræſentamus olim à Vandalis habitatus fuit, quorum ſedes ab Albi flumine Orientem verſus porrigebantur, per ditiones quas nunc Mechelburgici, Brandenburgici, Pomerani, Bohemi, Poloni, incolunt. Nomen habet à Metropoli, quam quidam initio Brenneburgum vocatam adſerunt: quo etiam reſpexit Georgius Sabinus in ſuo Hodœporico,

Italiam quando digreſſus ab vrbe petebam,
A duce quæ Brenno condita nomen habet.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

112



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Oppugnauit eos diu Carolus Magnus, expugnauit Henricus Auceps, per brumam caſtris in glacie firmatis, qui etiam vrbi præſidium impoſuit, cum colonia Saxonum. Diuiditur autem tota hæc Marchia in duas partes, in *Veterem* ſcilicet, quam Sueuus fluuius (nunc *Spree* dicunt) alluit, & *Nouam*, quam Warta & Viadrus prælabuntur. Veteris Marchiæ Metropolis eſt Brandeburgum, de quo diximus: Nouæ FRANCOFVRTVM, cuius ſitus longe eſt iucundiſsimus ad Viadrum (quem Oderam vocant) piſcium copia abundantem. Hic ad ortum eſt, cætera vrbis cingunt amœniſsimi colles & vineta lectiſsima, è quibus vinum colligunt, quod in Pomeraniam, Daniam, Boruſsiam, & vicina loca ſecundo amne deuehunt. Exſtructa eſt vrbs primum anno M. CC. LIII. à Gedino ab Hertzberg, auſpicijs & iuſſu Ioannis primi marchionis Brandeburgici. Gymnaſium habet artiũ, linguarum, & facultatum præcipuarum, exſtructum anno M. D. VI. à Ioachimo Marchione, multiſque exornatũ ſtipendijs. Habet & Emporium. BERLINVM ſedes eſt principum. Porrò Brandeburgicus Marchio Elector etiam eſt Imperij, & inter opulentiſsimos potentiſsimoſq; Germaniæ principes numeratur, quippe qui præter Marchiam vtramq; etiam in Luſatiæ Comitatu & in Sileſia vrbes multas poſsideat. Principum iſtorum ſucceſsio varia fuit: nam deficiente Marchionum ſtirpe, Ludouicus Bauarus anno M. C. XIX. principatum dedit filio ſuo Ludouico: Bauari anno M. CCC. LXXIII. vendiderunt eum Carolo Imperatori Regi Bohemiæ: A filio Caroli Ioanne deuolutus eſt Marchionatus ad Morauiæ Principes, Iudocum & Procopiũ: Iudocus ære alieno preſſus eam oppignorauit Wilielmo Marchioni Miſniæ. Tandem in Concilio Cõſtantienſi anno M. CCCC. XVII. Sigiſmundus Rex Friderico Burchgrauio Noribergenſi dono dedit. Hodie ei præeſt ſumma prudentiæ, clementiæ, & liberalitatis laude clarus Ioan. Georgius. Prouinciæ totius Marchionatus ſunt *Aldemarck*, *Mittelmarck*, *Neumarck*, *Vtermarck*, *Pregnitz*, *Croſſen*, *Sterneberg* & *Cotbus*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SAXONIA etſi totius Germaniæ ampliſsima regio, hodiè tamen non tam latè patet, atque olim. Antiqua enim Saxonia inter Albim & Rhenum fluuios, mare Germanicum, & Eydoram amnem, vſque ad Haſsiam & Thuringiæ confinia extendebatur, eratque eius centrum Brunſuicum: itaque Weſtphalia, Marchia vetus, Miſnia, Luſatia, Manſfeldia, aliæque regiones complures Saxoniæ nomine vocabantur. Nunc verò diuiditur Saxonia in Superiorem & Inferiorem. Superioris Saxoniæ vrbs primaria eſt *Witemberga*, Inferioris *Halla*, WITENBERGA ad Albim ſita eſt, exſtructa à Witikindo I. Gymnaſium habet erectum à Duce Frederico Anno M. D. II. HALLA ad Salam Fl. vrbs amœna & munita. Ad inferiorem Saxoniam referuntur Ducatus Luneburgenſis, Brunſuicenſis, Lauuenbergenſis, ac prætereà etiam Ducatus Mechelenburgicus, in quo *Suerinum* vrbs vetus, condita ante Lubecam, Roſtochium, Sundium, Wiſmariam: Figura eius eſt quadrata; conſtatque adeò quatuor ferè vrbibus, quarum ſingulæ proprias appellationes ſortitæ ſunt. Prima eſt Suerinum, ſecunda Neapolis, tertia à carecto, quarta à palude nomen habet. Vicus Fichela qui ad lacum Suerinenſem iacet, tantum 5000. paſſ. diſtat à mari Balthico: quæ vicinitas effecit, vt de foſſa ex lacu in mare Balthicum ducenda aliquando actitatum ſit, irrito labore, vt in Iſtmo Peloponeſiaco accidit. In eodem tractu ſunt *Magdeburgum* ad Albim. *Halberſtadium* ad Oltemiam Fl. *Minda* ad Viſurgim. *Hildelſhemium*, patria Ludolphi Colonienſis Mathematici peritiſsimi, qui Lugduni obijt in Batauis. Vicina huic eſt BVCHONIA, cuius Metropolis *Fulda*. MANSFELDIA Comitatus veteris Saxoniæ, ad amnem Salam antiquiſsimus, quum Hegenus qui tempore Arturi Britanniæ regis floruit, anno D. XLII. Comes Manſfeldicus fuiſſe perhibeatur: nomen eï à Manno Thuiſconis filio, vt Aſcaniæ vicinæ ab Aſcenes. Primariæ vrbes ſunt, *Manſfeldia*, ad Wiperum Fl. *Eiſlebia*,

& Wypra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& Wypra. Eiſlebia Metropolis eſt, inter Salam & Wiperum: nomen creditur habere ab Iſide, quam Tacitus oras Sueuicas poſt obitum mariti peragraſſe, teſtis eſt. Iuxtà eam ſunt metalla in montibus Meliboci. Eruitur etiam ex ijſdem montibus lapis niger, fiſsilis, qui picis æriſque plurimum continet, in quo etiam apertè fulget auri & cupri color. Hunc ingenti copia erutum exurunt, deſtillante intereà metallo ignis vi liquefacto. In hoc lapide manifeſta apparent lineamenta diuerſorum animalium, eorum imprimis quos vicinus alit lacus, anguillarum, carpionum, ranarum: interdum etiam gallorum gallinaceorum, & (quod fidem penè exuperat) Pontificis barbati triplici corona ornati. Loca iſta Tubantes coluiſſe exiſtimantur. TVRINGIA Lantgrauiatus titulum habet, regio optimè exculta, vt quæ intra longitudinem duodecim mill. Germanicorum, Comitatus habeat XII. Abbatias totidem, vrbes C. XLIV. ac præterea bis M. pagos: & arces CC. L. Primaria eius ciuitas eſt *Erphurdia* totius Germaniæ maxima, ad Geram fluuium, ex minimis initijs vehementer aucta, ornataque à Clodouæo Francorum Rege, Anno CCCC. XXXVIII. Magna ſæpè damna ab incendijs paſſa eſt, graſſante igne, adeò vt ſemel ſex ædificiorum millia abſumpta ſint: ſed, vt fit, ſemper poſt cineres emicuit elegantior. Scholam habet litterarum ſtudijs florentem, quam Bonifacius Papa IX. priuilegijs ornauit, Anno M. CCC. XCII. Proxima eſt *Jena*, in valle ad Salam Fl. ſupra quem pontem habet. Nobilis eſt publico Gymnaſio, erecto Anno M. D. LVIII. *Wimaria* ducum Saxoniæ ſedes eſt ad Ilmam fluuiolum. MISNIA inter Luſatiam, Bohemiam, Marchiam, & Saxoniam interiecta, regionem habet vini, mellis, frumenti feraciſsimam. Vrbes eius multæ: primaria eſt *Miſena* ad læuam Albis ripam, exſtructa ab Ottone I. Proxima *Dreſdena* ſitu valdè iucundo, & contra hoſtium incurſiones probe munito. Hic armamentarium eſt Ducis Saxoniæ, eſt & aula eius magnificè exſtructa, & pons è ſaxo admirandi operis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

operis. *Lipſia* emporium celebre, ad Pleiſſenam amnem ſita reliquas omnes Miſniæ vrbes opulétia & ſplendore antecellit: hic nobile eſt litterarum & ſapientiæ Gymnaſium, quod rebus Pragæ conturbatis eò tranſlatum eſt, anno M. CCCC. VIII. Scaliger,

Lipſia ſe oſtentans ſublimibus aurea tectis,
Lumina dum ſaturat, mens perit icta fame.
Vecta quibus ratibus longinquæ marmora terræ,
Vnde frequens flaui pura nitela Tagi.
Huc Cyprum, huc Temeſum, huc Arabes, huc Serica dices
Sedibus euulſa, huc India regna, ſuis.
Quum bibitur gemma, vincuntur nectare gemma,
Sed lingua varius vincit vtrumque nitor.
Nec Germana tamen vitiatur Lipſia luxu,
Aſt hunc Germanum Lipſia magna facit.

In eodem tractu ſunt Ilenburgum, Antiquæ cellæ, Lautenbergum, & alia oppida. LVSATIA duplex eſt, inferior & ſuperior. In hac ſunt *Spremberg*, *Prybus*, & *Cotbus*: in illa *Gorlitz*, *Zitaw*, & Rotenburgum ad Tubarim vrbs amœna, & litterarum humaniorumque diſciplinarum ſtudijs exculta, quæ ornantur augenturque eo loco in dies ab Andrea Libauio veræ ſeriæque Philoſophiæ aduerſus nouatores adſertore.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

114


SEPTENT.
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
Miliaria Germanica
5 10 15
SILESIA
POLONIÆ
PARS
Pars
Bohemiæ
Francfurt
Zulch
Odera flu.
Spree flu.
Kroſſen
Prauſtat
Koſton
Peiſern
Warta fluvius
Kalis
Storchenſt
Krobia
Sdum
Guben
Puritz
Freiban
Borka
Sulonnurſte
Mielſtadt
Syratz
Brabow
Petrkaw
Welon
Buntzel
Roitwitz
Sprenberg
Benten
Sagan
Glogaw
Hornſtadt
Odelno
Goſcz
Wartenberg
Strunaw
Trachenberg
Feſtenberg
Auris
Hunſelt
Bernſtadt
Butzel
Liſa
Krepitz
Klobotzko
Olſtyn
Gorlitz
Budiſſin
Baudzen
Biſchofwer
Sittaw
Kratze
Frideberch
Hirſchberg
Breſlaw
Olaw
Brigk
Reſenberg
Zatky
Waldowitz
Sweinitz
Grotka
Oppelen
Nackel
Toſte
Beutten
Krumlaw
Monſterberg
Neiſſe
Odera flu
Benſchin
Braun
Glotz
Landeck
Leſchnitz
Pilbowitz
Koſiglowa
Crakaw
Novagura
Mittwalde
Freienwalde
Ratibor
Oderberg
Treppa
Teſchen
Oder
Zywietz
Praga
Olomunz
Greb

SILESIAM olim Viſburgij & Quadi coluere; terminatur à Meridie Morauia & Hercynia ſilua, ab Occidente Luſatiæ & Bohemiæ parte: à Septentrione & Ortu, Polonia. Longitudo eſt cc. mill. paſſuum, latitudo LXXX. Regio omnis cultiſsima & ditiſsima. Viadrus per eam labitur, in quem vndique plures amnes & riui confluunt, *Elſa*, *Ola*, *Bobrus*, *Baruſius*, alijque. Vrbes hic cultæ, & legibus artiumque humanarum ſtudijs exornatæ. Metropolis eius tractus eſt VRATISLAVIA, *Budorchis* vt quidam volunt Ptolemæo, vulgò *Breſlaw*. Dugloſſus ſcribit, eam exſtructam à Miëſlao Duce Poloniæ, paullò ante annum Chriſti milleſimum, inde poſt annos XL. ornatam eſſe Epiſcopatu à Caſimiro Rege Poloniæ: his incrementis tantum auctam, vt eius ciuitatis antiſtites *Aurei Epiſcopi* ob diuitias & rerum omnium copiam dicerentur. Anno M.CCC.XLI. die ſeptima Septembris tota in fauillas abijt. Sed ſub Carolo III. Imp. ex lateritia facta eſt aurea; Memorabile eſt quod de turri templi S. Eliſabethæ teſtatur inſcriptio, quam quum ijs in locis degerem deſcripſi.

MIRABILIS IN APTIS DOMINVS,

Collapſa eſt turris Siloë madefacta cruore,
Pyramide hac noſtra, nemo, cadente, perit.
Nam iuſſu Domini exceptam, cui gloria ſoli,
Angelicæ molem depoſuere manus.

Accidit ruina iſta turris anno M.D.XXIX. feſto S. Matthæi: præter felem vnam nemo læſus. Situs loci, ædificiorum ſplendor, turrium, templorum, pontium ſtructura, platearum diſpoſitio, vrbem vehementer commendant. Imprimis verò ciuium humanitas, induſtriaque, & Senatorum

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rum prudentia. Adminiſtratio Ariſtocratica eſt, plena dignitatis; Leges ſunt ad pacem, iuſtitiam, honeſtatem conſtitutæ. Hæc Monauiorum patria. NISSA Epiſcopalis eſt ciuitas, cui nomen à fluuio prælabente. Sunt præterea in hoc tractu Ducatus XV. quorum ſex in tres veteres familias diſtributi ſunt, reliqui verò extinctis veris Dominis ad Bohemiæ regem ſunt deuoluti. Nobilitas Sileſiaca animis erectis eſt & inuictis, manu prompta, conſilio prouida; ante diſcrimen tranquilla, in periculis audens & concitata. Verè enim dixit Curtius, *Temeritas vbi primum impetum effudit, velut quædam animalia, amiſſo aculeo torpet.* Proinde Hungariæ quod reliquum eſt, id magna parte huic nobilitati orbis Chriſtianus meritò acceptum referre debet.

DESCRIPTIO BOHEMIÆ.

BOHEMIÆ regnum Germaniæ finibus incluſum, ſilua Hercynia vndique cingitur; nomen habet à Boijs, qui eò migrarunt. Ptolemæus lib. II. cap. XI. in Germaniæ deſcriptione ſub ſilua Hercynia ponit Bæmos gentem magnam, vſque ad Danubium: Straboni dicitur *Bubiemum*, Tacito *Boiemum* Longitudo eius, qui & Hercyniæ ambientis diameter, eſt XXXVI. mill. Bohemicorum. Regio amœna, fertilis, munita. Fluuium nullum aliunde recipit, plurimos autem nobiliſsimoſque extra ſe diffundit. Crocum mittit, ſucco, odore, colore optimum. Argenti adeò eſt adfluens, vt vix alia metalla intra venas terra abdat. Primariæ fodinæ ſunt in agris *Cromelaw*, *Buduueiß*, & *Kuttenberg*. Aurum tamen quibuſdam locis effoditur, cuius fruſtum vnum decem pondo Regi aliquando allatum memoratur. In oppido *Beraun* etiam ferri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

fodinæ ſunt. Flumina præcipua ſunt, ALBIS quem ipſi *Labe* dicunt, hic ad vrbem *Auſt* è montibus erumpit. MVLTAVIA, qui Ptolemæi Caſſurgis eſſe creditur, Germanis *Molea*, accolis *Vltauua*. EGRA, SASSAVA, GISERA, aliaq;, quorũ nonnulla auri etiam ramenta ferunt, ciceris magnitudine, quæ nulla purgatione vlteriore indigent: ſunt etiam quæ conchas habeant, è quibus vniones capiuntur. Vrbes habet alias regi ſubiectas, alias proceribus & nobilibus. *Laun* abundat tritico & terræ fructibus. *Rakoninck* palmam habet cereuiſiæ; *Egra*, medonis: *Leimiritz* vinum fert, *Glataw* habet optimos caſeos. Ad *Lantzhut* fodiuntur gemmæ, ad *Gilaw* aurum; ad *Graupen*, ſtannum. In *Elbogen* thermæ ſunt: Primaria vrbs eſt PRAGA à Primiſlao III Bohemiæ duce & Libuſſa eius vxore muro & foſſis cincta. Arcem in monte habet, Viſegradum, ſiue *Heerſchem*. Diuiditur autem tota vrbs in tres ciuitates; ſuperiorem, nouam, & paruam. Muldauia Fl. antiquam Pragam à noua in qua arx eſt & templum Cathedrale S. Viti, diſcludit; pons connectit. Pons iſte lapideus eſt, habetque XXIV arcus, opus Vladiſlaï Regis. Carolus IV Imperator & Rex Bohemiæ vrbem mirificè auxit ornauitque. Ad arcem accliui admodum colle itur. In Templo Arcis monumentum eſt ſingulari artificio ex alabaſtro exſtructum, quo Principes aliquot & Imperatores ſepulti ſunt. Id quum Pragæ agerem deſcripſi cum omnibus epigraphis. Deſcriptum hic repreſentare viſum fuit.

AD ORTVM.

FERDINANDVS I *Archid. Auſt. Rom. Imperator. Hungariæ & Bohemiæ Rex. Natus Medinæ. Annno* M.D.III. *die* X. *Martij, Coronat. Pragæ, Anno* M.D.XXVIII. *die* XXIII. *Februarij. Mortuus Anno* M.D.LXIIII. *die* XXV. *Iulij.*

AD

AD SEPTENTRIONEM.

ANNA *filia. Vladiſl. regis Hung. & Bohemiæ. Imperatr. vxor Ferdi. Imperat. vixit Annos* XLV. *Mort. Anno* M.D.XLVII. *die vlt. Ianuarij.* Ad latus. *Wenceſl. Rom. Imperat. Boh. Rex Nat. Anno* M.CCCC.LXI. *Coronat. An.* M.CCC.LXIII. *die* XII. *Iunij. ætat.* LVIII. *Mort. & ſepult. An.* M.CCCC.XVIII.

AD OCCASVM.

LADISL. *nat. Anno* M.CCCC.XXXVIII. *Coronat. Anno* M.CCCC.LII. *die Simo. & Iudæ. mort. An. ætat.* XVIII. *ſepult. An.* M.CCCC.LVIII. *die* XXX. *Nouemb.* Ad latus. *Georg. Prodiebrad. Coronat. Rex Boh. An.* M.CCCC.LVIII. *mort. & ſepult. An.* M.CCCC.LXXI. *die* XXII. *Martij.* Amplius ad latus. *Carol.* IIII *Rom. Imperat. Boh. Rex. Nat. An.* M.CCC.XVI. *Coronat. An.* M.CCC.XLVII. *mort. & ſepult. An.* M.CCC.LXVIII. Amplius. *Blanca. filia Philippi comitis Valeſiæ. vxor. Carol.* IIII *Regina Boh. mort. & ſepult. An.* M.CCC.XLVIII. Denique ad idem latus. *Anna filia Palatini ad Rhenum. comit. Vxor.* II *Carol.* IIII *Regina Boh. mort. & ſepult. An.* M.CCC.LII.

AD MERIDIEM.

MAXIMIL. II *Archid. Auſt. Rom. Imperat. Hung. & Boh. Rex. Natus An.* M.D.XXVII. *die* I. *Auguſt. mortuus Ratiſponæ An.* LXXVI. *die* XII. *Octobr. circiter. hor.* IX. *antemeridianam. ſepult. die* XXII. *Martij* M.D.LXXVII. Infra ad vnum latus. *Anna filia Auleonis ducis Suidnicencis vxor* III *Caroli* IIII *Regina Boh. mortua & ſepulta An.* M.CCC.LXII. Ad alterum. *Eliſabeta filia ducis Stetinenſis Bogſluaï. Vxor* IIII *Carol.* IIII *Regina Boh. mortua & ſepulta. Anno* . . . . . .

Neque verò omittendum nobis de Praga Elogium Iulij Cæſaris Scaligeri,

Septa metallifero circum quæ monte ſuperbis
Hercinię in medio Martia Praga ſinu.

 Linque

Linque alijs populis tantæ munimina ſedis
Qui nequeant armis iura tenere loci.
Namque tuum eſt non præſidio turgere locorum,
Sed loca præſidijs fidere poſſe tuis.

CZASLAVIÆ etiam in cippo ſepulchrali qui Ciſcæ imaginem inciſam lapidi continet; hæc verba in margine quadrato inſcripta ſunt *Anno* M. CCCC. XXIIII. *die Iouis ante feſtum Galli, vita functus Ioannes Zyſkia à Calice, rector Rerumpublicarum laborantium in nomine & pro nomine Dei, hoc templo conditus eſt.* E regione ad parietem eſt altare quoddam, in cuius exteriore facie Huſſus & Zyſka picti ſunt. Poſt altare ex eodem pariete dependet lapis quadratus è catena ferrea, ſeſquiſpithamæ magnitudine in quolibet latere. Huic tale diſtichon inſcriptum legitur.

Menſa fuit Zyſkæ lapis hic, dum corpore Chriſti
Veſcitur, & potum ſanguinis ore bibit.

Super ſepulchralem cippum è templi fornice claua ferrea dependet, quam idem ſemper in prælijs geſtaſſe fertur. Vicina Bohemiæ eſt MORAVIA, quam veteres Marcomanni coluere; nomen habet à fluuio Moraua. Regio campeſtris eſt, molli & pingui ſolo, ſegetibuſq; idcirco peridoneo; collibus etiã alicubi adſurgit vitiferis. Sermo ipſis modo Bohemicus, modo Germanicus; vtrumque enim callent, vt per Bohemiam plerique. Thus foſsile ſimiliterque myrrham in hoc tractu inueniri, loco quem vocant *Gradiſko* auctor eſt Ioannes Dubrauius. Amnes præter Morauam præcipui ſunt, Suitra, Thayſa, Igla, Haua, Suarta. Ciuitates præcipuæ ſunt Olmuzium & Pruna. Sunt etiam in Morauia Ducatus duo, præter alia quædam dominia. In huius regionis pagis variè habitant Anabaptiſtæ omnium bonorum communionem profeſsi.

FRANCO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

FRANCONIA alio nomine *Francia Orientalis* dicitur : hæc Sueuiæ & Bauariæ à Meridie vicina eſt, ab Occaſu Rheno contigua, ab Ortu Bohemiæ & Turingiæ. Regio partim plana eſt, partim vitiferis collibus leniter accliuis. Ducatus nomine & dignitate gaudet, quem titulum Epiſcopus Herbipolenſis ſibi vindicat. Neque tamen illi omnis Franconia ſubiecta eſt : Marchioni Brandenburgico parent Kitzinga, & Briſtadium : Epiſcopo Badenbergenſi Graglingiacum : Herbipolitano verò Chronacum, Forcheimium, Staphelſteinium, Hochſtadium. Moguntino Koningſpergum, Oxenfordia, Caroloſtadium, Hasfordia, cum Biſchofſhenimio, Alderburgo, Mildeburgo & alijs quibuſdam oppidis. Colburgum Saxoniæ Duci ſubiectum eſt. WIRCEBVRGVM quod Conradus Celta vocat *Erebipolim*, Ligurinus non malus auctor *Herbipolim*, Spanhemius *Marcopolim*, Ptolemæus *Arctanium*, indigenæ *Wirtzburg*, vrbs eſt luculenta, in qua Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus Anno Christi D.CC.LI. erexit Epiſcopatum. Vrbs ipſa in plano ſita eſt, collibus vndique amœniſque hortis, & pratis cincta : Ad Occaſum Mœnus præterfluit, ad vecturam accommodatus. Ripas vtrimque iungit pons lapideus, fortiſsimis innixus pilis. Vltrà Mœnum in vicino monte arx eſt, quam variæ ciuium & ruſticorum oppugnationes inexpugnabilem eſſe oſtenderunt. Ad pedem montis Monaſterium eſt à Burchardo opibus Cuniberti Franciæ Regis exſtructum in honorem B. Magni confeſſoris. Ager omnis Franconiæ lætus eſt : Babebergenſis (cui à Baba Principe nomen) tantam glycyrizæ copiam præbet, vt toti Germaniæ ad vſum deliciarum & medicamentorum quantum ſatis eſt ſufficiat. Eius Metropolis BAMBERGA ad fluuium Regnitz, Epiſcopalis ſedes, vallo carens. In hoc tractu ad Mœnum eſt FRANCOFVRTVM, vrbs imperialis, binis per totum orbem nundinis celebris. Hic Romanos Réges eligi ab Electo-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

116



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ribus mos eſt. Cæterum non fuerit alienum planè ab inſtituto præſenti, cognoſcere, formulam exſequiarum & inaugurationis Epiſcoporum & Ducum Wirceburgenſium. Poſt exceſſum prioris, deſignatus Epiſcopus ciuitatem cum ingenti & exquiſito equitatu ingreditur. Admiſſus, deſcendit de equo, & depoſito auguſtiore ornatu per quatuor Comites officiales in Domum Saluatoris deducitur, nudato capite, pedibus nudis, vili veſte tectus, & ſolo funiculo cinctus. Officiales ſunt, Domini ab Hennenberg, Caſtel, Vuertheim, & Rheinek. Decanus ei cum clero obuiam procedens, rogat, Quid petat? Ille demiſſe reſpondet, ſe indignum præſto eſſe, munia ad quæ electus ſit, ſubire, & ſuo officio ex fide defungi. Tum Decanus, Ego verò, inquit, nomine totius capituli, domum Saluatoris mundi eique annexum Ducatum tuæ fidei committo, in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Mox clerum in ædes Saluatoris digreſſum ipſe ſequitur, indutuſque ex more Pontificalem trabeam, ſacris primum, poſteà conuiuio in arce intereſt. Defuncti verò Epiſcopi cadauer exenteratum in ſacello arcis primum deponitur, corde exempto inque vas vitreum concluſo. Poſtridie ex arce in Monaſterium S. Iacobi defertur, dextera pedum, læua gladium tenens: Tertio die inde in ædem Saluatoris itur: hic cantus, preces, vota: poſtea cum pedo & gladio ſepelitur.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

117

DESCRIPTIO PALATINATVS RHENI.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PALATINATVS Rheni ad vtramq; eius fluminis ripam longè lateq; patet, adeò vt & Nemetũ, & Vangionum antiquas ſedes, & Moguntiaci tractus partẽ maximam in Gallia Belgica, cetera in magna Germania contineat. Pagi, arces, municipia permulta variè diffuſa ſunt. Vrbes memorantur XLVIII inter quas excellunt *Ladenberch*, *Schreyſſen*, *Weynhem*, *Straulberch*, *Gelhuſen*, *Moſrach*, *SintZen*, *Oppenheym*, *Keyſer ſlouter*, *Ingelheim*; & ad Tubuerũ *Luden*. Harum omniũ caput eſt Heidelberga, Princip. Palatini ſedes. Nomen habet vel à gentibus, hæ enim Germanis dicuntur *Heyden*: vel à myrto, quem ijdem vocant *Heydelbeer*, atq; ob hanc cauſſam eruditiſsimus Meliſſus eam vrbẽ appellat Myrtiletum. Sunt qui Ptolemaïcam *Budorim* hic ſitam fuiſſe putent; ſed hi præter inanem coniecturã nihil adferunt. Budorim enim ſtatuit Ptolem. latitud. grad. LI. Quũ Heydelberga habeat latitud. grad. duntaxat XLIX. m. 35. Sita eſt ad Nicrum, in faucibus montiũ. Celebris fuit iam inde ab An. M.CCC.XLVI. inſigni litterarum & Sapientiæ gymnaſio, quod ijs tẽporibus conſtitutũ eſt a Ruperto ſeniore Princ. Palatino qui etiam ad eius curam Marſilium quendã Vltraiectinũ Pariſijs euocauit. Ex eo ſemper inclyta fuit doctorũ & ſtudioſorum frequentia. Porro vniuerſus Palatinatus in quatuor præpoſituras tributus eſt, quas illi *Ampten* vocant, Heydelbergẽſem, Alzeenſem, Neoſtadienſem, & Moſ bacẽſem. Tractus vniuerſus amœnitate, fertilitate, & vbere omniũ rerum copia vix vlli Germaniæ parti cedit. Montes pleriq; vitiferi ſunt, ijdem ad Boream caſtanetis referti, aut ſiluis. Alibi hortos habent, prata, arua, ſegetẽ. Inter Wormaciã, Heydelbergã, Neoſtadium, Crucenacum, Oppenhemiũ generoſiſsimæ ſunt vites. Imprimis Pfetterſhemij, cuius bonitas cum Setijs, Falernis, Cæcubis certare poſsit. Primus Elector Palat. fuit Henricus, is qui cũ cæteris Electoribus An. M.III. Imperatorem conſtituit D Henricum. Ante hunc videtur Palatinorum nomen intra Palatiũ tantùm Imperatoris fuiſſe vſurpatũ. de ijs qui Palatio præfecti erant.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

 DESCRIPTIO SALISBVRGENSIS DIOECES.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SALISBVRGENSIS Epiſcopatus ab vrbe Metropolitana nomen habet: hæc à fluuio *Sultzach:* Eadem olim Iuuania dicta fuit, vel à flumine Iuuario, vel quod hoc ipſo loco in montium faucibus arx fuerit munitiſſima, ſubſidium Romanorum contra Germanos militantium. Tabella præter Saltzburgenſes complectitur etiam regionem Anaſinam, Pintzgouios, & Alpes Iulias. Ditio omnis montoſa, iugiſque quæ accolæ *Taurn* vocant, aſpera. Hinc iſta ſunt, *Radſtattertbaurn*, *Felbergthaurn*, *Kornthaurn*, *Caſteinerthaurn*, multaque alia, adeò alta, vt, qui media æſtate conſcendunt, quum ad verticem peruentum eſt, frigore infeſtentur: nullus curribus locus, anguſti calles, adeoque interdum præcipites, vt vix iumento clitellario etiam adſueto iter ſit, grandia verò pericula ſcandentes maneant, quum aut ſubito exorti venti in præcipitia homines abripiant, aut immenſi conuolutarum niuium globi ſiluas, ſaxa, iumenta, atque etiam domos vicinas ſæpe obterant. Ex his montibus frequentes amnes defluunt. *Anaſſus* in Septentrionem, quem Altzius, Saltzius, Matichius, ſuis aquis augent. Hinc etiam *Mur*, & *Drauus* oriuntur, quem poſteriorem Plinius nominat lib. III. cap. 25. Porrò ſedes iſta ſub Arnone decimo Eccleſiæ huius antiſtite Archiepiſcopatus titulo inſignita eſt à Leone III. Habet ſub ſe ſuffraganeos Epiſcopos, Tridentinum, Batauienſem, Viennenſem, Gurcenſem, Brixienſem, Friſingenſem, Seccouienſem, Lauentinenſem, & Chyemenſem. Vrbem ab Hunnis vaſtatam incenſamque exſtruxit Rupertus, inque ea cœnobium erexit S. Benedicti.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

AVSTRIÆ nomen recens eſt: à voce Germinica *Ooſtenreiche*, quod nomen veteres Franci regnorum ſuorum limiti orientali poſuerunt, vt *Weſtenreiche* Occidentali. Atqui Francorum *Ooſtenreich* ad Rhenum, ſitum fuit; dictumque poſtea Auſtraſia, quo nomine amiſſo, videntur Pannonij illud ſibi tribuiſſe, vt autor eſt Lazius lib. 1. cap. 2. Comment. Gent. Auſtr. Sunt autem Auſtriaci Francorum & Saxonum ſoboles, qui hunc ſibi tractum fruſtra reluctantibus Hungaris ferro pepererunt. Diuiditur in Superiorem & Inferiorem, quarum hæc vltra, illa cis Danubium ſita eſt. Habet prætereà quoque Styriæ Ducatum, inter Danubium, Muer & Mietz fluuios extenſum, cuius incolæ partim Germanico partim *Sclauonico* vtuntur idiomate, ſtrumiſque pendulis deformes ſunt. Habet & Ducatum Carinthiæ inter Muer & Drauum Fl. ſitum. Item Carmiam Meridiem verſus. Primaria Auſtriæ vrbs eſt VIENNA ante Chriſti Seruatoris natiuitatem culta à Sarmatis & Vuindis, quibus ſucceſſerent Boï, Senones, alijque quos Tiberius Nero in prouinciæ formam redegit: *Vindebona* dicitur in Itinerario Antonini, Ptolemæus *Iuliobonam* vocat; vterque ad eam locat decimam legionem Germanicam, quam eo loco conſediſſe multa admodum monumenta perantiqua, tum intra vrbem tum extra eam teſtantur. Legioni huic à ſigno nomen Alaudæ fuit; vnde etiam videntur prima orta eſſe Auſtriacorum Marchionum inſignia, alaudæ quinque. Dicta etiam eſt *Fabiana*. Ita in veteri diplomate anni M. C. LVIII. *Ego Henricus Dei gratia dux Auſtriæ, vniuerſis Chriſti fidelibus Salutem. Manifeſtum fieri volumus vniuerſis, quod nos inter alias noſtri patrocinatus Eccleſias abbatiam in honorem Dei fundauimus in territorio ſcilicet Fauianæ, quæ à modernis Vienna nuncupatur.* Otto Friſingenſis lib. 1. Hiſtor. Frid. cap. XXXII. *Dux tunc demum terga hoſti dare compellitur, & periculis belli exemptus, in vicinum oppidum Viennis, quod olim à Rom. inhabitatum Fabiana dicebatur, declinauit.* Similiter legas in hiſtoria Seuerini Epiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rini Epiſcopi Viennenſis. Atque ad hanc appellationem maximè accedit vulgata & trita apud accolas appellatio, *Biana.* Chriſtianam Religionem admiſit anno CCCC. LXIV. doctore Seuerino, qui etiam duas ibi Baſilicas exſtruxit. Hiſtoria huius vrbis peti poteſt a Lazio & Ottone Friſingenſi. Rexerunt eam aliquandiu Comites Babebergenſes, quorum primus Lupoldus Marchio Auſtriacus ab Ottone II. Imperatore dictus eſt, poſtea Henricus, Dux ex marchione factus à Friderico Imperatore, qua ſtirpe deficiente, Rudolphus Habſpurgenſis qui in Cæſarem electus eſt anno M. CC. LXXX. eam ſui iuris fecit, Ducatumque voluit appellari. Fridericus II. in regnum etiam erexit. Vrbem hic ornauit auxitque: vt & ſequentes ferè omnes Auſtriæ duces. Nobiliſsimum in ea Gymnaſium artium ſcientiarumque conſtitutum eſt à Friderico Imperatore: renouatum poſtea ab Alberto Archiduce anno M. CCC. LVI. Id poſtea ſeditionibus inter ſtudioſos gliſcentibus collapſum, ſubuerſumque eſt. Claram vrbem fecit obſidio Turcarum anno M. D. XXIX. fortiter à ciuibus tolerata, in qua Turcarum LX. millia perijſſe memorantur. Auſtriæ præterea ad Danubium oppida ſunt *Bechlern*, *Weiteneck*, *Melck*, *Euerſdorff*, *Sbitz*, *Tiereſteyn*, *Krembis*, *Tullen.* Vinum regio omnis fert nobiliſsimum; meracius Germanico, dilutius Hiſpanico, idque Morauis, Bohemis, Sileſijs, viciniſque Bauaris præbet. Zinziber etiam producit iuxta Hamburgum, ad radicem Cæcij montis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BAVARIA duplex eſt, vna cis, altera vltra Danubium. In hac ſunt Epiſcopatus *Salſburgenſis, Patauienſis, Friſingenſis, & Ruiſpinenſis.* Illa habet Bauariam Atheſinam, Superiorem, & Inferiorem. Superior ad Alpes & Auſtrum ſita, vrbes habet *Monachium*, ad ripam Iſarę fluuij, Ducis ſedem: *Ingolſtadium* Academia celebrem; *Friſingam* Epiſcopatu: ac præterea oppida XXXII. cum Prouincia Vindelicorum. Inferior verò Bauaria vrbes habet XXXIV. oppida XLVI. exceptis pagis & arcibus. In hac ſunt pręter *Noribergam* ſupra commemoratam, *Ratiſpona, Patauium, Lanſhutum, Salſburgum*, quod Antoninus vocat Iuuaniam. Vindelici ex antiquorum deſcriptione inter Rhætos & Noricos ſiti ſunt. Rhætia duplex eſt, vna latior, quæ Vindelicos Noricoſque & Rhętos propriè dictos complectitur, altera ſtrictior. Vindelicos à Rhætis diſterminat Lycus fl. ſi Ptolemæo eſt fides. Sin Strabonem ſequimur, Rhenus & lacus Brigantinus, quem nos in Heluetiæ deſcriptione monſtrauimus. Eoſdem à Germanis ſeparat Danubius, ab Italia Alpes. Originem nominis Vindelicorum rectè obſeruauit ex Ricardo Marcus Velſerus,

Reſpicit & latè fluuios Vindamque Lycumque
Miſcentes vndas, & nomina littoris, vnde
Antiquam gentem, populumque vrbemque vocarunt
Vindelicam ---- ----

Vindelicorum quænam gentes vrbeſque fuerint tum ex Plinio & Ptolemæo cognoſci poteſt, tum ex illuſtri Strabonis loco qui eſt lib. IV. *Vindelicorum petulantiſſimi habiti ſunt Licatij, Clautinatij, & Vennones. Rhætorum, Rucatij & Coluantij. Geſtiones quoque Vindelicorum ſunt, & Brigantij. Vrbes ipſorum Brigantium & Camœdunum, & Licatiorum veluti arx Damaſia. De horum latronum in Italia ſeuitia hoc memoratur. Eos pago aut vrbe potitos, non modo puberes omnes necare, ſed ne infantibus quidem*

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

maſculis parcere. Imò ne hic quidem ſubſiſtere, ſed grauidas etiam mulieres occidere, quas eorum vates dicunt virilem fœtum vtero ferre. Ad hos vincendos miſsi ſunt ab Auguſto Tib. Claudius Nero, & Nero Claudius Druſus, ambo Imperatoris priuigni, qui copias Barbarorum exiguis prælijs diſperſas ac diſsipatas aggreſsi, facilè vicerunt inque ſuam poteſtatem redegerunt. Vide Paterculum libro II. Dionem lib. LIV. & Horatium lib. IV. odar. AVGVSTA Vindelicorum prope Vindonis & Lyci confluuium, vrbs eſt potens, turribus, muris, aggeribus, foſsis, præſidijs munitiſsima, in qua olim Legionis III. Italicæ ſtatiua fuere. Coloniam eam eſſe Romanorum certum eſt, ducta enim eſt Auguſti auſpicijs à Druſo, idcircò eam ab Auguſto Coloniam Auguſtam vocat Ptolemæus, à Vindelicis Coloniam Vindelicorum. Tacitus quoque a Rhætis Coloniam Rhætiæ. Multæ hic inſcriptiones Mercurium Auguſtanum præ ſe ferunt. Inueniuntur etiam Apollini Cranio & Marti dedicati lapides. INGOLSTADIVM ad Danubium iacet. Fuitque initio pagus, ſed à Ludouico Bauaro Imperatore ius ciuitatis obtinuit. Gymnaſium in ea exſtructum omnium artium & ſapientiæ Anno M.CCCC.X.eamq; multis poſtea priuilegijs & opibus ornarunt auxeruntque Ludouicus Dux Bauariæ & Pius II.Pontifex. MONACHIVM exſtructum eſt ab Henrico Bauariæ Duce, anno CM.LXII. ſub Othone I. Imperatore. Vrbs eſt omnium per è Germanicarum ciuitatum amœniſsima: inter fluuios Oënum & Lycum, inter vrbes Waſſelburgum, Auguſtam, & Friſingam, inter lacus piſcoſos, interque ſiluas iucundiſsimas ſita. Meridiem verſus reſpicit montes Tyrolenſes; orientem verſus hortos ſuburbanos, riuulis ex amne deductis diſtinctos; inter quos Ducis hortus, cura, amplitudine, herbarum florumque copia & ordine, opere topiario, illuſtris eſt: in hoc præter artificioſiſsimum fontem, & pergulam æſtiuam picturis ſtatuiſque exornatam, hoc eſt memorabile, quod ſub crepuſculum veſpertinum magnus ceruorum grex

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rum grex ſub ipſas ferè feneſtras quotidie accedit. In vrbe templa, turres, Bibliothecæ, Curia, Forum, opificum & mercatorum frequentia aliaque permulta, non ad vſum tantum ſed etiam ad ornatum & ſpectantium ſtuporem videre licet. RATISBONA, quam quidam à Rhętis Rhetobonnam dictam putant, alij, Tetrapolim, Quadratam, Coloniam quartanorum, Metropolin Ripariolorum, Caput limitaneorum, Caroli Magni Victorijs Chriſtianam Religionem didicit. Pontem habet lapideum anno M. C. XV. ab Henrico V. Imperatore ſuper Danubium exſtructum. Eſt & in Bauariæ tractu oppidulum Laugingen, patria Alberti Magni, haud procul à Danubij fontibus.

DESCRIPTIO NORICI.

BAVARIA duplex eſt: altera cis, altera vltra Danubium: illa Auſtralis eſt, hæc Septentrionalis, illa prius à Romanis victa, hæc poſterius: nam, vt in Germaniæ deſcriptione vniuerſali diximus, Rhenus & Danubius initio Romani Imperij limites fuere: Bauari igitur Septentrionales ſunt Norici: nam *Nort* Germanis Septentrio: à quo idem tractus quoque dicitur *Nortgow*. Fuit autem Noricorum magna in bello vis, vtpote qui bello adſueti limitaneos Romanos ſemper oppugnarent: Indicio eſt *Enſis Noricus* Horatio celebratus. Etiam inſcriptio quæ cis Danubium inuenta ita habet: DIS MANIBVS ET MEMORIÆ LEGIONVM. ET MEMORIÆ MISERRIMORVM, VINDELICIS PRÆFECTIS MOCENIA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

NIS ET VICTORI ET AVRELIO FILIIS VINDELICIS SVRINVS INFOELIX PATER. F. C. Etſi verò Noribergenſis ciuitas peruetuſta non ſit, tamen arx eius in colle eſt antiquiſsima, quam veteres *Caſtrum Noricum* appellauere; exſtructa eſt à Tiberio Impetore, diciturque idcircò Caſtrum Neronis. Tractus Noricus plurima habet oppida, monaſteria & villas. Ambergam, Auuerbach, Sulzpach, Caſtel, Kennar, Eger, Neuuenſtat, Ruwenkolm, Beierut, Kruſen, Greuenwert, Eſchenbach, Weiden, Pernaw, Peilſtein, Hetſpruck, Rurbach & alia nonulla: quæ quidem ſunt principum Palatinorum: nam Ludouicus Imp. Dux Bauariæ, Anno Chriſti M. CCC. XXX. hanc rerum partitionem inſtituit, vt tota Bauaria Norica Palatinis principibus cederet, præter vrbes aliquot Imperiales, & quæcumque iam olim ad Imperium pertinuerant. Eſt igitur NORIBERGA vrbs in Norico Imperialis, ad amnem Pegnitium, toto orbe celeberrima. Temporibus Caroli Magni incertum eſt vrbs ne fuerit, an non: initio tamen dominum habuit Albertum Francorum Comitem, quo interempto ceſsit in ius Imperij, viuo Ludouico Romanornm Rege: ex eo augeri cæpit & coli. Sub Carolo IV. mœnibus cincta eſt. Iterumque anno M.D.XXXVIII. De hac Iulius Scaliger,

Hunc ſibi corruptas terras Aſtræa relinquens
Fatali ſtatuit ſede tenere locum.
Quis putet horrifico ſociatas Marte Camœnas?
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.
Martis habe & Phœbi fœlicia tempora laure,
Sanctaque ſit valido fœdere iuncta fides.

Anno

Anno M. D. LXXV. Altorfij Academiam conſtituerunt ad quam linguarum, artium, Philoſophiæ & facultatum Profeſſores magnis ſtipendijs evocarunt. Ejus reï memoriam ſervat Epigraphe Alorfina. IVVENTVTI RELIGIONIS CHRISTIANÆ DOCTRINA, LINGVIS LATINA ET GRÆCA, OPTIMIS DENIQVE ARTIBVS AC DISCIPLINIS INFORMANDÆ, GEORGIO VOLCKAMERO, PHILIPPO GEVDERO, HIERONYMO PAVMGARTNERO, LITTERATORVM PRÆFECTIS, ET BALTHASARO PAVMGARTNERO, OPPIDI PRÆFECTO, SENATVS NORIBERGENSIS SCHOLAM HANC NOBILEM ET PATRITIAM APERIRI ET SOLENNITER INTRODVCI VOLVIT III. KAL. IVL. QVI DIES PETRO ET PAVLO APOSTOLIS SACER EST. ANNO A NATO CHRISTO SALVATORE. M. D. LXXV.

DESCRIPTIO REGNI HVNGARIÆ.

IVRA mons ad Oceanum Septentrionalem Moſchouiæ ſubiectus eſt, ab horum colonis Pannoniæ pars *Iubaria* primum, poſtea HVNGARIA dicta fuit. Eſtque hæc Pannonia inferior, quæ & Secunda proconſularis dicitur, definiturque Ptolemæo Danubio & Tibiſco fluminibus. Accuratior deſcriptio ita habet. Ad Meridiem eſt Sauus amnis, quo a Croatia & Seruia diſiungitur, quæ ſunt in parte Illyrici Adriatico pelago obuerſa. A Septentrione ſunt

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

122

DESCRIPTIO REGNI HVNGARIÆ.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Polonia, & Ruſſia, Carpato monte diſcluſa. Ad occaſum Auſtria, ſuperioris quondam Pannoniæ caput, cum Morauia & Stiria: ad ortum vero Tibiſcus eſt, quem hodie Tiſſum & Patiſſum vocant. Coluerunt regionem iſtam primùm Pæones, ſiue Pannones: poſtea Gothi, qui ab Hunnis expulſi ſunt: Hunni à Longobardis, qui etiam totos XLII. annos hic conſedere. Succeſſerunt iterum Hunni duce Attila: quo obito, Carolus Magnus eam ſui juris fecit; Anno autem CM. ſub Arnulpo Imperatore è Scythia profecti Hungari loca iſta occupavere. Paganiſmum colentes ad vſque Regis Stephani quem Sanctum vocant inaugurationem. Ab eo deinceps ad noſtra tempora Hungaria Chriſtianam Religionem profeſſa eſt. Continet igitur Hungaria totam Iazygum Metanaſtarnm regionem, quam Ptolemæus Danubio, Tibiſco & montibus Sarmaticis circumſcribit. Horum reliquias adhuc exſtare conſtat, & vulgò contracta voce *Iaz* vocari. Incolunt autem ſedes à Plinio deſcriptas, & linguæ idioma habent Hungarico diſſimillimum. Flumina huius regni ſunt nobiliſſima, *Danubius*, *Sauus*, *Drauus*, *Arabo* qui Ptolemæo eſt *Naraba*, vulgò *Raba*, & Tibiſcus quem accolæ Tiſſum, Plinius Patiſſam vocat. Diuiditur verò Hungaria vniuerſa in Citeriorem & Vlteriorem; Vlterior Hungaria omnem illum tractum complectitur, qui vltrà Danubium eſt, quem quidem medium Tibiſcus ſecat. Comitatus habet quinquaginta. Quatuor & viginti ſupra Danubium ad Occidentem Tibiſci: ad Orientem, octo: Inter Danubium & Dranum duodecim; inter Drauum & Sauum ſex. Oppida potiſſima ordine recenſere opere pretium fuerit. BELGRADVM ad confluentes Saui & Danubij, vulgò etiam dicitur *Alba Græca*, antiquioribus *Taurinum*, Germanis *GriechWiſſenburgh:* captum eſt à Turca Solimanno, An. M.D.XX. quum antea Chriſtiani orbis aduerſus immanem hoſtem præſidium aliquamdiu fuiſſet: nunc hæc propria eſt ſedes Sangiaci: Vlterius ſecundo Danubio deſcendentibus occurrit SINGIDVNVM,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

captum à Turca Anno MCCCC. XXXIX. Medio inter duas iſtas vrbes ſpatio, campus eſt nobili Hunniadæ victoria aduerſus Mahometum Turcarum Imperatorem celebratus: Campum vocant *Maxons*. Prælium commiſſum eſt Anno M. CCCC. LVI. Adverſo flumine adſcendentem multa loca excipiunt funeſtis Chriſtianorum cladibus triſtia. VALPO vrbs capta An. M.D.XLIII. QVINQVE ECCLESIÆ ad Dranum, Anno M.D.XLIII. ZIGETHA Anno M. D. LXVI. BVDA ad Danubium, Anno M. D. XLI. poſtridie Kal. Septembris. Hanc Ptolemæus Curtam vocat, *κοῦρταν*, vulgus *Oten*. STRIGONIVM ad Danubium, vulgò *Gran* dicitur, Archiepiſcopalis quondam ſedes, capta Anno M. D. XLIII. die decima Auguſti. ALBAREGALIS *Stul-Weyſſenburg* regum corona & ſepultura celebris capta eſt Anno M. D.XLIII. In eodem penè tractu eſt STRIDON B. Hieronymi patria. Eſt & KOMORA vrbs munitiſſima in inſula ejuſdem nominis, fruſtra aliquoties à Turcis petita. Regum primus fuit poſt conſtitutam religionem Chriſtianam Stephanus cognomento Sanctus: ſequuti ſunt, Petrus ejus nepos, Andreas conſanguineus, Bela, Salomon, Geyſa, Ladiſlaus, Almus, Stephanus ſecundus, Bela cæcus, Geyſa II. Stephanus III. Bela III. Emericus, Ladiſlaus II. alijque longo ordine, ad vſque Rudolphi II. Regis & Germanorum Cæſaris tempora, quem frater MATTHIAS ſequutus eſt, inauguratus imperio Francofurti An. M. D. C. XII. die 24. Iunij. Archiepiſcopatus regni duo ſunt, Strigonienſis & Coloſenſis. Illi ſubſunt Agrienſis, Vacienſis, Nitrienſis, Quinqueccleſienſis, Veſtſprinienſis & Iauarienſis: huic Zagabrienſis, Tranſſyluanienſis, Voccadrienſis, Suinienſis, Viſemburgenſis, Cenadienſis, & Boſnenſis.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TRANSSYLVANIA Daciæ veteris pars eſt Mediterranea, quam Ripenſem Romani dixere, nomen nunc habet à ſyluarum montiumque ambitu; Sylua eſt Hercynia; mons Carpathus. Terminant eam ab Occidente Pannonia, à Septentrione Polonia, ab Auſtro Valachia, ab Oriente Moldauia. Germani vocant *Siebenberg*, Hungari *Erdeli*. Coluere hunc tractum iam olim variæ gentes, *Jazyges*, quorum etiam hodie reliquiæ ſunt in Hungaria: tum Metanaſtæ etiam Plinio nominati, & Getæ, Baſternæ, Sarmatæ, Græci, Romani, Scythæ, Saxones, Hungari. *Romani* eam ſerò debellarunt: Nam Traianus Imperator victo Decebalo Dacorum Rege, primum eam in prouinciæ formam redegit, vrbemque Zarmizethuſam vocauit de ſuo nomine Vlpiam Traianam, quæ nunc *Alba Julia* dicitur. Vlpianus lib. I. de Cenſibus. *In Dacia quoque Zermenſium colonia à Diuo Traiano deducta, iuris Italici eſt: Zarmizegethuſa quoque eiuſdem iuris eſt.* Exſtat autem hic Vlpiani locus Digeſtor. lib. I. Tit. XV. Teſtatur ex Dione Xiphilinus, Decebalum theſauros ſuos omnes ſub Sargetia amne condidiſſe, flumine tantiſper auerſo, & opificibus poſt abſolutũ opus interfectis: eius reï indicium Traiano factum per captiuum quendam: atque ita auro Barbari potitum Romanum. Eam Galienus ducentis poſt annis amiſit, exque eo tempore humanitate, ſermone, & elegantijs Romanorum depoſitis, cœperunt incolæ ferociam Barbariemque priſtinam repetere, Walachorum etiam nomine adſumpto: Gens eſt aſpera, bonarum artium atque diſciplinarum expers, Religionis Græcę, moribus Paganiſmum redolentibus, quum & diuinaculos in pretio habeant, & per Iouem, Venerem (quam ſanctam vocant) iurent, & multis alijs rebus ad Gentilium ritus accedant; quinetiam neq; oppida habeant, neque domos lateritias, ſed in ſaltibus degentes arundine duntaxat aduerſus iniuriam cœli muniantur. Reliqua pars Tranſſyluaniæ, multis partibus eſt ſolo cultior, & hominibus moratior. Poſt Romanos

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

123



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

manos *Scythæ* Attila duce hæc loca inſedere, ſeptemque ſedes liberas ſibi exſtruxere, *Kiſdi*, *Orbai*, *Scepſi*, *Cyck*, *Uduarholi*, *Aranios*, *&* *Maros*. Lingua eorum exigua dialecto ab Hungarica hodie differt; quondam tamen maximum idiomatis diſcrimen fuit, vt & ſcriptionis, quam illi Hebręorum more à dextera orſi læuam verſum exarabant: cuius idiotiſmi liber etiam nunc in Bibliotheca Florentini Ducis exſtare dicitur. Scythis *Saxones* ſucceſſere, Caroli Magni tempore, qui patria deſerta hæc loca inſedere, exſtructis ſeptem ad Scytharum exemplum vrbibus liberis, quarum prima, Hermannopolis, *Harmenſtad* ad Cibinum. Hæc non multo minor eſt Vienna Auſtriæ; arte & natura multo eſt munitior: nam propter frequentes piſcinas & ſtagna non patet exercitui ad eam aditus. Sequuntur hanc Stephanopolis, quæ & Corona & Braſſouia dicitur, Germanis *Cronſtad*: Tum, Biſtricium & Medieſus; poſteà Schrieſburgum, & Claudianopolis, *Clauſburg*, denique Alba Iulia, Principis ſedes. Poſtremò etiã *Hungari* alios ſubſequuti, partim loci vicinitate allecti ſe Dacis miſcuere: partim iniurijs prouocati, ſub Stephano Pannoniæ rege quem ſanctum indigetant, totam regionem iſtam expugnauere. Ab his ſtructa ſunt hæc oppida. *Varadinum* in finibus Hungariæ, Thorda, vbi Ptolemæus ſalinas locat, Deſus, Riuuli dominorũ, Engiedinum, quod Anniam Romani à via dixere; Deua, Zybahi & Gela. Ex his apparet, quæ cauſſa ſit tam varij apud Tranſſyluanos idiomatis. Frumenti per vniuerſam Tranſſyluaniã magna eſt vbertas: Præter experientiam quotidianam teſtatur id Traiani numus in quo Ceres erecta, dextera tenens Cornu Amaltheæ, læua tabellam: cum hac epigraphe ABVNDANTIA DACIÆ. Vinum fert præſtantiſſimum ad Albam Iuliam, Deuam, Engiedinum, Birthælbinum, Fenuſcium. Boum tanta eſt copia, vt etiam prægrandes ſinguli ſingulis ſæpè florenis vendantur. Equi pernices, quorũ immane apud exteros pretium. Metallorum fodinæ nobiles permultæ. Auri etiam ad Sculattin, quæ Zulakna dicitur Hungaris, & ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& ad *Rimili dominurdz*, quod ſonat Riuulum dominorum. His locis exſcinduntur glebæ auri puriſsimi, cuius effoſsi ſtatim vſus eſſe poſsit ſine vlla accuratiore ſeparatione. Auri hanc vbertatem teſtantur frequentes Romanorum numi aurei qui hís locis ſæpè effodiuntur: quorum parte altera viri eſt effigies cum petaſo, & hac inſcriptione C. CATO. parte altera Dacia forma Diuæ, libellam dextera tenens cum inſcriptione AVR. PVR. Argenti fodinæ ſunt ad *Offera* & *Radna*. Cuprum iiſdem montibus effoditur quibus aurum & argentum. Chalybs ad *Cyk*; ferrum ad *Thoroſco* & *Vaidahuniada*: Sulphur & antimonium in cupri fodinis. Fluuij nauigabiles tres ſunt, Aluta, Moroſſus, Samus. Herbæ nobiliores paſsim creſcunt, Rha Ponticum, Centaurium maius, Gentiana maxima flore flauo & purpureo: Rhodia radix, Abſinthium Ponticum, Libanotis prima Theophraſti, Crocus, aliæque ſexcentæ. Pars Tranſſyluaniæ montoſa, ſerò deuicta eſt à Matthia Huniade qui Coruini cognomentum habuit, poſteaque à Stephano Hungariæ rege. Matthias ille Draculam quendam Tranſſyluaniæ montoſæ Voiuodam, hominem inauditæ crudelitatis viuum cepit, & poſt decennij carcerem priſtino loco reſtituit. Ferunt hunc Draculam Turcis legatis quod honorem depoſitis tiaris (quas *Turbant* vocamus) non præſtitiſſet, tres clauos per diademeta illa in caput vſque adegiſſe, vt ſi vellent cidarim deponere non poſſent. Turcas plures captos idem palis confixit, & inter eos de more cænauit. Alijs plantas pedum excoriauit, eaſque ſale conſperſas capris lingendas exhibuit.

ILLYRICI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ILLYRICI regio eſt Italiæ oppoſita ad oram Adriatici maris: eam alij aliter, nos Ptolemæum ſequuti definimus longo & ſinuoſo littore ab Arſa amne qui eſt Iſtriæ terminus, ad Macedoniæ vſque confinia; in mediterraneis verò, duabus Pannonijs, Hungaria ſcilicet & Auſtria, atque Mœſia ſuperiore. Continet igitur Illyris quà Macedoniam ſpectat, Dalmatiam, & Liburniam quam Crabacem nunc Lazius vocat, alij Croatiam, vulgus Comitatū Iaderæ, hoc eſt *Contada di Zara*. Hodie verò omnis Illyrici tractus inter Aram & Drinum amnes, communi vocabulo Sclauonia nuncupatur à gente Sclauonica, quæ olim ad Mæotidem paludem habitauit. Sunt tamen qui Illyridem diuidant in Sclauoniam & Albaniam, vt pars Occidua Sclauonia ſit; Orientalis Albania, media Dalmatia. Longitudo ab Arſa ad Drinum vſque eſt milliarium Italicorum CCC. LXXX. Latitudo à Croatiæ montibus ad mare computatur millium C. XX. Regio omnis teſte Strabone aprica eſt, & amœna; optimos habet & firmos maris portus, ſolum fertile, etiam vitiferum, niſi qua ſaxis & rupibus horret, aut ad Pannonias, vbi frigida eſt & niualis. Florus de Illyrijs ſcribit, primo bello Punico Illyrios populationibus non contentos, licentiæ ſcelus addidiſſe, legatos Populorum agentes, non gladio, ſed vt victimas ſecuri percuſſiſſe, præfectos nauium igni combuſſiſſe, idque, quo indignius foret, muliere imperante, quam ille Teutam vocatam ſcribit. Rurſum bello Macedonico Illyrij à Perſe rege conducti Romanum militem à tergo cæperant diſtringere, ſed deleta ab Anicio Prætore Scorda, quod caput gentis erat, ſtatim ſequuta deditio eſt. Plinius etiam oram Illyridis mille amplius inſulis frequentari ſcribit, quum contra Italiæ ora huic obverſa importuoſa ſit. DALMATÆ olim potentes armis & opibus, ſitu etiam loci confidentiores fuerunt. Agebant plerumque ſub ſiluis, inde in latrocinia promptiſſimi: Hos quidem Marcius

incenſa

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

124



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

incenſa vrbe Delminio quaſi detruncauerat, poſteaq; iterum Aſinius gregibus, armis, agris, mulctauerat, ſed Auguſtus rebellantes perdomuit, miſſo ad eos Vibio, qui efferum genus fodere terras coëgit, aurumque venis repurgare; quod alioquin gens omnium cupidiſsima ſtudioſa diligentia inquirit, vt illud in ſuos vſus ſeruare videatur. Illyridis vrbes potiores hæ ſunt. *Spalatum*, & *Salona*, Ptolemæo & Straboni celebratæ: hæc etiam Dalmatarum nauale, quod quidem nunc parum colitur, ob Turcarum viciniam. *Tragurium* hodie Tran, à continenti parua Euripo ſeparatum. *Epidaurus* vrbs antiqua, ad cuius ruinas *Raguſium*, vulgò Raguſi, Turcis *Dobrouicha*, vrbs exigua atque omnium ferè ciuitatum quæ ſunt in Europa minima, cum arce munitiſsima: hic nobile eſt Euporium mercium Turcicarum: Reſpublica legibus æquiſsimis conſtituta, ciues opulenti: nam quum ab Albaniæ regulis deſciuiſſent, Ariſtocratiæ formã ex nobiliſsimis ciuibus inſtituerunt, Venetiarum maxima in parte ſecuti exemplar, quanquam vt ait Bodinus nobilitatis decus ac dignitatem maiore quam Veneti ſtudio proſequantur. Nam Venetorum quidem patritijs iura communia ſunt cum plebeijs: at Rhaguſiorum patritijs non item. Ac ne Rhaguſio quidem nobili peregrinam nobilem licet ducere, niſi ea a Zaraſi aut Cantaro ciuitate originem duxerit, aureoſque numos mille in cenſum retulerit. Quatuor autem & viginti dicuntur in ea ciuitate tantum eſſe familiæ honorum & Magiſtratus capaces, ex quibus Proſati concilium conſtituunt quod vocant trecentorum.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

LIBVRNIAM hodie vocant *Contado di Zara.* Habetque in ſe Marlachiam, & Panadego: ſunt qui hunc tractum Sclauoniæ adiudicent. Incolæ iam olim piratica celebres fuere, ideò Liuius eos vocat gentes feras, & magna ex parte latrocinijs maritimis infames. Lucanus libro II.

Pugnaceſque mari Graiorum claße Liburnos.

Ab his primum dictæ Liburnicæ. Seruius falſò putat Liburnos eſſe Rhetos, Vindelicoſque; Stephanus Liburniæ nomen à Liburno quodam Attico ductum arbitratur. Hodiè Liburnorum Metropolis eſt IADERA colonia, vulgò *Zaram* vocant, ſita humili Cherſoneſo, portum habens recipiendis nauibus capaciſsimum tutiſsimumque: Veneti eam operibus ſuis valdè muniuerunt. Eſt & SEBNICVM quod Ptolemæus *Sicum* vocat, in Sinu Scardonico, ad montis radicem, qua mare irrumpit; Itali vocant *Sabenico.* Ager eſt fertilis, vrbs amœna, ſed hodie parum culta propter vexationes Turcicas: nam *Scardonam* in aduerſa Scardonis ripa Turca obtinet. Ad Iaderam multæ ſunt & perantiquæ Græcorum & Romanorum inſcriptiones.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

126

 DESCRIPTIO COMITATVS TIROLENSIS.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DESCRIPTIO COMITATVS TIROLENSIS.

TIROLENSIS Comitatus iacet inter *Atheſin* & *Oenum* flumina, interque Alpium iuga: ad Septentriones Bauariâ clauditur, ad Auſtrum Lombardiâ: ad ortum Marchia Tarviſina, Foroque Iulij: ad Occaſum Heluetia. nomen habet ab oppido *Tirolo*, quod antiquitus ſplendidum fuiſſe videtur. Fuit autem hæc Rheticæ quondam pars. Comitatus omnis metalla habet nobiliſſima, ad vicum *Schwathz*, locis *Falckenſteyn* & *Erbſtollen*, è quibus tanta æris argentique copia eruitur, vt cum Ducatibus opulentiſſimis atque etiam cum quibuſdam regnis Comitatus iſte certare de diuitijs poſſit: Creduntur Principes Auſtriæ CCC millia aureorum quotannis inde recipere. Vrbes primariæ ſunt, OENIPONS vulgo *Inſpruck* ad dexteram Oeni ripam, ſedes Principis, & Parlamenti regionum Auſtriacarum. MARANVM oppidulum ad ipſum caſtrum Tirolenſe regium: BOLZANVM Emporium quod Paulus Diaconus vocat *Banzanum*, Luitbrandus *Boczingam*, vetuſtiores Piſonium. HALA factitio ſale nobilis ad Oenum. BRIXINIA ad Iſacum fluuium, quà ſe Rientius in Iſacum exonerat, vrbs Epiſcopalis, *Brixiniam Sublauionem* veteres dixere. Eſt & TRIDENTVM ad Atheſim, vrbs vetus, quam in decima Regione Italiæ inter Mediterraneas collocant Plinius & Strabo. Conditam volunt à Gallis; & ita Trogus prodidit. Nomen habere creditur à Neptuni Tridente, nam vt Randenenſes Saturnum, ita Tridentinos conſtat coluiſſe Neptunum: cuius effigies cum fuſcina adhuc exſtat in templo B. Viglij, eo latere quod forum reſpicit. Vrbem muro cinxit Theodoricus Oſtrogothorum rex, vſus ad ſtructuram lapide quadrato. Idem Caſtellum Verrucæ Tridento imminens in altera ripa pari opera muniuit. Poſteà eiectis ex Italia Oſtrogothis, tenuerunt eam Longobardi titulo Ducatus. Victo autem Longobardorum rege Deſiderio à Carolo Magno, rurſum facta eſt iuris Imperij, auctaque ab Imperatore acceſſione *Ripa* oppidi ad Benacum, cum vallibus quibuſdam & villis.

KB Den Haag

127



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Poſt hunc Carolus Saxo vniuerſum Comitatum Tridentinum, vnà cum valle venuſta, & Bolzamo oppido Eccleſiæ dono dedit. Additus defenſor & protector Comes Tirolenſis. Ex eo itaque iuriſdictionem vtramque exercet Epiſcopus: Sermo ciuibus partim Germanicus, partim Italicus; & quod in limitaneis ciuitatibus rarum eſt, tam purè vtramque linguam ſonant, vt neque in media Germania neque in media Italia vix quiſquam purius. In hac vrbe celebratum eſt Concilium illud famoſum, Anno M.D.XLVI. ſub Paulo III. alijſque aliquot ſequentibus Pontificibus.

DESCRIPTIO ITALIÆ.

ITALIA, ait Plinius, *omnium terrarum alumna eadem & parens: numine Deûm electa, quæ cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret Imperia, rituſque molliret, & tot populorum diſcordes feraſque linguas, ſermonis commercio contraheret ad colloquia; & humanitatem homini daret: breuiterque vna cunctarum gentium toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum ſingularum populorumque ſingulorum claritas tenet. Urbs Roma, vel ſola in ea & digna tam feſta ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ora per ſe, fœlixque illa ac beata amœnitas? vt palam ſit, vno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Iam verò tota ea vitalis ac perennis ſalubritas, cæli temperies eſt: tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſiluarum genera, tanta frugum, & vitium olearumque fertilitas: tam nobilia pecorum vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque vbertas, totam eam perfundens: tot maria, portus, gremiumque*

 miumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

miumque terrarum commercio patens vndique, & tanquam ad iuuandos mortales ipſos auidè in mare procurrens. Ita ille de Italia rhetoricatur qui exteros omnes & Tranſalpinos fungos forte exiſtimauit; ſolos homines in Italia, ſolam Italiam naturæ opus arbitratus: piè quidem ille in patriam ſuam, ſed quum & nobis noſtra ſit, non poſſumus nos ſine piaculo Italiam patriæ noſtræ præferre. Sed voluit nimirum Maronem imitari, qui poſt enumerata multarum regionum bona, ſic colligit,

Sed neque Medorum ſylua, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, nec Indi.
Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

ITALIA primùm Heſperia dicta eſt, vel ab Heſpero Atlantem fratrem fugiente, vt vult Hyginus; vel vt Macrobio videtur, ab Heſpero ſtella quæ Latinis eſt Veſperugo: quod ad Occaſum ſpectet. *Oenotriam* dixere, à vini bonitate; aut ab Oenotro Sabinorum rege: Poſtremùm *Italiam* ab Italo, Virgil. Æneid. I.

Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ,
Oenotrij coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.

Timæus tamen in hiſtorijs, quas oratione Græca de rebus Pop. Romp. compoſuit, & M. Varro in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ro in antiquitatibus rerum humanarum tradiderunt, terram Italiam de Græco vocabulo appellatam, quoniam boues veteri Græca lingua ἰταλοὶ vocitati ſint, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra gigni paſcique ſolita ſint complurima. Sermo quondam pro gentium diuerſitate, varius. Titinnius apud Feſtum *Oſcè & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt.* Oſcus ſanè ſermo alius eſt à Latino, quum Ennius propterea tricor dictus ſit, quod Græcè, Oſce, & Latinè loqui ſciret, vt eſt apud Agell. lib. XVII. cap. 17. Etruſci verò etiam ſuas litteras, ſuas leges, ſuum ſermonem habuere. Liuius lib. IX. *Hetruſcis inde litteris eruditus erat, linguamque Hetruſcam probè nouerat. Habeo auctores, vulgò tum Romanos pueros, ſicut nunc Græcis, ita Hetruſcis litteris erudiri ſolitos.* Figuram Italiæ tribuunt Plinius & Solinus folio querno ſimilem, ut ſit amplior longitudine quam latitudine. Alij ob eandem cauſſam tibiæ, vel potius integri humani cruris à coxendice ad imum pedem effigie illam depingunt. Longitudo eſt decies centenorum & viginti mill. paſſ. Latitudo maxima quadringentorum decem mill. Habet ab Ortu Adriaticum ſinum & Ionium mare: ab Occaſu Varum Fl. cum Alpium iugis, quæ Galliam ab Italia ſeparant. à Meridie mare Tyrrhenum, quod & inferum. A Septentrione partim Alpes quibus à Germania diſcluditur, partim mare Adriaticum. Itaque verè admodum M. Cato apud Seruium Alpes dicit muri vice tueri Italiam. Mons Apenninus perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum toti regioni incumbit. Seruius dici putat quaſi Alpes Pœninas, quem etiam ſequitur Iſidorus lib. XIV. Hannibal enim veniens in Italiam ex Hiſpaniâ, Alpes aperuit. Virgil. *Alpes immittit apertas*, & Iuuenal. *Montem rupit aceto.* FLVVIOS habet, *Padum, Atheſin, Rubiconem, Tyberim, Arnum, Mincium, Ticinum, Ollium & Abduam.* LACVS, *Benacum, Larium, Verbanum, Traſimenum, Sabbatinum*, & alios. Thermas, lapicidinas,

 portus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

portus, ſinus, promontoria plurima, GYMNASIA publica artium humanarum & ſapientiæ Patauij, Bononiæ, Ticini ſiue Papiæ, Senis, Peruſiæ, Piſis, Taurini, Salerni, Romæ, Venetijs, Neapoli, Ferrariæ, Firmi, & Maceratæ. Diuidunt eam alij aliter. Cato in partes tres; Plinius in regiones vndecim; Strabo in octo: Antoninus in prouincias XVI. Ptolemæus in populos XLV. Leander Albertus in regiones nouendecim. Nos ab Iſtria profecti regiones omnes Italiæ percurremus. Sed non abs re fuerit ante audire de celeberrimis Italiæ vrbibus iudicium Thomæ Eduardi Angli.

Sancta eſt Sanctorum pretioſo ſanguine ROMA.
Cingitur vrbs VENETVM *pelago, ditiſſima nummis.*
Inclyta PARTHENOPE *gignit Comiteſque Duceſque.*
Eſt MEDIOLANVM *Iucundum, nobile, magnum.*
Excellit ſtudijs fœcunda BONONIA *cunctis.*
Splendida ſolertes nutrit FLORENTIA *ciues.*
GENVA *habet portum merceſque domoſque ſuperbas.*
Exaurit loculos FERRARIA *ferrea plenos.*
VERONA *humanæ dat ſingula commoda vitæ.*
Extollit PADVAM *Iuris ſtudium & Medicinæ.*
Illuſtrat patriæ SENAS *facundia lingua.*
Maxima pars hominum clamat miſeram eſſe CREMONAM.
MANTVA *gaudet aquis, ortu decorata* MARONIS.
Vina VTINI *varias generoſa vehuntur ad vrbes.*

BRIXIA

BRIXIA diues opum parcè ſuccurrit egenis.
Italicos verſus præfert PAPIA Latinis.
Libera LVCA tremit Ducibus vicina duobus.
Flent PISÆ amiſſum dum contemplantur honorem.
Commendant PARMAM lac, caſeus, atque butyrum.
Non caret hoſpitijs perpulchra PLACENTIA caris.
TAVRINVM exornant virtus, pietaſque fideſque.
Militibus validis ſtudioſa PERVSIA claret.
VERCELLÆ lucro non delectantur iniquo.
Mordicus vrbs MVTINÆ ranas tenet eſſe ſalubres.
Contemnunt omnes ANCONÆ mœnia Turcas.
Litibus imponit finem MACERATA ſupremum.
EMPORIÆ in portis conſiſtit gloria clauſis.
Vrbs LIVII celebris nimis eſt proclinis ad arma.
BERGOMVM ab inculta dictum eſt ignobile lingua.
Omnibus exponit gladios ARETIVM acutos.
VITERBI conuentus opem fert ſanctus egenis.
Ciuibus humanis decorata eſt ASTA fidelis.
Fructibus, anſeribus, pomario ARIMINVM abundat.
FANVM formoſas mulieres fertur habere.
Odit mundanas ſyncera NOVARIA fraudes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Clara perantiqua defecit fama RAVENNÆ.
ANGLIA *habet paucos Comites;* VINCENTIA *multos.*
Omnes commendant ficus groſſoſque PISAVRI.
Caſtaneis, oleo, tritico PISTORIVM *abundat.*
Ruſtica frugales nutrit DERTONA *colonos.*
Poſtponit REGIVM *cornuta animalia porcis.*
Dulcia fœlicem cingunt vineta CESENAM.
TARVISIVM *exhilarant nitido cum flumine fontes.*]
IMOLA *diuiſa eſt, nocet hæc diuiſio multis.*
VRBINVM *ſtatuit Ducibus clamare, valete.*
Nota eſt fictilibus figlina FAVENTIA *vaſis.*
SPOLETVM *clamat, peregrini intrate, manete.*
LAVS *pingues* POMPEIA *boues producit oueſque.*
NARNIA *promittens epulum dabit oua vel vuas.*
ASSISVM *ſancti* FRACISCI *corpore gaudet.*
Hoſpitibus COMVM *piſces cum carnibus offert.*
Quærit opes fragiles ſtudijs SAVONA *relictis.*

Addamus iuriſconſultorum natalitia ex Nicolao Leorino Sileſio.

Iuriſconſultos anteit Dux Bartolus omnes
Quo SAXOFERATVM *ſonat.*

Proximus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Proximus huic Baldus, gemino cum fratre togato
PERVSIÆ decus ſuæ.
Tertia palma datur Paulo, cui patria CASTRVM,
Poſt hos Iaſon obtinet
Primas, luce aliis prior & prior ordine cunctis,
Quo gaudet vrbs INSVBRIVM.
Alciato pariter magno, Decioque ſuperba
Ceu Butrio BONONIA.
Marſilioque ſuo & Saliceto, Azoneque plaudit
Accurſio FLORENTIA.
BRIXIA *Lanfranco: fœlix* NERONA *Cepolla,*
Et Alberico BERGOMVM.
Cumque ſuo Maria, FERRARIA *clara Felino,*
Et Aluareto PATAVIVM.
Et te Ferrari celebris, Ripaque PAPIA,
Patre Curtioque & filio.
Denique Socino ſeu SENA *ſuperbit vtroque*
Sic Angelis ARETIVM.
Si legis hos, cum indicio lege, deinde reſerua
Fori relictos vſibus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


SEPTENT.
MERIDIES
OCCI-DENS
ORI-ENS
Milliaria Italica commu.
Diuas
Seſana
Triſte
Briſonza
Lonea
Popea
Caſtel
Radutoa
Muras
S Pietro
Pinguento
Brea
Lauciona
Bucari
Segna
Vila noua
Iuſti nopolis
Martiego
Saline
Cubilſa
Golfo di Trieſte
Cauo d'Iſtria
Pontade Griſel
Porta ruuata
Y Fontana
Tepolouiz
Gerna
S Maria
Coline
Roſe
Lupoglan
Fiume
Galigagna
Coſtiali
Vegia inſula
S. Maria de Strugnan
Pran
Molinen
Draggnia flu
Bastia
Guieto flu
Montona
Pisin
Doi caſtili
Cordego
Peara
Golfo di Quer nero
Cherſo
Golfo Largon
Saline
Sipar
Borgo
Buie
Baſtia
Sattoterra
S Lorenzo
Treuiſo
Vila noua
Molini
Simbra
Arſa flu
Lemo flu
Punta di Salauori
Punta dela forcha
Humago
Golfo di
Daila
S Domi nigo
Cita noua
Cernere
Parenzo
Miſnel
Val de
Fontane
Valle
Cas Nouo
S Martin
Adignan
Orser
Pedrol
Pola
Venetia
Saline
HISTRIA

ISTRIA Cherſoneſi ſiue peninſulæ forma protenſa eſt in mari Adriatico, vtrimque ſinum habens, Venetias verſus Tergeſtinum, Croatiam verſus Carnarium ſiue Fanaticum. Termini ſunt ad Occidentem Timauus, ſiue vt Plinius vult, Formio amnis, qui nunc Riſanus: ad Septentrionem Alpes quæ Carniolam & Pannoniam ſeparant ab Italia. ad Orientem Arſias fluuius: cætera mari Adriatico cinguntur. Creduntur incolæ à Colchis duxiſſe originem. Regio omnis aſpera eſt, non tam montibus quam colliculis adſurgens fœcundiſſimis: Montem habet vnum excelſum, quem vocant *Mont maior*. Siluas etiam tum alijs vſibus, tum ad naues exſtruendas materiam affatim ſubminiſtrantes. Sunt & ſaxifodinæ in agro Rouinenſi & Breonio, è quibus marmora Venetias deferuntur, & ad alia Italiæ loca. Incolæ plerique pauperes, & viciniæ ampliſſimarum vrbium Italiæ extenuati: Vrbes colunt, oppida & pagos, cum inſulis quibuſdam. POLA in extremo Iſtriæ promontorio à Græcis exſtructa eſt, Romani eam dixerunt PIETATEM IVLIAM: in huius agro Amphitheatri reliquiæ viſendæ ſunt, cum ſepulchris alijſque monumentis antiquiſſimis. Hæc ab Attila primum, poſtea à Genuenſibus aliquoties capta euerſaque eſt. IVSTINOPOLIS in ſinu Tergeſtino nomen ex eo habet, quod eam Iuſtinus Imperator reſtaurauit, hodie Caput Iſtriæ vocant *Candiſtria*: patria eſt Pauli Vergerij; ditioniſque Venetorum. Supra eam in decliui monte ſitum oppidum cui INSVLÆ nomen. Porrò Iſtria ex parte Venetorum eſt, ex parte Auſtriacorum, quorum etiam eſt TERGESTVM.

KB Den Haag

FORVM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

129



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

FORVM IVLII, hodie *Patria Friuli* maris littus legentibus Iſtriam conſequitur, terminus communis eſt vt diximus Formio amnis, orientem verſus. Ad Septentrionem ſunt Alpes Iuliæ, ab Occaſu Alpes Vindelicorum & Noricorum, qua parte etiam amnis Liquentia Florum Iulij ſeparat à Marchia Taruiſana: ad Auſtrum eſt mare Adriaticum: Coluerunt hunc tractum primùm quidem Euganei, Veneti, Troiani, Galli; poſteà etiam Romani: hinc Longobardi; qui etiam XIV. Duces perpetuâ ſerie ſucceſſionis enumerant, vt Galli duos, vſque ad Caroli magni tempora, qui ditionem iſtam Imperio iunxit, manſitque adeò coniuncta vſque ad Ludouicum III. ſub quo Berengarius Ducatu potitus eſt. Succeſſere poſteà Berengarius ſecundus, tertius, & huius filius Adelbertus, quo ſuperato & capto, Otho Imperator magnam eius partem Aquileienſi Eccleſiæ dedit: reliquam cum Iſtriæ Marchionatu adiecit Conradus: à quo ad annum vſque M. CCCC. XX. recta eſt à Patriarchis Aquileienſibus: quo anno eam Veneti occuparunt. Regio campis læta, fluminibus fontibuſque irrigua eſt; ſolum habet vitiferum, ſiluas, metalla, lapicidinas. Fluuius nobiliſſimus eſt *Hydra*, ad quam argentum viuum extrahitur. Thermæ medicatæ, non procul à monte Falcone. *Tiliauentum* amnis nauigabilis, ortum habens in monte Mauro, ſupra vicum Phormium; vbi fons, in quem ligna ſi conijcias lapideſcunt. Metropolis huius regionis eſt VTINVM, ad maioris Tiliauenti ripam, ciuitas hodie ampla & magnifica; in qua euerſa Aquileiâ Patriarchæ ſedes diu fuit. Raymundus Turrianus Mediolanenſis Patriarcha Aquil. hanc vrbem imprimis amplificauit, excipiens in eam familias Mediolanenſium, Romanorum, Florentinorum, Senenſium, Bononienſium, Lucenſium, Cremonenſium, Veronenſium, aliorumque, quorum frequentiâ exiguo tempore tantum creuit Reſp. vt coactus fuerit ſuburbia muris cingere, iiſque ambitum complecti quinque milliarium Italicorum:

qui

qui ambitus adhuc manet. Veneti Remp. regunt miſſis eò præſidibus, quos locumtenentes vocant. Ciuium in ea numerus eſt XVI. millium. AQVILEIA frequens olim & opulentiſſima vrbs ad læuam Natiſonis Fl. ripam, aliquamdiu Imperatorum ſedes fuit; in ea enim Auguſtus Imp. vt eſt apud Ioſephum controuerſias audiuit Herodis & filiorum. Tiberius quoque cum vxore in ea commoratus eſt, quæ hic partum enixa eſt immaturum. *Belenum* Deum antiquitus ciues coluere. Herodianus lib. VIII. *Criſpinus ad bellum audacter ſuſtinendum aruſpicum etiam reſponſo, qui læta nunciabant, dicebatur animatus. Nonnulla quoque oracula ferebantur patrij cuiuſdam numinis victoriam promittentia. Belenum Deum vocant indigenæ, magnaque eum religione colunt, cuius quoque ſpeciem pro vrbe ipſa pugnantem ſibi viſam in cælo quidam è Maximi militibus affirmabant.* Similia leges apud Iulium Capitolinum. Vota etiam huic DEO facta ariſque inſcripta videre eſt Venetijs in Palatio Grimano, huc enim pleraque marmora tranſlata ſunt. Vrbem poſteà Attila Hunnorum rex Anno Chriſti CCC. LIV. longa & permoleſta obſidione cinxit: quumque deſperabundus jam de ſoluenda obſidione cogitaret, vidit forte ciconias, cum pullis ſuis vrbem deſerentes; ex qua fuga ſumpto omine, iterum oppugnauit vrbem, & cepit. Traduntur cæſa XXXVII. millia hominum; flagitiaque commiſſa, quæ victor Barbarus per vim aut libidinem vllo pacto comminiſci aut committere ſolet: ſæuitum in omnes, nulla ſexus aut ætatis habita ratione. Fertur eo tempore mulier quædam Aquileienſis vt pudicitiam inuiolatam ſeruaret in Natiſonem ſe præcipitaſſe. Hodie præter caſas & ruinas, nomenq; amplæ quondam vrbis nihil reliquum eſt. Aquileienſi Patriarchæ qui nunc temporis Venetijs degit, ſubſunt Epiſcopi, Concordiæ, Polæ, Parentiæ, Tergeſti, Comaclenſis, Iuſtinopolitanus, Madrienſis: præter alios Epiſcopos Marchiæ Trauiſinæ, vt ſunt Mantuanus, Cumanus, Tridentinus, Veronenſis alijque. Sunt præterea in hoc tractu vrbes

GORI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Goritia olim Nereia, Portvs grvarivs, olim Portus Roncabus, Spilimbergvm, Maranvm, mons falconis. Eſt & Palma ciuitas & arx rotunda à Venetis exſtructa Anno M. D. XCIII. cuius fundamentis ſubſtrati ſunt nummi cum hac inſcriptione. Parte vna, *Paſcale Ciconia Duce Venetorum, Anno Domini* M. D. XCIII. Parte altera: *Fori Iulij, Italiæ, & Chriſtianæ fidei propugnaculum.*

DESCRIPTIO AGRI PATAVINI.

Venetiæ nomine quicquid ab Iſtria ſecundum maritima Rauennam vſque iacet, comprehenditur, vt autor eſt Plinius lib. III. cap. XVIII. Hæc hodie Marchia Tarvisina appellatur, à Taruiſio oppido, quod antiquitus Marchionum Longobardici nominis ſedes fuit. Patauinum territorium dicitur pars eius, quę Patauio ſubiecta: cuius termini verſiculo comprehenduntur, qui ſigillo ciuitatis inſculptus eſt,

Muſo, Mons, Atheſis, Mare, certos dant mihi fines.

Regio autem iſta omnis peramœna, oppidis, vrbibuſque cultiſsima. Fluuios habet Plauim, Brentam, Bachilionem, Atheſin. Vrbes ſunt Patauium, Vincentia, Venetiæ. Brenta eſt Medua-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DESCRIPTIO AGRI PATAVINI.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cus: huius oſtium obſtructum eſt à Venetis, ne fluuius ſtagnis illabens, lacunas & euripos vligine impleret, faceretque ſenſim terreſterem ad vrbem acceſſum. *Leucæ officinam* appellant locum, quo nauigia mercibus onuſta machina volubili ex aquis ſublata, vel ſtagnis in foſſam, vel è foſſa in ſtagnum transferuntur. PATAVIVM ad Meduacum ſitum eſt, qui etiam in foſſas vrbis immittitur: vrbs portis marmoreis, triplici muro, lapideis pontibus, foro, Prætorio ornatiſsima. In Prætorio oſtenduntur ciuium illuſtrium Patauinorum effigies. T. Liuij, Aſconij Pediani, Aruntij Stellæ, Valerij Flacci, Iulij Pauli.

Salue vrbs doctiloquis ſedes aptiſſima Muſis
Magna loco, ſpatioſa foris, placidiſſima cœli
Temperie, muroque triplex, latiſſima foſſis
Et magnis celebrata viris: hac LIVIVS *ille*
Hiſtoriæ pater eſt genitus: ſeruantur eodem
Illius oßa loco, ſtatuis tituloque ſuperbo
Hic vbi iuncta foro, nullis fulcita columnis
Plumbea marmorei pulchrè ſtant tecta palati.
Hic etiam PAVLLVS, *Iuris Legumque peritus.*
Et ſtatuas alij meruerunt vrbis alumni.
Hac quoque VALERIO *patria eſt, qui Iaſona laudat,*
Hac patria ASCONIO *&* STELLÆ; *Prætoris in arce.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Academiam habet vrbs celeberrimam, inſtitutam à Carolo Magno, auctam à Friderico ſecundo: Ager Patauinus omnium rerum copia abundat, vt etiam Prouerbio Italico locum fecerit, *Bologna la graſſa, Padoua la paſſa.* In eius vrbis territorio pagus eſt quem *Arquadum* vocant, Franciſci Petrarchæ ſepulchro celebris. Sunt & montes Euganeï, cum vico Apono, cuius meminere Martialis, Claudianus, Caſſiodorus. VICENTIA Romanis Vicetia, condita à Gallis teſte Iuſtino ex Trogo. VENETIARVM vrbs ex multarum Italicarum vrbium ruinis in medijs paludibus, cum conuenarum numero creuit, circa annum Chriſti CCCC.XXI. Eius nunc ambitus eſt pene octo milliarium. Incolarum numerus CCC. millium, quorum tres ordines, Patritij, penes quos Reip. cura: Ciues, qui ſcribæ: Opifices, qui ſellularias artes exercent; Præter hos ſunt innumerabiles penè aduenæ. Pontes ſunt CCCC. Canalis magnus totam vrbem ſecat trium milliarium longitudine, in cujus medio magnus pons vtramque oram coniungit. Intra vrbem eſt Nauale, (Veneti *Arſenale* vocant) cuius ambitus duorum milliarium. In hoc è ligno, ferro, ære, lino, canabi, omne nautici apparatus genus, anchoræ, tormenta, catenæ, ſpiræ, rudentes, vela, quotidie conficiuntur, Hic inſignia à Turca, piratis, hoſtibus capta oſtentantur, Manubiæque illæ opimæ Anno M.D.LXXI. ad Naupactum ablata. Oſtenduntur prætoriæ quinqueremes, & Bucentaurus qua Dux feſtis diebus vehitur, quaque die ſolemni Aſcenſionis, comitatus ſplendida procerum manu, annulum aureum in mare abijcit, ſponſaliorum cum Thetide contractorum arrham. Eſt in eadem vrbe Gymnaſium publicum, cum Beſſarionis Cardinalis Nicæni Bibliotheca, quam ipſe moriens Reip. Venetæ legauit. De hac vrbe ſic Iacobus Sannazarius,

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare vrbem, & toto ponere iura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iupiter arceis
Obijce, & illa tui mœnia Martis, ait.
Si Pelago Tibrim præfers, vrbem aſpice vtramque,
Illam homines dicas, hanc poſuiſſe Deos.

Ecce verò magnificentiam Senatus. P. Q. Veneti. Pro ſingulis verſibus iuſſit Sannazario ſingulos centenos aureos numerari. Idem de Venetorum ſignis ſic ſcripſit.

Romanas AQVILAS *poſtquam liquere cohortes,*
Magnanimus turmas ducit in arma LEO.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

131



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TERRITORIVM VERONENSE patet à Bruchelio oppidulo Riuam vſque, quæ eſt in vltimo Benaci receſſu: longitudo hæc eſt LXV. mill. Latitudo, quæ ſumitur à Turre confinium, vſque ad Riuotellam, eſt XL. mill. Ager magna parte lapidoſus ac proptereà incultus, maximis ſummorum ducum vel cladibus vel victorijs eſt nobilitatus. VERONA vrbs ad Atheſin quem *Adige* vocant, in collibus poſita eſt. Eam Plinius locat in Euganeis, Ptolemæus in Cenomanis: Iuſtinus exſtructam primum affirmat à Gallis, cum Mediolano, Como, Brixia, Bergomo, quum Tarquinij Regis temporibus Tuſcos ex hiſce locis pellerent. Tacitus vocat Coloniam Romanorum, nimirum quia eam deduxit Cn. Pompeius Anno ab V. C. DCLXIV. Strabo lib. V. eam ampliſſimam vocat, Martialis magnam. Hæc Catulli patria eſt,

Tantum magna ſuo debet Verona Catullo
Quantum parua ſuo Mantua Virgilio.

Eadem Paullum Æmylium dedit rerum Gallicarum ſcriptorem, & Scaligeros Principes, belli & litterarum gloria illuſtres. Vrbem Veſpaſiani milites vaſtarunt primùm, poſtea ſub Galieno direpta eſt, poſtremum ſub Attila. Scaligerorum deinde imperij fuit, nunc Venetorum. Arcus in ea eſt Triumphalis cum hac inſcriptione, COLONIA AVGVSTA. VERONA NOVA GALLIENIANA. Sunt in eadem Theoderici aliorumque Gothorum ac Longobardorum arces: Sunt etiam Scaligerorum & Principum aliorum monumenta. Eſt & Amphitheatri perampla moles, quam ciues *Arenam* vocant, quæ etſi Barbarorum nefarijs manibus magna ex parte imminuta ſit, præſertim in exterioribus Zonis; nunc tamen ab Equeſtri Ordine & Senatu Veronenſi locus interior repurgatus marmoribuſque veſtitus, ciuitati ornamentum, Reip. vſum, ciuibus delectationem præſtat: In hac enim nobiliores feſtis diebus populo

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

132



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

venationes, ludos equeſtres, ac pedeſtria certamina exhibent, reuocato quantum quidem inopia huius ſæculi poteſt, antiquorum more. Extra vrbem ager quibuſdam locis fertiliſsimus eſt, vini, olei, frugum. Vina ſunt exquiſitiſsima. Oleum præſertim circa læuam Benaci ripam ſuauiſsimum. Ad montem Baldum herbarum medicinalium magna eſt copia. ATHESIS, ex Tridentinis Alpibus leui agmine Veronam tendit, quam ſecat, munit, ambitque, ac poſtea haud longè à foſſa Clodia Pado miſcetur. Illud hoc loco non omittendum: quod cum Veneti hanc vrbem munirent, in ipſis foſsis antra excauata è topho inuenta ſint: cumque in monte foderetur, Echini ſaxei illic ſpectati ſint, itemque conchæ, cochleæ, oſtrea, auium roſtra, ſtellæque piſces, omnia in lapidem verſa.

DESCRIPTIO TERRIT. BRIXIENSIS.

TERRITORIVM BRIXIENSE patet in longitud. mill. L. à Limone Benaci lacus vico, ad Vrceanum oppidum. Latitudo eſt mill. C. à *Moſo* vſque ad *Dialengum*. Ager frequentia vicorum, pagorum, oppidorum, eſt cultiſsimus; abundatque omnibus quæ ad vitæ neceſsitatem cultumque expetuntur. Caput totius tractus eſt BRIXIA, de qua Scaliger,

Quæ pingues ſcatebras ſpecula deſpectat ab alta
Poſtulat Imperij Brixia magna vices.

Cælum hilarum, frons læta vrbi, gens neſcia fraudis
Atque modum ignorat diuitis vber agri.
Si regeret patrias animis concordibus oras,
Tunc poterat dominis ipſa iubere ſuis.

Propter diſſenſiones enim vrbs olim Gallorum atque Inſubrium, vicinorum iugo oppreſſa, varias paſſa eſt calamitates: nunc autem ſub Venetorum Imperio quieta floret opibus, ac mercatura frequenti. Condita eſt, ſi Liuio credimus, à Gallis Cenomanis, eamque poſtea Romani Tranſpadana Gallia in poteſtatem redacta, ſui iuris fecerunt: Certè difficillimis Punici belli temporibus fidem Pop. Rom. conſtantiſſimè præſtitit. In hoc tractu eſt vti diximus BENACVS, quem vocant *Lago de Garda*, longitudine xxxv. mill. latitudine xiv. Eum marino fremitu rectè dixit inſurgere ſummus poëtarum, quandoquidem ſubitò intumeſcit & nauigia euertit. Hunc Scaligerorum Aganippen, orbiſque terrarum delitias vocat Iulius Cæſar. Fluit ex eo Mincius, qui lacum Mantuanum efficit primùm, poſtea ad Gubernum Pado miſcetur. In eodem lacu eſt Sirmio Catulli verſibus decantata.

Peninſularum Sirmio inſularumque
Ocelle, quaſcumque in liquentibus ſtagnis
Marique vaſto fert vterque Neptunus,
Quam te libenter, quamque lætus inuiſo.

Sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Sunt etiam in Brixienſi territorio propè Benacum lacus Idritius *Lago de Ider*, & Iſſæus qui Plinio Sobinus *Lago de Iſſe*. Ad Mincium medijs in paludibus ſita eſt MANTVA, vel eo nomine nobis commemoranda, quod P. VIRGILII MARONIS, fuerit patria, quem Iuuenalis proterea Minciadem dixit, *Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis*. Is enim vico Andino qui nunc Petela nuncupatur, altero ab vrbe lapide natus eſt. Vrbs eſt ſitu amœniſsima, opere & natura loci munitiſsima, publicis priuatiſque ædificijs ampla. Silius Italicus.

Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu
Euecta Andino --------

Scaliger de eadem ſic cecinit in vrbibus.

Clara viris, felix Ducibus, diuo inclyta cygno
Quem vitreis aluit Mincias Andis aquis.
MANTVA *diues auis, magno non ceſſerit orbi,*
Tota tamen parte hac vincitur ipſa ſui.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CREMA oppidum eſt nobiliſsimum, munitiſsimumque, ſitum in iucunda planitie, ſpatijs amplum, tutiſsimis mœnibus munitum, opum rerumque ad vitam benè agendam neceſsariarum copia abundans. Agrum habet optimum, fertilem, excultum, qui vina, ſegetem, poma largiter ſubminiſtrat. Capreolus putat Forum eſſe Dinguntorum: Sunt qui exiſtiment Paraſinos ciues eam exſtruxiſſe: quum Mediolanenſium Epiſcopus Paraſium deſtruxiſſet anno CM. LI. Addunt Cremam appellatam, quod eo loco Paraſium eſſet crematum. Fredericus Barbaroſſa poſt multorum annorum obſidionem tandem ea potitus eſt, anno M C. LX. menſe Februario, qui etiam adiutus à Cremonenſibus & Lodenſibus igni & ferro totam penè vrbem euertit. Ex eo ita Venetorum opera munita eſt, vt etiam Prouerbio Italico occaſionem præbuerit, *Barletta in Puglia, Prato in Toſcana, Crema in Lombardia.* Hodie Venetorum iuris eſt, qui etiam Gubernatores ſuos illuc mittunt, vt & oppidum Venetis aſſertum conſeruent, & ius oppidanis dicant. Tentarunt ſæpe Veneti ex oppido vrbem facere, ſed reſtiterunt ſemper ciues, quod mallent inter præcipua oppida ſiue Caſtella ſuum municipium recenſeri, quam inter vrbes minimas. Cremæ vicinus eſt fluuius Serius, qui ſe in Aduam exonerat; eſtque hic Mediolanenſium & Cremenſium terminus communis.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

134



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

INSVBRES inter Aduam Ticinumque amnes ad torrentem vſque Gognam extenduntur, Vrbes colunt præcipuas, Mediolanum, Laudam, Papiam, quæ & Ticinum dicitur, & Nouatiam. MEDIOLANVM condidit Tarquinio Priſco Romæ regnante Belloueſus Celtarum Rex, qui cum magna Biturgum, Aruernorum, Carnutum, Æduorum, aliorumque populorum manu ſuperatis Alpibus, pulſiſque Hetruſcis & Liguribus Inſubrium agros occupauit inter duos amnes Ticinum & Aduam; quo loco etiam ſuis vrbem exſtruxit, quam vel à ſitu *Midellandum*, vel ab amœnitate *Meylandium* vocauit, quæ vox poſtea abijt in Mediolanum. Alciatus tamen IC. putat à Celtis primò dictum *Megdelant*, quaſi virginis terram, fortè à *Minerua Parthenone* ampliſſimo, quod hoc loco fuit. Polybius quoque teſtatur Mineruam hic præcipua religione antiquitus cultam fuiſſe. Creditur nunc Ædes illa eſſe D. Teclæ. Alciatus.

Quam Mediolanum ſacram dixere puellæ
Terram (nam vetus hoc Gallica lingua ſonat.)
Culta Minerua fuit, nunc eſt vbi nomine Tecla
Mutato, matris virginis ante domus.

Tractum hunc M. Marcello & Cn. Scipione Coſſ. cum pleriſque vrbibus Tranſpadanis in Romanorum ditionem conceſsiſſe, formamque Prouinciæ accepiſse, autores ſunt Liuius, Florus, Polybius. In eadem vrbe Imparatores aliquot poſteriores conſediſſe loci opportunitate ductos conſtat, Neruam, Traianum, Hadrianum, Maximianum, Philippum, Conſtantium, Conſtantinum, Iouinianum, Valentem, Valentinianum, Theodoſium. Traianus certè regiam hic ædificauit, quæ hodièque nomen ſeruat Palatij. Auſonius.

Et Medio-

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæque domus, facunda virorum
Ingenia, antiqui mores, tum duplice muro
Amplificatæ loci ſpecies, populique voluptas
Circus, & incluſi moles cuneata theatri.
Templa, Palatinæque arces, opulenſque moneta,
Et regio Herculei celebris ſub honore lauacri,
Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis
Mœniaque in valli formam circundata limbo,
Omnia quæ magnis operum velut æmula formis
Excellunt; nec iuncta premit vicinia Romæ.

Qui verſus in Xenodochio publice leguntur deſcripti.

Labente verò imperio variè vexatum eſt Mediolanum, ab Hunnis, Gothis, Longobardis; inteſtinis etiam ſeditionibus funditus aliquando deſtructum. Captum expugnatumque eſt à Frederico Barbaroſſa. Hic ortæ primùm Guelphorum & Gibellinorum factiones, quas alebant Vicecomites & Turriani, duæ nobiles familiæ. Vicecomites quum ſuperiores eſſent, diu ſoli Reip. gubernaculis præfuere. In his ordine fuere, Theobaldus, Matthæus, Galeatius, Actius, Stephanus, & Ioannes Galeatius, qui à Wenceſlao Imperatore factus eſt ex Vicecomite Dux Mediolani. Ioanni Galeatio nati ſunt filij duo, Ioannes Maria & Philippus Maria, filia vna Valentia, quam in vxorem duxit Ludouicus Dux Aurelianenſis, poſteà Galliarum rex. Ioannes obijt improlis. Philippus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

lippus vnicam habuit filiam eamque illegitimam Blancam, quæ data eſt in vxorem Franciſco Sfortiæ. Philippus poſtea obijt Anno M. CCCC. LXXIV. Itaque eo extincto, ambiuerunt miſsis oratoribus Ducatum quatuor Principes. Fridericus Imperator, contendens Principatum deuolutum ad Imperium. Alphonſus rex Siciliæ, ex teſtamento hæreditatem petens, Sfortia Blancæ vxoris ſuæ titulo ſibi deberi adfirmabat. Carolus filius Ludouici ex Valentia Ioannis Glaeatij filia, ſibi. Interea ampliſsimæ ditionis partes diſcerptæ ſunt. Veneti Placentiam, Cremam, Laudam, multaque alia loca occupauere: Dux Sabaudiæ Ludouicus Valentiam & Confluentiam inuaſit. Aſtenſes ad Carolum Aurelianenſem defecere. Nouarienſes, Comenſes, Alexandrini, & Dertonenſes, Mediolanenſibus ſe coniunxerunt. Horum auſpicijs Placentiam obſidere omnibus copijs decretum eſt, ductu Sfortiæ, qui captata hinc reï gerendæ occaſione partim aſtu, partim vi Ducatu Mediolanenſi potitus eſt. Quæ res poſteà multorum bellorum cauſa fuit; Carolus enim VIII. Ludouicum Sfortiam validè oppugnauit; Eundemque poſt obitum Caroli Ludouicus XII. Galliæ rex Ducatu exuit, captiuumque in Galliam abduxit. Sequutus poſteà Franciſcus primus, quem Maximilianus Imperator Ducatu Mediolanenſi priuauit, ſuffecto Maximiliano Ludouici Sfortiæ filio. Ita Galli ſæpius irritati res ſuas repetere inſtituerunt, donec poſt varios & ancipites belli caſus ad Ticinum Franciſcus Rex captus eſt, Caroli Quinti rem agentibus Antonio Leua & Alphonſo Daualo, qui etiam poſteà Gubernatores iſtius Ducatus facti ſunt. In vrbe regium eſt portæ Iouiæ caſtrum, quo nullum in Europa creditur munitius. Eſt & D. Ambroſij in Nemore templum vetuſtiſsimum, in quo olim reges Italię & Cæſares corona inueſtiebãtur ferrea, qui mos à Theodorico Oſtrogothorũ rege inſtitutus exiſtimatur. Tota vrbs artificum pleniſsima, imprimis fabrorũ: Hinc illud ortũ. *Qui Italiam reficere totam velit, eum deſtruere Mediolanum oportere.*

KB Den Haag

135



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CREMONA Romanorum colonia, vetus nomen retinet, ſita ad Padi ripam: multis ſplendidis ædificijs, & inſigni turri præ alijs vrbibus conſpicua: Ex quo etiam ortum Prouerbium, *Vnus Petrus Romæ; vnus portus Anconæ, vna turris Cremonæ.* Condita primum vrbs fuit Ti. Sempronio & P. Cornelio Conſulibus, ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum aduerſus Gallos trans Padum agentes, & ſi qua alia vis per Alpes rueret. Hæc numero colonorum, opportunitate fluminum, vbertate agri, connubijs gentium adoleuit floruitque, bellis externis intacta, ciuilibus infœlix. M. enim Antonius Primus Veſpaſiani copiarum dux ſuperatis ad Bedriacum Vitellianis, cum victore exercitu Cremonam contendit, vbi legiones conſederant, caſtra ſua & vrbem circumiecto vallo complexæ. Hæc etiamſi oppugnatu ardua, placuit tamen oppugnari: itaque corona Antonius vallum cingi, teſtudinem fieri, vallum conſcendi iubet: Septimani cuneis nituntur, tertiani ſecuribus gladijſque portam perfringunt, cæteri trepidis iam Vitellianis ſeque è vallo præcipitantibus perrumpunt. Completur cæde primum quantum inter caſtra muroſq; vacui fuit. Vitelliani in vrbem fuga feruntur. Hic noua rurſus laborum facies; ardua vrbis mœnia, ſaxeæ turres, ferrati portarũ obices difficilem expugnationẽ promittebant. Vnicum incitamentum oppugnantibus, præda opulentæ vrbis, & tunc quidem auctioris, quod magna pars Italiæ ſtato in eoſdem dies mercatu congregata mœnibuſq; concluſa eſſet. Rapi igitur ignes Antonius, inferrique amœniſſimis extra vrbem ædificijs iuſſit, mœniaque ipſa ſumma vi oppugnari. Vitellianorum primores animis languentibus velamenta & infulas pro muris oſtentant. Quum Antonius inhiberi tela iuſſiſſet, ſigna aquilaſque extulere. Tum verò mœſtum inermium agmen deiectis in terram oculis ſequebatur. Capta vrbs. Quadraginta armatorum millia irrupere; calonum lixarumque amplior numerus & in libidinem ac ſæuitiam corruptior.

 Non

Non dignitas, non ætas protegebat, quo minus ſtupra cædibus, cædes ſtupris miſcerentur. Plena omnia rapinæ, iniuriæ, ludibrij, pugnæ. Faces in manibus, quas vbi prædam egeſſerant, in vacuas domos & inania templa per laſciuiam iaculabantur. Per quatriduum Cremona arſit, igne ſacra omnia & profana abſumente. Hic exitus vrbem habuit Anno c c. l x x x v i. à primordio ſui. Poſtea tamen Veſpaſiani iuſſu & magnificentia municipum repoſita fora, templaque reſtituta. Pari interuallo à Cremona dextera læuaque ad Padum ſitæ ſunt Placentia & Parma, illa aduerſo amne occidentem verſus, hæc ſecundo amne ad ortum. Placentia Romanorum Colonia eodem quo Cremona tempore occaſioneque deducta eſt. Bellis tamen ciuilibus infœlicior quam externis, quum in oppugnatione acerrima Vitellianorum contra Othonem Amphitheatri opus pulcherrimum extra oppidum conflagrarit. Fons in vrbe eſt vetuſtus, qui adhuc Auguſti nomen habet. Ager fœcundiſsimus, & caſeo imprimis nobilis. Sunt & ferrifodinæ, & fontes ſalis vberrimi. Parma Romanorum Colonia facta eſt ſimul cum Mutina, Anno poſt v. c. d. l x x. Sita eſt ad flumen *Par*, qui ſe in Padum exonerat. Ager paſcuis lætiſsimus oues capraſque alit, atque vt Martialis, inquit,

Innumeros tondet Gallica Parma greges.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SVPRA Mediolanum Boream verſus in Gallia Ciſalpina LACVS eſt LARIVS, quem à Como vrbe vocant Comenſem: *Lago di Como.* Eum Strabo ſub finem libri quarti dicit eſſe longitudinis ferè ſtadiorum CCC. latitudinis XXX. Longitudo à Septentrione in Auſtrum protenditur. Recipit in ſe Aduam Fl. ortum in Alpium iugis Rheticis, quæ Strabo vocat Diaduella: additque τȣ̃το δ᾽ ἐςὶ μέρ☉ τῶν Ἀλπέων, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδȣ́ας εἰς τἀναντία μέρη ῥεῖ, καὶ πληροῖ τὴν Λάριον λίμνην, πρὸς ᾗ ἔκτισαι τὸ Κῶμον. Quæ verba propterea adduxi, vt Larij lacus, Aduæ fluuij, Comi oppidi ſitus pateret: tum etiam, vt ne quis doctiſsimo rerum Geographicarum ſcriptori errorem imputaret qui eſt in extremo libro quarto: vbi Aduas dicitur fluere ex lacu Verbano, Vicinus verò ex Lario: Sunt enim verba tranſponenda. In extremo lacu Auſtrum verſus ſitum eſt COMVM oppidum vetus, quod Iulius quinque colonorum millibus eo deductis auctius fecit, vocarique voluit NOVVM COMVM. Patria hæc C. Plinij Secundi fuit, eius, cuius exſtant epiſtolæ. C. enim Plinius Veronenſis ſcriptor Hiſtoriæ naturalis, ſororem habuit Pliniam, nuptam C. Cæcilio Nouocomenſi, ex qua natus eſt Plinius Secundus etiam Nouocomenſis, qui epiſtola ſexta libri tertij Seuerum municipem ſuum rogat vt ſignum Corinthium viri ſenis quod ipſe pluribus verbis commendat deſcribitque, in templo Iouis ponendum curet Comi, *Etiam nunc*, inquit, *iube baſim fieri, ex quo voles marmore, quæ nomen meum honoreſque capiat, ſi hos quoque putabis addendos.* Idem ad Cornelium Tacitum conqueritur Comi nullos fuiſſe dicendi magiſtros. *Proximè*, inquit, *quum in patria mea fui, venit ad me ſalutandum municipis mei filius prætextatus. Huic ego, Studes? inquam. Reſpondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Et pater eius, Quia nullos hic præceptores habemus. Quare nullos? inquam, Nam vehementer intererat veſtra qui patres eſtis, liberos veſtros hic potiſſimum diſcere.* Quæ loca huc faciunt,

KB Den Haag

 vt Pli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vt Plinij in patria exornanda ſtudium innoteſcat. Fuit autem olim eſtque adhuc lacus omnis Comenſis admodum piſcoſus, trutis imprimis abundans. Ripa vndique amœniſsima, vt merito Plinius ad Caninium ſcribat libro I I. epiſtola 8. *Studes? an piſcaris? an venaris? an ſimul omnia? poſſunt enim omnia ſimul fieri ad Larium noſtrum: nam lacus piſcem, feras ſiluæ quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte ſeceſſus affatim ſuggerit.* Quin & ipſe Plinius præter Laurentinum rus, aliudque in Thuſcis, ſæpè ad Larium ſe recreare ſolitus eſt, villis quas plures illic poſsidebat, quarum duæ imprimis celebratæ, Comœdia in plano condita, & Tragœdia in edito. Refert idem libro I V. epiſtola 30. Fontem eſſe in monte per ſaxa decurrentem, qui excipitur cœnatiuncula manu facta; qui ibi pallulum retentus in Larium lacum decidit. *Huius*, ait, *mira eſt natura. Ter in die ſtatis auctibus ac diminutionibus creſcit, decreſcitque. Cernitur id palam, & cum ſumma voluptate deprehenditur. Iuxta recumbis & veſceris, atque etiam ex ipſo fonte (nam eſt frigidiſſimus) potas: Interim ille certis dimenſiſque momentis, vel ſubtrahitur, vel aſſurgit. Annulum vel quid aliud ponis in ſicco, alluitur ſenſim, ac nouiſſimè operitur: detegitur rurſus, paulatimque deſeritur: ſi diuitius obſerues, vtrumque iterum ac tertio videas.*

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

137



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TAVRINORVM regio nunc dicitur *Pedemontana*, quod ad pedem, hoc eſt, Alpium radicem ſita ſit. Terminantur Pado ad orientem, ad meridiem Ligurum Alpibus, ad occaſum Gallicis, ad Septentrionem amne Duria. Vicini ſunt Salaſſi, in quibus Vallis Auguſtæ Prætoriæ, vulgò *val de Oſta* cum vrbe cognomine: Caput Salaſſiorum eſt *Salutium*.
TAVRINORVM metropolis eſt *Auguſta*, quam etiam Taurinum dicunt, vetus Romanorum colonia, hodiè Gymnaſio publico & Principis ſede nobilis. In Libycis ſunt *Vercellæ* ad quas etiam auri metalla fuiſſe teſtatur Euſebius. Plinius quoque in Vercellenſi agro teſtatur legem fuiſſe Cenſoriam, qua cauebatur, ne plus quinque M. hominum in opere publicani haberent. Eſt etiam in Salaſſis INVREA Metropolis, quæ Ptolemæo, Straboni, & Tacito dicitur Eporedia: ſita inter duos altos colles; qui vallis Auguſtæ prætoriæ fauces conſtituunt. Occidentem verſus ſunt in monte *Viſo* fontes Padi, iuxta quos ad *Ripellum* & *Paiſanam* nobilia marmora cæduntur.
PADVS inſignis fluuius, & vt rectè cecinit Lucanus lib. II.

Non minor eſt Nilo, ſi non per plana iacentis
Ægypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Non minor eſt Iſtro, niſi quod dum permeat orbem
Iſter, caſuros in qualibet æquora fontes
Accipit, & Scyticas exit non ſolus in vndas.

Multos hic ſecum ab Alpibus, multos ab Apennino amnes deuehit. Ab Apennino Trebiam, Tanarum, Tarum, Nitiam. Ab Alpibus Sturam, Morgum, Ticinum, Ollium, Mintium, Atheſin,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

alioſque: Sex autem oſtijs in Adriam euoluitur. Taurinorum pars ſunt Ligures, qui Ciſapennini aut Tranſapennini dicuntur. Ad Ciſapenninos pertinet *Ducatus Montis Feratenſis*, in quo oppida, Caſalis D. Euaſij, Alba, Aquæ, aliaque 365. inter quæ præcipua ſunt Aſta, Valentia, Nicæa; Ad Tranſapenninam ſpectat propriè Ducatus Genuenſis, porrectus ad mare Liguſticum. Metropolis eſt GENVA, cætera pars in Orientalem & Occidentalem diuiditur. Illius terminus eſt portus Lunenſis, huius Monacum vel Monœci portus. Nomen Genuæ fabulæ deducunt à Iano: proinde in portu talis legitur inſcriptio. IANVS. P. M. ITALIÆ REX. DE PROGENIE GIGANTVM, QVI FVNDAVIT IANVAM TEMPORE ABRAHÆ. Eſt & alia inſcriptio. *Janus Princeps Troianus Aſtrologiæ peritus, nauigando ad habitandum, locum quærens ſanum, durabilem, & ſecurum, Januam iam fundatam à Jano Rege Italiæ, pronepote Noæ, venit, & eam cernens mari & montibus tutiſſimam, ampliauit no. & poſſ.* Fabulæ. Fuit autem huius vrbis iam olim, eſtque adhuc magna admodum & vicinis formidanda vis. Etiam ad Tanaim vſque imperij ſui terminos quondam produxit; Theodoſiam vrbem Tauricæ Cherſoneſi quæ nunc *Caffa* dicitur, poſſedit; Cyprum etiam & Leſbum, & Chium inſulas, & Peram Thraciæ vrbem: Quum Amurates Turca aduerſus Vladiſlaum Hungariæ regem copias ſuas ex Aſia in Europam traijceret, feruntur Genuenſes in quorum poteſtate tunc erant fauces Helleſponti, in ſingula capita ſingulos numos aureos exegiſſe, ſummamque collegiſſe 100000. atque amplius aureorum: Sed malè ipſis, malè vniuerſo Chriſtiano orbi ceſsit indomita iſta auaritia. Hodie Reſpublica Gennenſis Liguriæ imperat, & Corſicæ. In ea ſunt XXVIII. familiæ patritiorum, ex quibus Conſilium conſtituitur CCCC. virorum. Cæterum de Genua politiſsimi & rotundi exſtant Scaligeri verſus quos hic ponam:

Ditis

Ditis opes Aſiæ & claros Orientis honores
Quantaque ab Euxino tunditur ora ſalo,
Piſanas acies, Thuſcæ decora inclyta pubis,
Et traxi ad Ligures Gallica ſigna manus.
Subiectis domitas tenui ceruicibus Alpes,
Et tremuit noſtras Africa terra trabes.
Afflictus toties Venetus, quæ fugerat olim
In patriis mouit tela petitus aquis.
Fruſtra Galle cupis; fruſtra es fruſtrator Ibere,
Fruſtra ſæua ferox Inſuber arma capis,
Vinco ego quum vincor, par eſt victoria damno,
Sumque eadem domina, ſeruaque facta mea.

Eſt etiam in Liguria SAVONA quam quidam Sabatiam eſſe opinantur, vrbs vetus, & ſplendida, cuius ambitus eſt M. D. paſſuum.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

138


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
THUSCIA
Riviera di Ge no a
MARE
THYR RENUM
Maremma di Siena
Ducato di Spoleto
CAMPAGNA di ROMA
Miliaria Italica comm.
15 30
Sere sana
Maßa
Pietra Sancta
Pisa
Luca
Pistoia
Pescia
Prato
Fiorenza
Empoli
Poggio
S. Miniato
S. Gemimano
Liuorno
Vada
Volturo
Gorgona
Siena
Piombino
Populonia
Campiglia
Castiglione
Grosseto
Telamone
Orbetello
Montalto
Castro
Corneto
Civita vecchia
S. Severa
Palo
Bracciano
Trivignano
Roma
Ostia
Viterbo
Orvieto
Todini
Perugia
Castiglioni
Cortona
Arezo
Camaldoli
Bibiena
Fratta
Asisi
Hispella
Bevagna
Spoleto
Fo ßato
Caglio
Cagnano
Cosmopoli
Lungone
S. Andrea
Pianora
Fornicha
Gigio
M. Christo
Zanara
Gianuti
Girolane
Meuano
Nepe
Civitella

ETRVSCI ſunt THVSCI, qui etiam Græcis Tyrrheni: hodiè regio omnis dicitur *Toſcaca:* fines ſunt ad Meridiem, mare inferum, ſiue Tyrrhenum, ad Septentrionẽ Mons Apenninus, vbi Vmbria & Galliæ Togatæ pars, ad Occaſum Liguria, à qua Macra fluuio diſterminatur: ad ortum Tiberis. Longitudo inter Macram & Tiberim eſt ſtadiorum bis M. & D. Regio partim plana eſt, partim montoſa, ſegetibus, arboribus pomiferis vineiſque nobiliſsimis abundans. Vina hic præſtantiora ſunt Trebiana, Apiana, & quæ in agro Vulſinio, aut ad oppidum Mõtis Falconis premuntur. Fluuij præcipui ſunt Arnus, Sercius, qui vulgo *Cerchio*, Cecina, Vmber, Albengia, Martha, Minius, Aro, Palia, & alij nõnulli. Lacus ſunt, Traſimenus, Vulſinius, Sabatinus. TRASIMENVS Annibalis victoria, & Flaminij Conſulis clade nobilitatus eſt, dum arte noua, tectus nebula vicini lacus paluſtribuſq; virgultis eques terga pugnantium inuaſit. Ripæ vndique aſpectu pulcherrimæ, rotundo orbe lacum includunt, cuius aqua colorem maris æmulatur, lucida & perſpicua, amnem aut riuum nec effundit nec recipit: piſces nutrit plurimos optimoſq;, qui per reliquam Hetruriã variè diuendũtur. Aquæ calidæ ſunt in agro Viterbino, & Cæratino. Portus per vniuerſam oram maritimam: cõmodiſsimi tamẽ præ cæteris iſti, Portus Herculis, Portus Troianus, Liburnus, & Lunenſis. Porrò veterum Etruſcorum maximum fuit in Italia nomen: ab his Pop. Rom. ſellam curulem, togam prætextam, faſces, lictores, auguria, aliaq; permulta mutuatus eſt. Etruſci primi domibus porticus addiderunt, in quas concurrentium ſeruorum turba diuerteret. Nominis amplitudinem teſtantur, Romæ Tuſcus Vicus, in Latio Tuſculum & Tuſculanum. Diſciplinam illud, quod Romani eò filios ſuos inſtituendos mittebant. Trecenta Vmbrorũ oppida ab Etruſcis culta memorat Plinius. Etiam hodie incolæ ingenio, conſilio, manu, lingua prompti ſunt. Tria habent Gymnaſia litterarum, Peruſiæ, Piſis, & Senis. Vrbes Etruriæ duodecim antiquis celebratæ

KB Den Haag

139



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

bratæ fuerunt. Luca, Piſæ, Populonia, Volaterræ, Agillina, Feſſula, Ruſellana, Aretium, Peruſia, Cluſium, Phaleria, & Vulſinia. Acceſſere poſtea Florentia, Piſtorium, mons Politianus. Eſt autē Etruria vniuerſa ita hodie diuiſa, vt pars eius maxima Magno Duci pareat, pars autē quæ patrimonū Petri vocatur, ſit iuris Pontificij, pars aliqua Hiſpanum dominū agnoſcat, minima Ferrarienſem. Singularū vrbiū origines antiquitatesq; pertexere non eſt nunc noſtri inſtituti in tā conciſa breuitate.

DESCRIPTIO TRACTVS SENENSIS.

SENA quæ & *Senenſis Colonia*, Tacito & Plinio ignota non fuit; ager eſt iucundiſſimus & vbertate præſtans, niſi quà mare Etruſcum ſpectat, loco qui *Maremma* dicitur. Eum medium ſecat Fl. *Vmber*. Hic Pons Remuli iuxta Macræ Fl. fontem, Portus Herculis, Orbetellum, Mons Argentarius, & Plumbini arx ſunt ditionis Pontificiæ. De SENA vere & eleganter Scaliger,

Quum premere inuictis vicinas viribus vrbes
Martius Imperij ſollicitaret amor,
Abſtinui, & iuſtam colui ſub pace quietem,
Summaque iudicij maxima, nolle, fuit.
Quotnam oblita ſui, quæ regna aliena petebant?
Vt mea ſim, pro me ſit potuiſſe ſatis.

In hac vrbe Gymnaſium eſt artium & Iuriſprudentiæ celeberrimū. In Lithoſtrato ſummi templi imagines Sibyllarum poſitæ ſunt, Albuneæ ſiue Tiburtinæ, Samiæ, Phrygiæ, quæ Ancyræ vaticinata dicitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dicitur, Helleſponticæ, Libycæ, Cumeæ, Delphicæ, Cumanæ, Erythreæ, & Perſicæ, adiectis elogijs & vaticinijs ſingularum. In ſerie etiam Pontificum poſitus eſt Ioannes IIX. cum hoc lemmate, FEMINA DE ANGLIA. In ſacello in quo olim fuit Bibliotheca Æneæ Siluij qui poſtea dictus eſt Pius II. hæc leguntur lemmata ſubiecta, picturis hiſtoriam vitæ rerumque ab Ænea Syluio geſtarum continentibus. ÆNEAS SYLVIVS *Piccolomineus natus eſt patre Syluio, matre Victoria, VIII. Octobr. Anno* M. CCCC. V. *Corſiani in fundis gentilitijs. Baſileam ad Concilium contendens, vi tempeſtatis in Libyam, propellitur.* ÆNEAS SYLVIVS *à Baſileenſi Concilio in vlteriorem Britanniam Orator, ac in Scotiam ad regem Calixtum miſſus, à tempeſtate in NorWegiam pulſus, & per Britanniam regios ſpeculatores eludens, Baſileam reuertitur. Hic* ÆNEAS *à Felice Antipapa legatus ad Fridericum* III *Cæſarem miſſus, laurea corona donatur, & inter amicos eius & Secretarios annumeratur & ijs præficitur.* ÆNEAS *à Friderico* III *Imp. legatus ad Eugenium* IIII *miſſus, non ſolùm ei reconciliatus eſt, ſed hypodiaconus & ſecretar. mox Tergeſtinus, deinde Senenſis Antiſtes creatur.* ÆNEAS *Friderico* III *Imp. Leonoram ſponſam exhibet, & puellæ ac regum Luſitanorum laudes complectitur.* ÆNEAS *Senenſis Antiſtes ad Calixtum* III *Orator à Friderico* III *miſſus, Pontificem ad bellum Aſiaticum armat, & Patrum Principumque omnium rogatione Cardinalis efficitur. Calixto mortuo,* ÆNEAS *Cardinalis Senenſis acclamatione patrum, apertiſque ſuffragijs Pontifex deligitur, & Pius* II *nominatur.* PIVS II *Pont. Max. à Ludouico Mantuanorum Principe claſſe in naumachiæ ſpeciem exceptus,* VI. *Kal. Iunij Mantuam ad indictum de expeditione in Turcas conuentum ingreditur.* PIVS II *Pont. Max. Catharinam Senenſem ob innumera eius miracula inter Diuas retulit.* PIVS II *cum Anconæ expeditionem in Turcas accelerarct, ex febre interijt, cuius animam Eremita Camaldenſis in cœlum efferri vidit. Corpus verò patrum decreto in vrbem deportatum eſt.*

PERV-

PERVSINVS ager hodie ditionis eſt Pontificiæ, Tiberis Fl. eum ſecat. Vrbs eſt PERVSIA, cuius meminere Strabo, Ptolemæus, Plinius, Liuius, Tacitus, Appianus Alexandrinus, & Procopius. Stephanus eam inter duodecim Etruriæ ciuitates recenſet. Cæſar Auguſtus duce Lucio Antonio inſoleſcentem compulit ad extrema deditionis, turpi & nihil non experta fame; quo tempore tota conflagrauit. Reſtitutam tamen a Cæſare teſtantur litteræ cubitales portis inciſæ. Totila eam annis ſeptem obſeſſam cepit: Narſes interfecto Gotho recepit. Ciues bellicoſi ſunt, confidentes, elati. *Peruſini ſuperbi, & buoni ſoldati, & la miglior ſpada del Papa.* Exornat eam imprimis Academia, erecta anno M. CC. XC. In ea BALDVS Ius Ciuile profeſſus eſt, tanta gloria, vt ſummus Iuris Commentator, & terreſtre quoddam numen vocaretur. Septuaginta in ea ſunt Iuris doctores, è quibus quinque & viginti ius cotinuò docent: alijs artibus diſciplinisque vix eſt Peruſiæ locus. Ad ſeruos Mariæ Tumulus eſt Baldi. BALDO PERVSINO *Vtriuſque iuris conſultiſſimo, filij pientiſſimi faciendum curarunt, probaueruntque. Vixit annos* LXVI. *menſis* X. *dies* VI. *Obijt* M. CCCC. XC. *die* XXII. *Sep.*

Interpres vtriuſque Iuris ingens
Orbis gloria, patriæ decuſque,
Hic Baldus iacet ille Bartholinus,
Hui? Baldum haud tegit hoc, ſed oſſa Baldi
Marmor, fama nitens volat ſuperſtes.
Cælum ſpiritus innocens recurrit.
Dic lector vale, & hinc recede fœlix.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

140

DESCRIPTIO TRACTVS PERVSINI.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Tiberis, qui, vt dixi, agrum Peruſinum perlabitur, ex media ferè longitudine Apennini defluit, tenuis primò nec niſi piſcinis corriuatis immiſsiſque nauigabilis, initio quidem trabibus potius quam ratibus, poſtea etiam nauibus. Infra Aretinum Glanum duobus & XL. fluuijs auctus, præcipuis autem Nare & Aniene, alueum habet profundiorem. Græcis eſt θύϐρις, τίβερις & θυμϐρις; Hic Tuſciam ab Vmbris & Sabinis, Romamq; ipſam in duas partes diuidit, ac inſigni oſtio in mare Inferum ſe exonerat. Eum initio Albulam vocatam conſtat, ab albo aquæ colore: poſtea verò à Tiberio Syluio rege Albanorum quod is in eo flumine extinctus eſſet nomen mutauit. Fuere etiam hoc nomine appellatæ frigidæ quædam aquæ in agro Tiburtino ad varios morbos ſaluberrimæ, quarũ memoria eſt apud Strabonem lib. V. & apud Plin. lib. XXXI. cap. 2. Fortaſſe etiam earum Galenus meminit lib. VIII. de arte medendi quum ſcribit, *Qui aluminoſis aquis (quæ Ἄλβȣλα vocantur) lauantur*, &c. Certè aquas iſtas ſulphureas fuiſſe docet Martialis lib. I.

Ibit ab Herculeï gelidas qua Tiburis vndas
Hic vbi ſulphureïs Albula fumat aquis.

Ibid. lib. IV. crudas Albulas dixit.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

141


Orie 42 ns
Occi 42 dens
Mil. Italica
Charchiano
C.S.Elio
M Rosi
Lacus Bracci anus
Vigna
Ceri
Palo
Orti
Ignanello
Camprarol
Fabrica
Ronciglione
Capranicha
Bassano
Chia
Valerona
Bomarzo
Bagnic
Canapina
Vicorello
Bracciano
Vacina flu
Mugnano
Vitorchiano
Viterbo
Viano
Vetralla
Bieda
M Erano
Stigliano
Ceruetteri
Grafignano
C.Dano
Barbarano
S.Seuera
Castiglione
Bagnarea
Porano
C.Dipi
M Fiasconi
Tolfa
Orvieto
Sugnano
Bolsena
Vulsinus Lacus
Toscanella
Mignone flu
S.Marinello
Paglia flu
Castello Torri
Capodis M
Celere
Bisentio
Tessenano
Corneto
Ciuita uecchia
Triuiano
Centero
S.Lorenzo
Ponte Centeno
Aquapendente
Istia
Camno
Gradoli
Latera
Farnese
Onano
Piumo
Abadia
Montoria
Castro
S.Phillippo Bagni
Arcidosso
Sorano
Pitigliano
M Auto
Mont Alto
Fiora flu
Tosco Mare
Meridies
Sept. Aentrio
AGER Orivetanus

ORIVETVM Mediterranea eſt Hetruriæ ciuitas, ſita in excelſi præruptique montis planitie, ſine muris, quorum vicem rupes ſupplet. Cœlo fruitur iucundiſsimo, proſpectu amœno, aëre ſalubri; niſi quum æſtiuis menſibus in vicino amne Palea (qui Pelia Catoni dicitur) canabis maceratur, hinc enim infectus fœtore aër ciuibus permoleſtus eſt. Vrbs templum habet ſumptuoſiſsimè exſtructum, cuius frontem ſtatuæ marmoreæ ſummorum artificum opere elaboratæ exornant. Templi feneſtræ ſunt alabaſtreticæ, inſtar vitri pellucidæ. Vicinus eſt lacus Vulſinus piſcatione anguillarum celebris. Eſt etiam in eodem tractu VITERBIVM, vrbs ampla & ſplendida ditionis Pontificiæ: eſt & AQVAPENDENS quæ olim Aquula dicta fuit, oppidum oblongum in monte poſitum, via, quæ Sena Romam ducit, inter lacum Vulſinum & amnem Peliam, vbi pons lapideus ſex fornices habens tranſmittendus eſt.

DESCRIPTIO PICENI.

PICENVM Longobardi *Marchiam Anconitanam* vocauere, ab Ancona vrbe. Eius termini ſunt ad Meridiem Apenninus, ad Septentrionem mare Adriaticum, ad occaſum Iſaurus Fl. qui Piſauri vrbis muros alluit, ad ortum Truentus, vulgò *Tronte*. Regio omnis fertilis, & vt ait Strabo arboribus potius quam frumento abundans. Olearum imprimis copiam habet. Fluuij præcipui ſunt Potentia, Metaurus, Chientus, & Seatinus, qui ex Apennino orti in mare Mediterraneum ſeſe exonerant. Vrbes, Ancona, Ricinetum, Lauretum, Camerinum,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

num, Tolentinum, Macerata, Aſculum, Vrbinum, Piſaurum, Forum Sempronij, quod hodie vocant *Foſumbrunum*, ad ripam Metauri fluuij. PISAVRVM ad littus maris Adriatici arcem habet, munitiones & propugnacula valida, cum Armamentario Ducis bellicorum inſtrumentorum copia & varietate refertiſſimo. Colonia Romanorum facta eſt ſimul cum Pollentia, anno ab vrbe condita D.LXIX. quadriennio poſt Bononiam deductam. Sequitur in eodem littore FANVM FORTVNÆ, oppidum non ignobile, in via Flaminia poſitum, Coloniam eò deduxit Cæſar Auguſtus vocauitque *Iuliam Faneſtrem*. Pergenti occurrit Metaurus Fl. quem quum tranſieris, oſtenduntur ad dexteram loca in fluminis ripâ, clade Aſdrubalis, victoriaque M. Liuij Salinatoris, & C. Claudij Neronis nobilitata. Vlterius premuntur campi in quibus Totila Gothorum rex à Narſete Iuſtiniani legato ſuperatus eſt. VRBINVM in alto monte inter Albim ſiue Sapim & Foliam amnes ſitum eſt. Vrbini mentionem facit Tacitus, Vrbinatium Plinius, qui eos Metaurenſes vocat, locatque in ſexta Italiæ regione. Diu Comitũ titulo contenti Principes eam rexere: Fridericus à Sixto IV. primus Ducis nomen ſortitus eſt. Sequitur deinceps in littore SENA Galliæ, & poſt hanc ANCON vrbs, vt antiquitate, ſic & opibus, ædificijs, emporio, portuſque commoditate celebrata frequentataque ab Italiæ, Græciæ, Illyridis, Pannoniæ populis. Hanc Strabo, Plinius, Solinus, Græcam vrbem agnoſcunt: ſed & nomen idem teſtatur, Græcis enim ἄγκων cubitus; nomen loco à forma portus: quem poſt aliorum exſtructiones, etiam Traianus Aug. magnificentiſſimè exornauit, quemadmodum multa id monumenta teſtantur. Imprimis arcus hoc loco commemorandus propter mirificam exactiſſimi operis elegantiã, in quo latera omnia, ſtylobatæ, ſpiræ columnarum, capitulorum abaci, plinthi, flores, teniæ, omneſque partes cum ornamentis ex vno ſaxo cæſa videntur. Elogiũ quod ſupra apſidem eſt, æreis litteris inauratis conſtitit.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Eſt autem tale. IMP. CÆSARI. DIVI. NERVÆ F. NERVÆ TRAIANO OPTIMO AVG. GERMANIC. DACICO. PONT. MAX. TR. POT. XVIII. IMP. XI. COS. VI. P. P. PROVIDENTISSIMO. PRINCIPI. SENATVS. P. Q. R. QVOD. ACCESSVM. ITALIÆ. HOC ETIAM ADDITO EX PECVNIA SVA PORTV. TVTIOREM NAVIGANTIBVS REDDIDERIT. In latere dextero additum. PLOTINÆ AVG. CONIVGI. AVG. In latere ſiniſtro. DIVÆ MARCIANÆ SORORI AVG. Ancona itur Lauretum, inde RECINETVM quod ex antiquis *Haluiæ* vrbis ruderibus recens oppidum eſt. Inde per Tolentinates & Camertes in VMBRIAM, qui hodie dicitur *Ducatus Spoletinus*, in quo tractu olim etiam SABINI fuere. Hic primum occurrit à dextris *Neuania* Propertij patria, tauriferis ſe campis explicans. A ſiniſtris *Clitumnus* è Trebulanis collibus erumpit, fonte olim ſacro, cuius etiam ſacellum hodieque exſtat marmoreum. Ex hiſce agris tauros candidos victimaſque petebant triumphantes,

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro,
Romanos ad templa Deum trax ere triumphos.

In eodem tractu ſunt Eugubium, Nuceria, Tiphentum, Tudernum, Spoletium, Burgus S. ſepulchri, Iteramna, ex eo nomen habens, quod inter duos ramos fluuij Naris poſita ſit. tum

Naruia, ſulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda viro.

Hæc initio Nequinum dicta eſt, & incolæ Nequinates, à ſoli iniquitate.

De

DE LATIO quod hodie Territorium Romanum vocant, vel *Campagna di Roma*, difficile eſt pauca dicere: Primi incoluere Aborigenes, Arcades, Pelaſgi, Ardeates, tum Siculi, Arunci, Rutuli, vltraque montes Circæos Volſci, Oſci, & Auſones. Regionem ad ortum Liris amnis ſeparat à Campania: ad Occidentem Tiberis ab Vmbria: Septentrionem verſus eſt Apenninus, Meridiem mare Tyrrenum. In principio eſt OSTIA Colonia à Romano Rege deducta, ad fauces Tiberis fluuij

--------- qua ſe Tiberinus in altum
Diuidit, & campo liberiore natat.

Cælum habet graue & incolis moleſtum; agrum peponum feraciſsimum. ARDEA oppidum vetus quod Rutuli coluere. In eius vrbis templo Plinius picturas Roma ipſa vetuſtiores fuiſſe ſcribit. lib. XXXV. cap. III. Pictorem etiam ciuitate illic donatum, & carmine,

Dignis digna locis pictura condecorauit,
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis templum,
Marcus Ludius Elotas, Ætolia oriundus
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.

In agro Ardeati fontes ſunt putidi, aquæ ſulphureæ. NEPTVNIVM agro fertiliore ſitum eſt, ciues aucupio & piſcationi vacant, hodie pertinet ad Columnenſes. TARRACINA lingua

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

143



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Volſcorum Anxur dicta fuit, & vt Strabo ait propter aſperitatem *Trachinia*. Hic *Iouem Anxurnum* præſediſſe autor eſt Virgilius. *Anxuris placidos receſſus* celebrat Martialis: Silius *ſcopuloſum* eï *verticem* tribuit, Iterum Martialis ad Fauſtinum,

O Nemus, o fontes, ſolidumqne madentis arenæ
Littus, & æquoreis ſplendidus Anxur aquis,

Feſtus. *Anxur vocabatur quæ nunc Tarracina dicitur, Volcſæ gentis, ſicut ait Ennius, Volſculum perdidit Anxur.* Liuius lib. 4. Anxur fuit, qua nunc Tarracinæ ſunt, vrbs prona in paludes. Horatius quoque in ſermonibus celebrat *Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.* Docetque idem tertio ſitum eſſe milliari à *Fano Feroniæ*, inter Appiam ſcilicet & Circeium promontorium. Via enim Appia quæ Roma Brunduſium ducit ad Tarracinam fuit, nunc magna ex parte paludibus merſa. De Feronia etiam Virgil. in VII. & Horatius, *Ora manuſque tua lauimus Feronia lympha.* Dionyſ. Halicar. lib. III. ἱερὸν ἐϛι κοινῇ τιμώμενον ὑπὸ Σαβίνων τε καὶ Λατίνων ἅγιον ἐν τοῖς πάνυ, θεᾶς Φερωνείας ὀνομαζομένης, ἥν οἱ μεταφράζοντες εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν οἱ μὲν ἀνθηφόρον, οἱ δὲ φιλοςέφανον, οἱ δὲ Περσεφόνην καλοῦσι. Porro qua Fundos itur in Tarracinenſi promontorio via plana rectaq; exciſa eſt inter duriſsimas cautes, pars Appiæ. Reliqua omnis via munita vtrimque limbis bipedali latitudine eminentibus, qui pediti ſiccum iter præſtant. Adiecti autem ad decimum quemque pedem lapides grandiores, è quibus in vehicula vel equos facilior commodiorque ſcanſio. Initium eius viæ fuit a porta Capenâ: latitudo ea, quæ duobus plauſtris inuicem occurrentibus ſufficeret. Longitudo CCC. XXX. mill. Eam nouiſsime reſtituit Traianus,

& a ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& a ſe viam Traianam vocari iuſsit. Hac via itur FVNDOS, inde CAIETAM, quæ vel ab Æneæ nutrice ibi ſepulta nomen habet, vt voluit Virgilius, vel vt Strabo à curuitate, Spartani enim qui in hæc loca colonias deduxerunt, curua quælibet vocant *καιαδα*. Eſt autem in hac vrbe inter alia vetuſtatis monumenta crater Bacchius cum hac inſcriptione ΣΑΛΠΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ, opus artificioſiſsimum ex marmore Pario candido, eo nunc vtuntur pro Baptiſte-rio. Sunt etiam ad Appiam VELITRÆ in monte. Fuere & TRES TABERNB, XVII. ab *Aricia* lapide, ab vrbe XXXIII. Harum etiam in Actis meminit B. Lucas. TIBVR hodie *Ti-uoli* ad Anienem, inter ſcopulos & ſaxa ſe abdentem, rurſus poſteà exſilientem. Prope oppidum ſunt latumiæ. Herculem coluiſſe olim ciues Tiburtinos multa teſtantur, imprimis lapis cuius hæc inſcriptio. HERCVLI SAXANO SACRVM. SER. SVLPICIVS TROPHIMVS ÆDEM ZOTHECAM CVLINAM PECVNIA SVA A SOLO RESTITVIT ÆDEMQ. DEDICAVIT. K. DECEMB. L. TVRPILIO DEXTRO, M. MÆCIO RVFO COSS. EVTYCHVS SER. PERAGENDVM CVRAVIT. Fuit etiam in his lo-cis *Ælia Tiburtina* Hadriani Imperatoris villa, in cliuo montis poſita, cuius ruinæ indicant ope-ris vniuerſi amplitudinem, præſtantiam, dignitatem. Spartianus in eius vita teſtatur villæ iſtius partes nomina & imaginem habuiſſe nobiliſsimorum totius orbis locorum, Lycei, Academiæ, Pœciles, Prytaneï, Tempes Canopi, & ſimilium. Sed omnes & Latij, & Italiæ, & totius orbis vrbes ſuperauit olim ROMA, quam Polemon Sophiſta ex re dixit τῆς οἰκουμένης ἐπιτομήν, *orbis vniuerſi compendium*. De hac ſilere præſtaret, quam pauca dicere: ſed vt aliqua parte iuuemus ignaros, recreemuſque peritiores, percurremus paucis & perſtringemus præcipua. VIAS olim habuit XXVIII. quarum nomina, *Appia, Latina, Labicana, Campana, Præneſtina, Cimina, Valeria, Oſtienſis, Flaminia,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Flaminia, *Caßia*, *Laurentina*, *Ardeatina*, *Tiburtina*, *Collatina*, *Gallicana*, *Tiberina*, *Nomentana*, *Salaria*, *Quinctia*, *Æmilia*, *Portuenſis*, *Prætoriana*, *Triumphalis*, *Corneliana*, *Claudia*, *Aurelia*, *Laticulenſis*. Fuerunt præter iſtas in vrbe etiam *Alta ſemita*, *Via lata*, *Suburra*, *Via ſacra*, *Via noua*, *Triumphalis*, *Vitellia*, *Recta*, *Fornicata*. PORTÆ XV. Flaminia quæ hodiè *Porta populi*, Gabiuſa *S. Methodij*, Collatina *Pinciana*. Ferentina, *Latina*. Quirinalis, *Agonia*. Capena *S. Sebaſtiani*. Viminalis, *S. Agnetis*. Oſtienſis vel Trigemina, *S. Pauli*. Tiburtina, hodie clauſa. Portuenſis, Eſquilina, Aurelia, Næuia, Fontinalis, Cælimontana, & Vaticana. COLLES mœnibus includuntur iſti. *Capitolinus* qui etiam *Tarpeius*: *Palatinus*, in quo ſedes regia fuit, & magnificæ olim domus Auguſti, Ciceronis, Hortenſij, Catilinæ, quarum hodie ruinæ vix exſtant: *Auentinus*, nunc S. Sabinæ, prima Pontificum ſedes. *Cælius*, vbi nunc templum Lateranenſe. *Eſquilinus*, vbi hodie S. Petrus ad vincula: hic olim domus Vergilij, Propertij, & horti Mæcenatis. *Viminalis*, vbi hodie S. Prudentiana; in hoc Craſſi domus fuit. *Quirinalis* hodie *Monte Caballo*, clarus ædibus & hortis Salluſtij. Atque hi ſunt ſeptem Romani colles, à quibus vrbs *Septemgemina* dicta eſt. Acceſſerunt verò iſti. *Collis Hortulorum* vel Pincius, in quo templum Solis & moles illa rotunda, cum puteo profundiſſimo. *Collis Vaticanus*, vbi hodie Baſilica B. Petri & Palatium Pontificis. *Ianiculum* vbi hodie templum S. Onuphrij. Sunt præterea in vrbe templa CCC. atque amplius. Cryptæ ſubterraneæ quibus latebræ & ſepulcra Chriſtianorum fuerunt, quatuor. Xenodochia publica omnium nationum quinque: ſingularum quarundam ſingula. Cœmiteria XXVII. *Bibliothecæ* publicæ multæ, Tres in Vaticano, vna ſelectorum librorum clauſa: altera minus ſecreta: tertia, quæ diebus profeſtis per duas horas omnibus patet. Sunt & aliæ etiam in templis B. Mariæ; Aræ cæli: S. Mariæ de populo, S. Mariæ ſupra Mineruam, S. Auguſtini: & alibi. Horti Pontificis, & Cardinalium Baſilicæ

& Pala-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


REGNUM
Neapolitanū
MARE
THIRRENUM
GOLFO DI
VENETIA
Mare Jonio
Septen.
Meridies
Occidens
Oriens
Abruʒʒo
Corsica.
SICILIA
Capraia
Coſmopoli
Baſtia
Anliſano
S. Reparata
Olbia
Albaraſo
C. Ferrato
Uſtica
Alicur
Lipari
Milazo
Meſsina
Rhezo
Palerno
Taormina
Ethna monte
Iſchia
Capri
Napoli
Salerno
Policaſtro
Scalea
Biſignano
Roſsano
C. Lize
Otranto
Gallipoli
Nardo
Caſtro
Volona
Bari
Conversano
Manopoli
Gravina
Pelagoſa
La Meleda
Perugia
Spoleto
Narni
Rieti
Viterbo
Roma
Piſa
Livorno
Siena
Millia Italica
33
35
37
39
41
43
42
40
38

& Palatia, per vniuerſam vrbem variè diſperſa ſunt. Arx Pontificis, quæ moles fuit Adriani, hodie *Caſtellum S. Angeli*, Aquæductus, Thermæ, Aquæ, Fora, Arcus Triumphales, Amphitheatra, Theatra, Circi, Porticus, Columnæ, Obeliſci, Coloſſi, Pyramides, Naumachiæ, Siptizonia, Equi, Statuæ in publico & priuatim ſpectandæ, aliaque plura præterimus, quod eorum numerum deſcriptionemque accuratiorem non ferat inſtituti operis ratio. Hæc hodie qui viderit, comparaueritque cum vetere Roma, merito dixerit

Qui miſeranda videt, veteris veſtigia Romæ
Ille poteſt meritò dicere, ROMA *fuit.*

DESCRIPTIO REGNI NEAPOLITANI.

REGNVM Neapolitanum dimidiam ferè Italiæ partem complectitur, ab amne Truento & Terracina ad fretum vſque Siculum, in qua ſunt octo nobiliſſimæ Italiæ regiones, Campania felix, Lucania, Bructij, ſiue inferior Calabria, Magna Græcia ſiue Calabria ſuperior, Salentini, Apulia Peucena, Apulia Daunia, & Samnites ſiue Aprutium: Eſtque hic omnis tractus in ambitu M. CCCC. LXVIII. mill. *Portus* celebriores habet, Caietanum, Tarentinum, Brunduſinum, Neapolitanum. *Fluuios*, Truentum, *Tronto*; Phiternum, *Fortoro*: Sarum *Sangro vel Sanguino*: Aternum, *Peſcare*: Aufidum, *Ofanto*; Vulturnum, *Natarone*, atque alios complures. Promontoria potiora ſunt Leucopetra, Lacinium, Iapypgium, Scylacæum, & Caput

& Caput vrſi. Rexerunt hunc tractum poſt Romanos Gothi & Longobardi: tum Saraceni, inde Normanni ſub Innocentio ſecundo. Succeſſerunt Sueui, poſtea Angolimenſes, tum Arragonenſes, inde Franci, qui ipſi ab Hiſpano poſtremum pulſi ſunt. Adminiſtratio totius regni eſt penes Magnum Comitem ſtabuli, Magnum Iuſtitiarium, Magnum Admirantem, Magnum Quæſtorem, Magnum Protonotarium, & Magnum Seneſcallum. Principes ſunt vnus & XX. Duces XXX. Marchiones LIII. Comites LVIII. Archiepiſcopi XX. Neapolitanus, Capuanus, Salernitanus, Amalphitanus, Surrentinus, Tarentinus, Brunduſinus, Ocrenſis, Sipontinus, aliique. CAMPANIA FELIX hodie dicitur *Terra di Lauoro*: Fœlicis nomen habuit poſt Arabiam ſola, ob vitiferos colles, atque vt veteres dixere, ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Terram Laboriam vocant à parte nobiliore: nam quantum vniuerſas terras campus Campanus antecedit, tantum ipſum pars eius quæ Laboria vocatur: Philegræum Græci appellant: Finiuntur autem Laboriæ via ab vtroque latere conſulari, quæ à Puteolis & quæ à Cumis Capuam ducit: planicies eſt XL. millium paſſ. Terra ſumma pulverea, inferior bibula: Seritur toto anno, panico ſemel, bis farre: Et tamen vere ſegetes quæ interquieuere fundunt roſam odoratiorem ſatiua, adeò terra non ceſſat parere. Vndè vulgò dictum, plus apud Campanos vnguenti, quam apud cæteros oleï fieri. Plinius etiam refert, agrum hunc bonis ſuis, acrius penè quam vitiis poſſet, affligere agricolam. Fines Campaniæ ſunt ad Orientem, Silarus amnis: ad Occaſum, Liris qui nunc *Garigliano*; ad Meridiem mare Tyrrhenum; ad Septentrionem, Apenninus: Fontes calidi ſunt ad Baias, loco quem *Trituli* vocant, vbi Ciceronis Academia: fontes quod oculis prodeſſent celebrati ſunt carmine Laureæ Tullij, qui fuit è libertis eius. Ponam hoc loco carmen, dignum vbique legi.

Quo tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Quo tua Romanæ vindex clariſſime linguæ
Sylua loco melius ſurgere iuſſa viret,
Atque ACADEMIÆ *celebratam nomine villam*
Nunc reparat cultu ſub meliore vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope.
Ut quoniam totum legitur ſine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Eſt & Balneum *Prantenſe*, & fontes *Tripergulani* qui magna parte terra hauſti ſunt. Similiter vltrà Puteolos in littore multi ſalubrium aquarum fontes prorumpunt. Sinus in hoc tractu potiſſimus eſt *Lucrinus*, qui etiam *Portus Baianus* vocatur, vel *Auernus*, oſtreis adfluens. Sequitur *Mare* quod *mortuum* vocant; hoc cum ſinu Lucrino nobilem illam Cherſoneſum efficit. Eſt & LACVS AVERNVS, & Mons Miſenus, & Veſuuius (hodie *Summanum* dicitur à Summa oppido) obitu Plinij auunculi & alterius Plinij deſcriptione, & ignibus interdum erumpentibus celebris. Vrbes ſunt, CAPVA, cujus hodie ruinæ ingentes, & duobus inde milliaribus ad dexteram Vulturni ripam NOVACAPVA. Tum NEAPOLIS, Chalcidenſium colonia, *Parthenope* primum à tumulo Sirenis appellata; Hanc in iſta operis breuitate ſtrictim nominaſſe ſufficiat. Sunt etiam, *Teanum* cognomine *Sidicinum*, *Caluum*, *Auerſa*, *Caſerta*, *Nola*, *Summa*, *Cumæ*, *Puteoli.* Inter Cumas & Auernum lacum, eſt Antrum Sibyllæ, mira arte & ſumptu excauatum è cautibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PICENTINI ab vrbe Picentia dicti, clauduntur agro Campano, Hirpino, Silaro amni, & mari Tyrrheno: vrbes habent præcipuas, *Nuceriam*, *Sanſeuerinum*, *Surrentum*, *Maſſam* à qua vinum Maſsicum, *Riuellam*, *Amalphin*, in qua inuentus pyxidis nauticæ ſiue magnetis haloſcopi vſus, *Salernum*, in quo vetus & celebre Gymnaſium litterarum. LVCANIA quæ nunc *Baſilicata* dicitur, terminatur ad Occaſum Silaro, ad Meridiem mari Tyrrheno, ad ortum fluuio Iao & Brutijs, à Septentrione Peucetijs. Oppida hic ad mare, *Pæſtum*, *Acropolis*, *Polycaſtrum*. In mediterraneis, *Padula*, *Capacia*, *Dianum*. BRVTII, hodie *Calabri inferiores*, vrbes habent *Conſentiam*, *Manthiam*, *Fredum*, *Belmontium*, *D. Euphemiæ fanum*, quod vicino mari nomen dedit, cuius in littore corallus optimæ notæ inuenitur. Suut & *Rhegium*, *Tropia*, *Caſtrum villare*, *Altomontium*, *Turranum*, *Rugianum*, *Marturanum*, *Nicaſtrum*, *Briaticum*, *Hippo* quæ etiam Vibo Valentia dicta fuit. Promontorium eſt *Leucopetra*. Amnes Cratæis & Buſentus: ille Scyllæ mater, capillis flauum colorem inducit; hic nigrum. MAGNA GRÆCIA nunc ſuperior Calabria nominatur, frons eſt Italiæ, in qua habitauere olim Locri Epizephyrij, & Ozeli. Promontoria habet Lacinium, & Scylacæum: Vrbes ſunt *Hieracium*, *Belicaſtrum*, *Croto*, *Carcathis*, *Matera*, *Tarentum* Archytæ patria, Pacuuij ſedes. Fuit & olim *Naritum*, vnde Locri Naritij apud Virgilium, & pix Naritia. Fuit & Petelia Lucanorum metropolis, in qua diu adſeruatæ Herculis ſagittæ. Hinc Brunduſium vſque littus legentibus quidquid terrarum circumnauigatur SALENTINIS tribuitur, hodie vocant *Terram Hydruntinam*, veteres Iapygiam: ambitus eſt CC. XL. mill. Latitudo inter Brunduſium & Tarentum XXX. Promontorium hic nobile eſt Salentinum, *Capo S. Maria*. Græcis fuit *Acra Iapygia*, quo longiſsimè in mare excurrit Italia. Oppida per continentem à Tarento nunc nulla, olim fuere *Varia*, *Meßapia*, *Aletium*. In ora maritima primum occurrit *Gallipolis*, quæ Plinio *Anxa*, hodie

hodie quoque vetus nomen ſeruat, poſita in rupe, peninſulæ figura: tum *Caſtrum*, oleĩ mercatu celebre, inde Hydruntum, *Otranto*, ad quod mare Ionium ab Adriatico diſtinguitur. Hinc in Græciam breuiſsimus eſt traiectus, ex aduerſo Apolloniæ oppidi, latitudine intercurrentis freti L. mill. non amplius. Hoc interuallum pedeſtri continuare tranſitu pontibus iactis primum cogitauit Pyrrhus Epyri rex: poſt eum Varro, quum claſsibus Pompeij piratico bello præeſſet: Vtrumque aliæ curæ impediuere. Sequitur *Brunduſium* L. mill. paſſ. ab Hydrunte, antiqua vrbs, portu & traiectu inclyta. Q. Ennius ſcito admodum vocabulo præpetem illius vrbis portum appellauit. Traiectus hinc Dyrrachium Illyricam vrbem eſt breuiſsimus. Haud procul inde fuerunt *Rudiæ* Ennio ciue nobiles. APVLIA duplex eſt, Peucetia quæ nunc eſt *terra di Bari* & Daunia quæ *Puglia piana*. Inter vtramque fluuius eſt Aufidus. Ciuitas primaria eſt *Barium*, Melæ memoratum. Oppida, *Monopolis*, *Polinianum*, *Molfetta*, *Tramini*, *Venuſia* Horatij patria, *Bitontum*, *Andrium*, & *Barulum*, quod quidem inter nobiliſsima Italiæ oppida numeratur, quæ ſunt quatuor, *Fabrianum* in Picenis, *Pratum* in Tuſcia, *Crema* Lombardiæ, & *Barulum* Apuliæ. Eſt in hoc tractu ad Aufidum ignobilis & clade Romanorum funeſtus Vicus *Cannæ*, qui ſolâ victoriâ Annibalis celebris eſt. In Apulia Daunia lacus eſt Leſinæ: mons Garganus, qui nunc *S. Angeli*. Oppida, *Salpe*. *Manfredonia*, *Luceria*, *Aſculum*: A Plinio etiam commemorantur *Arpi*, aliquando Argos hippium dictum, mox Argyrippa; & vrbes duæ, quæ in Prouerbij ludicrum abiere, *Apinæ* & *Tricæ*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

145



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

APRVTIO Samnites continentur: hi ſub ſe habent *Frentanos*, *Caracenos*, *Pelignos*, *Marrucinos*, *Præcutinos*, *Veſtinos*, & *Hirpinos*. Vrbs hodie præcipua eſt *Aquila* alto in monte poſita, croci mercatu inclyta: ſequitur Hirpinorum Colonia *Beneuentum*, auſpicatius mutato nomine, quum initio appellaretur Maleuentum, propterea quod venti hic & turbines tantopere ſæuiant, vt equitem cum equo ſimul arreptum ſublimem deferant, diuque per aërem circumactum & quocumque tulerit caſus proiectum interimant, quemadmodum refert Procopius lib. I. de bello Gothorum. Meminit eius Horatius in ſuo ὁδοιπορικῷ,

Tendimus hinc recta Beneuentum, vbi ſedulus hoſpes
Pœne arſit, macros dum turdos verſat in igne.

Posteà, *Terminus* (*Termole*) in peninſula *Bouinianum*, *Lauparella*, *Ortona*, *Lancianum*, emporium celeberrimum, *Sulmo* Ouidij patria, *Aquinum* Thomæ Philoſophi & Theologi. Silius Italicus Sulmonis originem attingit libro II. de bello Punico, his verſibus,

Huic domus & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in vberibus nati, Mancinus & vna
Nomine Rhetæo Solymus, nam Dardana origo,
Et Phrygio genus à proauo, qui ſceptra ſequutus
Æneæ, claram muris fundauerat vrbem,
Ex ſeſe dictam Solymon, celebrata colonis
Mox Italis, paulatim atrito nomine Sulmo.

Eſt in eodem tractu *Aſculum*, quod Ptolemæus & Plinius in Piceno ponunt, L. Florus in Apulis, Leander in Aprutio; nobile ob cladem Pyrrho illatam à Curio & Fabrico Romanis Coſſ.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

146



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SARDINIA à Sardo Herculis filio nomen habet. Timæus *Sandalioten* appellauit ab effigie ſoleæ, Myrſulus *Ichnuſam*, à ſimilitudine veſtigij. Eodem reſpexit Manilius quum inquit,

Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.

Inſula omnis à Septentrione in Auſtrum porrecta eſt; ad Septentrionem verò Corſicæ adiacet, à qua octo tantum paſſ. mille diuiditur, quo ipſo interuallo frequentes ſunt ſcopuli quos vocant *Taphroſſas inſulas*, Fretum ab ijs dicitur *Taphros*. Quinam hæc loca primi coluerint, ambigitur. Ariſtoteles in mirabilibus narrationibus docet Græcos hic quondam habitaſſe; Ilienſes & Locrenſes creduntur fuiſſe. Romani de ea diu multumque certauere cum Carthaginenſibus, victoreſque in eam colonias miſere. Poſteà occupauete Saraceni; hiſque pulſis Genuenſes, & Piſani; nunc eam habet Hiſpaniarum Rex. Aër inſulæ inclemens eſt, propterea Q. Fratrem monet M. Cicero, vt valetudinem curet, memor quod quum optimè valeret, tamen in Sardinia eſſet: & in epiſtolis Tigellium quendam Sardoum hominem eſſe aït patria ſua peſtilentiorem. Caret tamen ſerpentibus. Silius,

Serpentum tellus pura, ac viduata veneno,
Sed triſtis cœlo, ac multa vitiata palude.

Sed quod alijs terris ſerpens eſt, id Solipunga Sardois agris: animal perexiguum, ſimileque araneis forma. Lucanus Salpiga vocat, Plinius Solifugam, quod diem fugiat. In metallis argentarijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tarijs plurima eſt: eſt enim ſolum iſtud argenti diues. occultim reptat, & per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem facit. Accedit etiam huic incommodo herba Sardonia quam Pauſanias in Phocaïcis ſelino, hoc eſt apio ſimilem eſſe dicit, Græci vocant βατρόγιον, Latini Ranunculum, & Strumeam. Hæc ſi edulio fuerit, ora hominum & rictus contrahit, & quaſi ridentes perimit. Strabo ex ea ſcribit Hiſpanos venenum conficere, quod vrgente vi maiore hauſtum, citra dolorem perimat. Inde prouerbium natum, Σαρδώνιος γέλως. Vrbs Sardoa primaria eſt *Calaris*, vbi coralliorum piſcatio: In hac B. Auguſtini λείψανα tam diu quieuere, donec ab Heliprando Longobardorum rege Papiam tranſlata ſunt: Eſt autē ciuitas in colle poſita, portumque habet ampliſsimum. Claudianus,

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Calaris, tenuemque per vndas
Obuia demittit fracturum flamina collem.

Mela & Plinius *Sulchitanam* vrbem commemorant. Hodie etiam ſunt ciuitates, *Oriſtagna*, in qua olim Turrita fuit Romanorum colonia, *Saſſaris*, *Neapolis*, aliæque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Barbara præruptis incluſa eſt Corſica ſaxis.
Horrida, deſertis vndique vaſta locis.
Non poma autumnus, ſegetes non educat æſtas,
Canaque Palladio munere bruma caret.
Umbrarum nullo ver eſt lætabile fœtu,
Nullaque in infauſto naſcitur herba ſolo.
Non panis, non hauſtus aquæ, non vltimus ignis,
Hic ſola hæc duo ſunt, exſul & exſilium.

Hanc Græci Κύρνον appellauere, à Cyrno Herculis filio: Latini Corſicam ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου vt tradit Stephanus de vrbibus, quam hiſtoriam pluribus refert Euſtathius, ad eam alludit Rutilius Numatianus quum ſcribit,

Forte ſecuta vagum fœmina Corſa bouem.

Longitudo eſt mill. c. x x. Ambitus c c c. x x v. Inſula omnis iam olim malignè culta, primum à Phocenſibus tum à Liguribus, poſt etiam à Romanis qui duas colonias eo deduxerunt, Marianam & Aleriam quæ adhuc exſtant. Cætera Barbari tenuere: Proinde quum Romani in eos irruerunt, magnum ſeruorum gregem captum Romam abducebant; exiguo fructu quod tam nequam ſerui eſſent, tamque bruti, vt quamuis vili emerentur, tamen dominos ſem-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

147



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

per emtionis pœniteret, vt autor eſt Strabo. Romanis ſucceſſere Saraceni: His profligatis Genuenſes: tum Piſani; hodiè verò iterum ad Genuenſes ius redijt. Vina inſulæ præſtantia, & à Romanis ſemper expetita. Mellis, & reſinæ, magna vbertas. Fluuij præcipui ſunt *Liamonis* & *Tauiguanus*. Vrbes Plinius XXXIII. fuiſſe in ea teſtatur, quod etiam ex eo notauit Martianus Capella: Ex Strabone tamen non tam ciuitates quam caſtella fuiſſe ſuſpicor: Hodiè oppidum eſt *Baſtia*, in quo ſummus gubernator præſidium habet. Eſt & *Porto Vechio* prope arcem Bonifacij. Mella Corſicana amara eſſe notauit Seruius in IV. Georg. Fitque id ob taxi copiam, è quo apes mella legunt. Venenata etiam credidit Ouidius. Solus hic ager lapidem gignit Catochiten quem Democritus Abderites etiam in certamina contra magos adhibuit. Rhennius de Corſica.

Hanc ſolam perhibent Catochitem gignere terram,
Corporibus lapis hic ceu glutine tactus adhæret.

Similia tradunt Plinius lib. XXXVII. cap. X. & Solinus cap. 9. Sed Plinius de reî fide ambigit. Porrò in Corſicam relegatus Seneca ſcripſit ad Heluiam.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

148



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ILVA vulgò *Elba* Græcis *Æthalia* dicitur: inſula nobilis. Plumbino vicina, intercedente exigua inſula quam vocant Palmariolam. Ilvæ meminerunt Plinius, Mela, Ptolemæus, Solinus. Ariſtoteles quoque rerum abſtruſiſsimarum ſolertiſsimus perſcrutator, & alter naturæ Genius, ſuo æuo ſcribit hanc multo ære fuiſſe fœcundiſsimam: hæc autem metalla hodie planè exhauſta ſunt, pro quibus ingens eſt ferri copia, quod ſemel erutum poſt XXV. annos renaſcitur, nunquam ceſſante larga naturæ benignitate. Hoc autem notatu dignum: ferrum quod hic effoditur, in eadem inſula liquefieri non poſſe, ſed aliò eſſe transferendum. Educitur quoque ex hiſce penetralibus magnes, & præterea ſtannum, ſulphur, alumen, plumbum. Partem eius Septentrionalem quæ peninſulam efficit, aduerſus belli incertos caſus muniuit Coſmus Magnus Hetruriæ Dux, Vrbe etiam ibi condita, quam à ſe COSMOPOLIM voluit vocari: ambitus vrbis eſt mille paſſuum: Arces in ea munitæ duæ, cum armamentario inſtructiſsimo, & portu plurimarum nauium capaci. In parte inſulæ Orientali inter Caſtella *Capoleri*, *Graſſoli*, & *Rio*, fons eſt, qui riuum efficit, æſtate tumentem, maximè circa Solſtitium: hieme & quidem bruma potiſſimum, aridum. Ager reliquus neque fruges fert, neque poma. De hac inſula ita CL. Rutilius in Itinerario ſuo,

Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis
Qua nihil vberius Norica gleba tulit.
Non Biturix largo potior ſtrictura camino,
Nec quæ Sardonio ceſpite maſſa fluit,
Plus confert populis ferri fœcunda creatrix
Quam Tarteſſiaci glarea fulva Tagi.

Contra

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


C*Ontra Veliam*, inquit Plinius, ſunt inſulæ, *Pontia & ISCHIA, vtraque vno nomine Oenotrides; argumentum poſſeſſæ ab Oenotrijs Italiæ.* Ambitum habet Iſchia XVIII. mill. eſtque præaltis cautibus vndique ita cincta, vt non niſi vna parte ad eam pateat acceſſus: ſunt qui opinentur contiguam olim reliquæ Italiæ fuiſſe, mari autē abſciſſam: argumento eſſe rupes fluctibus arroſas, & ſoli naturam eandem cum ea quæ eſt in continenti. Multas habet thermas, fonteſque calidos; ad Ortum eſt vrbs Iſchia cum arce munitiſſima peninſulari forma, in qua Ferrandinus filius Alphonſi ſecundi regis Arragonum aliquandiu delituit, quum Neapolitano regno victor inauguraretur Carolus octauus Galliarum rex. Vrbem hodie vocant *Gerundam*: Eam Alphonſus Daualus cum vniuerſa Inſula diu tenuit, atque peramplo Palatio ibi exſtructo ornauit; Patri filius ſucceſsit, Marchio Peſcaræ. Anno M.CCC.I. regnante in Sicilia Carolo II. venæ ſulphuris in imis terræ viſceribus accenſæ triſti & horrendo ſpectaculo pleraque inſulæ loca, & magnam vrbis partem flamma abſumſerunt, adeo vt incolæ incendium & tetrum ſulphuris odorem fugientes, deſertis ſedibus coacti ſint vicinas inſulas aut continentem ipſam petere, alijque Prochytam dilapſi ſint, alij Baias aut Neapolim. Ager inſulæ vini prouentu eſt feliciſſimus, adeo vt XVI. millia doliorum quotannis inde exportentur. Neque omittenda nobis hoc loco vicina inſula CAPRARIA, in qua Monachos, vt & in Gorgonia Inſula, quum nondum eſſent in reliqua Italia ſua ætate agnouit Rutilius Numatianus, cujus verſus quia id merentur, adſcribam,

Proceſſu pelagi iam ſe CAPRARIA *tollit,*
Squallet lucifugis inſula tota viris.
Ipſi ſe Monachos Graio cognomine dicunt,
Quod ſoli nullo viuere teſte volunt.

Munera

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur,
Quiſquam ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?
Quænam peruerſi rabies tam ſtulta cerebri,
Dum bona formides, nec bona poſſe pati?

Ad Eudoxium Monachum Inſulæ Caprariæ exſtat epiſtola B. Auguſtini, numero LXXXI.

DESCRIPTIO SICILIÆ.

SICILIA ante omnes Mediterranei maris inſulas claritate eminet, Thucydidi Sicania à Sicano, qui, vt Solinus & Capella ſcribunt, cum Iberica manu in eam terram ante bella Troiana deuenit. Trinacria pluribus, ac præſertim Poëtis, ob tria promontoria. Ouid. lib. 4. Faſt.

Terra tribus ſcopulis vaſtum percurrit in æquor,
Trinacris, à poſitu nomen adepta loci.

A ſpecie etiam Triquetra, tribus enim promontorijs in diuerſa procurrens, Græcæ litteræ imaginem quæ Delta dicitur, efficit. PACHINVM *Capo Paſſero*, in Peloponeſum & meridianam plagam dirigitur, diſtatque à Græcia CXLIV. mill. *Pelorum* vulgò *Capo del Faro*, aduerſus Scyllam vergit in Italiam. Nomen habet à Peloro claſſis Punicæ gubernatore, quem ibi Annibal occidit & tumulauit. *Lilybæum* in Africam extenditur, diciturque *Capo Boro*. Pelorum ab Italiæ extrema ora non recedit amplius mille quingentis paſsibus. Proinde vt quidam arbitrantur,

---- Trinacria quondam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Italiæ pars vna fuit, ſed pontus & æſtus
Mutauere ſitum: rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æquore monteis.

Atque hinc *Rhegium* in Italia dictum, quod illic Siculum latus ab Italia ſciſſum. Fretum Siculum anguſtum anceps, atrox, ſæuum, Scyllæ, Charibdiſque nominibus infame. *Scylla* ſaxum eſt, *Charibdis* mare, vtrumque noxium appulſis. Regionem primi tenuere Læſtrigones immanes & ἄξενοι, tum Sicani Hiſpanorum coloni, acceſſere Troianorum & Cretenſium populi: Poſteà Græci eam appetiuere, inde Romani, & quidem poſt diuiſum Orientis & Occidentis Imperium Conſtantinopolitanis paruit, per annos penè CC. Sub Iuſtiniano autem Imperatore inſulam Gothi inuaſere, qui ipſi poſt annos XVII. à Beliſario expulſi ſunt. Poſtea occupauere eam Saraceni ſub Michaële Balbo, qui CCCC. annos ea potiti ſunt: Hi Normannis ceſſere: Succeſſere Longobardi, Sueui, Germani, ſed his a Clemente IV. exactis, Galli rerum potiti ſunt per annos XVIII. ad veſperas vſque Siculas, quæ incidere in annum M. CC. LXXXII. Ex eo paruit Arragonenſibus, vſque ad Ferdinandum regem, quo extincto Hiſpaniarum reges Arragoniæ & Siciliæ imperium poſſedere. Hodie inſulam diuidunt in regiones tres: Vallem *Mua*, quæ promontorium Pelorum continet, vſque ad fluuios Teriam & Imeram, quem tractum olim Meſſenij & Catanæi coluerunt: Vallem *Noti*, quæ promontorium Pachinum complectitur, ab amne Teria vſque ad Gelam, qui tractus Syracuſanorum fuit: & Vallem *Mazzara*, in qua promontorium Lilybæum, cuius incolæ olim Orbitæ & Segeſtani. Romanorum hæc prima prouincia fuit: M. Cato eam cellam penariam Reip. nutricemque plebis Romanæ appellauit. Ex hac in Africam imperij gradus factus eſt. In agro Sunenſi, in quo raptam Proſerpinam veteres finxerunt, loco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

loco quem dixerunt *Umbilicum Siciliæ*, tanta eſt frumenti vbertas, vt ex vno tritici modio centum colligantur, quem agrum idcirco vocant *Campe dallo cento ſalme*. Huic tamen non cedit ager Leontinus, de quo videndi, Cicero tertia Verrina, Sidonius lib. XI. epiſt. 13. Prudentius lib. II. contra Symm. & lib. I. car. 22. Inter Pelorum & Pachynum hæc feruntur illuſtria: *Meſſana* vrbs freto incumbens, cuius incolæ primum Meſſanenſes, poſteà Mamertini a gente Campana quæ eam incoluit, dicti ſunt, noti Punicis & Atticis bellis, ex Herodoto & Thucydide. Plinius. *Oppidum Meſſana ciuium Romanorum, qui Mamertini vocantur: Taurominium* vrbs à Zanclæis condita, hodie Taormina. *Catina*, quæ etiam *Catana* vt rectè tradidit Hermolaus Barbarus, Patria Charondæ legiſlatoris, Gymnaſio hodie celebris, Æthnæ vicina, medio fere ſpatio inter Pachynum & Pelorum, Silius Ital.

Incumbens Meſſana freto, minimumque reuulſa,
Diſcreta Italia, atque Oſco memorabilis ortu,
Tum Catina, nimium ardenti vicina Typhæo,
Et generaſſe pios quondam celeberrima fratres.

SYRACVSÆ, vrbs quondam maxima, quam ita Orator deſcribit Actione IV. in Verrem. *Urbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum vrbium pulcherrimamque omnium ſæpe audiſtis. Eſt, Iudices, ita vt dicitur: Nam & ſitu eſt cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari, præclaro ad adſpectum, & portus habet prope in ædificatione adſpectuque vrbis incluſos. Qui quum diuerſos inter ſe aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi quæ appellatur inſula, mari diſiuncta anguſto, ponte rurſum adiungitur & continetur. Ea tanta eſt vrbs, vt ex quatuor vrbibus maximis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

conſtare dicatur, quarum vna eſt ea quam dixi Inſula : quæ duobus portibus cincta, in vtriuſque portus oſtium aditumque proiecta eſt : in qua eſt domus, quæ regis Hieronis fuit, qua Prætores vti ſolent : in ea ſunt ædes ſacræ complures; ſed duæ, quæ longe cæteris antecellunt, Dianæ vna, & altera quæ fuit ante iſtius (Verris) aduentum ornatiſſima, Mineruæ. In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet. Altera autem eſt vrbs Syracuſis cui nomen Acradina eſt, in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatiſſimum Prytanium, ampliſſima curia, templumque egregium Iouis Olympij, cæteræque vrbis partes vna lata via perpetua multiſque tranſuerſis diuiſæ, priuatis ædificijs continentur. Tertia eſt vrbs, quæ, quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata eſt : in qua & Gymnaſium ampliſſimum eſt, & complures ædes ſacræ, coliturque ea pars, & habitatur frequentiſſimè. Quarta autem eſt vrbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur, ad quam Theatrum eſt maximũ, præterea duo templa egregia, Cereris vnum, alterum Liberæ, ſignumq́; Apollinis, qui Tennites vocatur pulcherrimũ & maximum. Idcircò Auſonius quadruplices dixit Syracuſas,

Quis Catinam ſileat, quis quadruplices Syracuſas?

Syracuſani verò virtute, aut eruditione, aut aliter nobiles, hi ferè commemorantur. Lygdamus, cuius oſſa medullis caruiſſe fama eſt. Aſilus & Hiſbio, Olimpionicæ. Hermocrates dux & orator. Callicrates, qui cum Lamacho Athenienſi occubuit. Heraclides, Eurides, Menander quem ephebum adamauit elephas. Diocles legiſlator, Theocritus Poëta, Epicharmus trium literarum inuentor, ζ, ξ, ψ, & comœdiarum ſcriptor. Dinologus Epicharmi diſcipulus, Corax & Tiſias Rhetoricæ inuentores, Anthiocus hiſtoricus, Lyſias Gorgiæ diſcipulus, Bion orator, Cimias Philoſophus, Philemon Comicus qui Alexandri Magni ætate riſu mortuus. Soſiphanes Tragicus,

gicus, Theodorus orator, Themiſtogenes hiſtoricus, Athenagoras orator, Dion ad quem Platonis exſtant epiſtolæ, adfinis Dionyſij ſuperioris, qui & ipſe Syracuſius fuit; & huius filius alter Dionyſius, qui Corinthi ludum aperuit. Niſæus, Cephalus, Agathocles, & huius filius Eudoxus poëta Comicus. Philiſtus hiſtoricus, Hiero rex, Archimedes. Hodie tam amplæ vrbis decora omnia periere: ruinæ exſtant, & oppidi partes. Alphæus quoque amnis à *Peloponneſiaco* littore ſubter maria & terras latus, hic ſe rurſus extollere creditus fuit. Seneca lib. III. Natur. Quęſt. cap. 26. *Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, vt Arethuſa in Sicilia, quinta quaque æſtate per Olympia. Inde opinio eſt, Alphæon ex Achaia eo vſque penetrare, & agere ſub mare curſum. Ideoque his diebus quibus Olympia ſunt, victimarum ſtercus ſecundo traditum flumini, illic redundare.* Reſpexit eò Virgilius quum Arethuſam ſic alloquitur, *Sic tibi quum fluctus ſubter labere Sicanos Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.* Iuxta Siciliam inſulæ ſunt *Æoliæ* ab Æolo Hippotæ filio nominatæ, quem Poëtæ regem ventorum finxerunt, ſed is, vt Varro dicit, rector fuit harum inſularum, qui quod ex earum nebulis & fumo prædicebat flatus ventorum, ab imperitis creditus eſt ventos in ſua poteſtate tenuiſſe. Eædem *inſulæ* quoque *Vulcaniæ* appellantur, quod & ipſæ ſicut Ætna ardeant. Nomina earum ſunt, *Lipare, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericuſa, Phenicuſa, Euonymos, Ericodes*, & *Phacicodes*. Inter Pachinum & Lilybęum *Acragas* eſt, & *Agrigentum* Empedoclis patria, *Heraclea* & *Therma*. Inter Lilybęum & Pelorida, *Panormus* & *Hymera*. Interius verò ſunt *Leontini Centuripini*, Hybla, & alię vrbes complures. Fuit & olim Camicus vrbs Cocali regia, in qua Minos Dędalum inſequens occiſus eſt à regis filiabus. Tzetzes Ὁ Δαίδαλος δ᾽ εἰς Κάμικον σώζεται Σικελίας. Vide Pauſaniam, Ariſtot. ſecundo Polit. Ouid. lib. VIII. Metam. Montes præcipui ſunt Eryx, & Ætna.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DVAS Melitas nobis commemorant Geographi. Vnam, quæ ex Illyrico Corcyram nauigantibus occurrit, vnde catulos Melitæos appellari Callimachus author eſt, referente Plinio lib. III. cap. 26. Alteram inter Siciliam & Africam, quæ, vt Strabo vult, canibus illis delicatioribus nomen dedit. In hac vrbem eiuſdem cum inſula nominis fuiſſe conſtat ex Ciceronis Verrinis, qui etiam promontorium quoddam commemorat, in quo fanum fuit Iunonis perantiquum, & roſam Melitenſem in pretio atque vſu fuiſſe indicat, ad farturam præſtantium puluillorum. Hanc hodie *Maltam* vocant, Arabes *Maltæam*, obtineturque ab illis cruciferis equitibus, quos patrum memoria Rhodios vocabant. Ptolemæus vtramque agnoſcit, ſed illam vocat Melitinen, hanc Melitam, Ouidius,

Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ
Inſula, quam Libyci verberat vnda freti.

In vtra verò Melita B. Paulus naufragium fecerit quidam ambigunt: In actis refert Lucas, Paulum Adriatico mari iactatum poſt multos errores naui fracta cum ſuis in littus ignotum adpuliſſe, idque poſtea cognouiſſe eſſe Melitam: poſt tres verò menſes naui Alexandrina vectum, Syracuſas veniſſe. Ipſa narratio indicat Melitam fuiſſe illam Africani littoris, non Illyrici inſulam. Quid enim nauis Alexandrina Syracuſas petitura faceret in littore Illyrico? at inquies iactabatur Paulus Adriatico. At, inquam, Adriaticum mare huc vſque extenditur, ſicut docent nos Strabo & Ptolemæus. Cicero quoque fretum inter Melitam & Siciliam periculoſum eſſe teſtatur, vt mirum non ſit, in eo fractam nauem. Quæ quum ita ſint, nulli dubium eſſe debet, quin Paulus in hanc inſulam delatus ſit.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

152



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

LIVONIA ad Mare Balticum ſiue Sinum Venedicum porrecta eſt longitudine CXXV. millium Germanicorum, latitudine XL. Eam cingunt Boruſsia, Lithuania & Ruſsia. Regio omnis paluſtris, plana, nemoroſa, fluminibuſque irrigua. Frumentum tanta copia profert, vt in annonæ caritate vicinis quoque regionibus opem ferat. Vrſos præterea in ſiluis habet, alces, vulpes, lynces, marturos, Zebellos, hermelinos, & caſtores. Lepores pro anni tempeſtate colorem mutant, haud ſecus atque apud Heluetios in Alpibus. Hyeme ſunt albi, æſtate cinericeï. Primaria totius Liuoniæ ciuitas eſt RIGA ad *Duinam*, qua ſe in ſinum Venedicum exonerat. Colonia hæc Bremenſium eſt, muro fortiſsimo, propugnaculis, turribus, & bellicis tormentis contra omnem vim inſtructa, foſsis inſuper duplicibus & acutis ſtipitibus munita. Arcem habet inſtructiſsimam, in qua olim Magiſtri Liuoniæ (ordinis fratrum Teutonicorum) ſedem habuerunt: eam ante paucos annos Gothardus Kietler Dux Kurlandiæ Regis Poloniæ feudalis nomine regio adminiſtrauit, ſed in ciuitatem ipſam nihil vſurpauit iuris. Adminiſtratorem enim ſiue Capitaneum aliquem ciues libertatis adſertores ſtrenui non patiuntur, tributa ſolum Regi Poloniæ & obedientiam fideliter præſtant, in cæteris ius habent municipale. Præterea forum hic eſt omnium ferè mercium Septentrionalium, picis, lini, ceræ, canabis, lignorum, aliarumque rerum iſtiuſmodi: ad oſtium Duuinæ mari proximum, eſt *Dunamunta*, arx inexpugnabilis, duobus a Riga milliaribus, præſidijs Polonicis munita; ad quam naues omnes exteræ tributum pendunt. Eſt & medio interuallo *Blokaus*, præſidium regium, ad quod naues iterum excutiuntur. *Derpt* ſiue TOPATVM vrbs eſt Epiſcopalis mediterranea, habetque commercia cum Ruſsis: qui eam vocant *Iurionugorod*. Vrbi arx imminet in colle poſita, quæ cum vrbe & vicina omni regione anno M. D. LVIII. ab


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

exercitu Moſchorum Ducis violenta oppugnatione capta eſt. REVALIA Aquilonem verſus ad mare Balticum ſita eſt, nihilò inferior Riga: Ciues ius habent Lubecenſe, monetamque cudunt quadrangularē. Sunt præterea in Curlandia arces & ciuitates aliquot. *Grubin* arx eſt cum præfectura opulenta. *Goldingen* arx & ciuitas. VINDA quæ Polonis dicitur *Kies* nobis *Wenden*, celebris iam olim ob aulam Magiſtri ordinis Teutonici, in qua etiam Comitia celebrari ſolita: nunc Polonicis præſidijs obſeſſa eſt. In *Semigaliæ* Ducatu eſt *Soleburgum* arx, vrbs nulla. In *Eſtlandiæ* Ducatu FELINVM arx & ciuitas munitiſsima; quam ſtipendiarij milites Germani vnà cum vltimo Liuoniæ Magiſtro Guilielmo Furſtenbergo memorabili & deteſtanda perfidia Moſchorum Duci prodiderunt: qui Magiſtrum captum in vinculis detinuit ad mortem vſque, ciuitatemqne totam exuſsit. Ex eo tempore Felinum cum toto Palatinatu vicino Moſchorum Regi paruit, Liuonia verò Magiſtris caruit. TARNESTVM quod alij Taurum vocant, arx quondam munitiſsima fuit: eam ante à Moſchis captam Lithuani duce Nicolao Radziwilo Palatino Vilnenſi cuniculis actis & ſuppoſito puluere nitrato totam diſsiparunt, anno M. D. LXI. In *Virlandia* eſt NARVA ad fluuium eiuſdem nominis, habetque ex aduerſo arcem Moſchorum *Iuanowgorod*. Fluuius hic Liuoniam à Moſchorum ditione dirimit. Porrò in Liuonia permulti adhuc gentilium ritu viuunt, vera DEI cognitione deſtituti, alij ſolem adorant, alij lapidem, ſunt etiam qui ſerpentes & dumeta. Mortuum aliquem terræ mandaturi, genialiter circa corpus epulantur, defunctumque inuitant ad bibendum, cottabo etiam ſuperinfuſo. Poſteà deponunt in ſepulchrum, adduntque ei ſecurim, cibum, potum, & nummulos aliquot pro viatico: inclamantque, Abi in alium orbem, Teutonibus imperaturus, quemadmodum tibi tuiſque in hoc orbe imperarunt. Sub Friderico Imperatore Chriſtianam fidem

fidem primùm admiſere. Tanta initio ſimplicitate viuebant, vt expreſſo è fauis melle, ceram abijcerent, nullum eius vſum in rebus humanis rati: poſtea tamen docti ab exteris, pretium ei addiderunt. Meinardus vir (vt aiunt) religioſus, Liuoniam primus adijt, cum mercatoribus Lubecenſibus, Anno ducenteſimo ſupra milleſimum, ibique aliquandiu commoratus in caſula quam ſibi exſtruxerat, ſermonem incolarum didicit, eoſque Chriſtianæ Religionis myſteria docere inſtituit, Baſilicam erexit, & Epiſcopus Liuonienſis ab Archiepiſcopo Bremenſi factus eſt. Succeſsit illi Bertoldus quidam Ciſtercienſium Abbas, qui ſe vna cum Teutonibus contra Paganos armauit, & in prælio ab ijs confoſſus eſt. Tertius Epiſcopus fuit Albertus qui Rigam muro cinxit. A Waldemiro Daniæ rege eius nominis ſecundo Reualia exſtructa eſt, qui accolas omnes Chriſtianæ Religionis ſacris initiari iuſsit. Sunt præterea ad Duuinam *Kircholm* arx munita, duobus a Riga milliaribus, ortum verſus. *Vxul*, arx magna parte nunc deſerta. *Leuward* quanto ab Vxul milliari. *Aſcherad*, aduerſus Moſchos præſidium firmiſsimum. Tum *Dunemborg*, *SegeWolt*, *Kokenhaus*, *Smilten*, *Samel.*

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GOTHLANDIA propè Gothiam in mari Suecico ſita eſt, Inſula vel ipſo nomine bonitatem ſingularem præ ſe ferens, agrum enim habet armento aptiſsimum, in quo equi multi, multi boues, quos etiam in externas prouincias deferunt. Pulcherrima quoque marmora ex lapidicinis extrahi narrantur. In Siluis venatio eſt iucundiſsima, & ex arboribus pix tum ſpiſſa, tum liquida, quam hodie ex ſciſsis magna parte arboribus non ita copioſam colligunt. Inſula olim Gothorum regni pars fuit, nunc Regno Daniæ ſubeſt. In ea ſunt arces multæ, pagi octodecim, oppidum WISBVY olim Emporium totius Europæ celeberrimum, in quo leges ſuas nautæ capiebant. Plinius vocat Eningiam. Hoc tempore in ea vrbe ſedes ſuas habet Regis Daniæ Gubernator. Certò autem conſtat, in iſta vrbe æquè atque apud Rhodios iura maritima fuiſſe conſtituta; in eademque primum tabulas Hydrographicas diligenti nautarum obſeruatione adnotatas, quæ poſtea ab alijs auctæ emendatæque ſingularem vſum præſtiterunt nauigationibus, vtpote quarum beneficio cæci maris fluctus medio in Oceano tutò nauta percurrat, feraturque in portum propoſitum non longis anfractibus legendo littus, ſed recta ſæpè linea, ſi ventus ferat. Longitudo inſulæ eſt XVIII. milliar. latitudo V. Pars Auſtralis ſinuoſior eſt, habetque frequentes portus, *Huborg*, *Narwijck*, *Ooſtegard*. Occidentem autem verſus vrbs eſt *Viſbuy*, cuius portum tabella repreſentat non qualis nunc omnino eſt, ſed qualis fuit. Numeri adiuncti indicant maris profunditatem.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

154



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BORVSSIA à Viſtula amne, quem ad Occidentem terminum habet, incipiens, ſinumq; maris Baltici qui Septentrionale eius latus ambit percurrens, ad Orientem *Alanos* habet, ad Auſtrum *Hamaxobios*. Longitudo eſt à Septentrione in Meridiem milliarium Polonicorum LVIII. à *Torunia* ſcilicet ad caſtrum vſque *Memula*. Latitudo eſt mill. L. Gordianus Gothus autor eſt, Humigerios Germanos eam tenuiſſe, atque ab ijs dictam *Hulmigeriam*, cuius nominis reliquiæ ſunt in *Culmigeria*. Ptolemæus vetuſtiores incolas recenſet, *Gothones*, *Venedos*, *Stagnanos*, *Sargatios*, *Sudinoſque*, cum *Gedanis*, *Gillonibus*, & *Charinis*. *Boruſſi* propriè accolæ ſunt Riphæorum montium: hi ſedium ſuarum pertæſi, valida manu ſe in hæc loca effudere, & à ſuo nomine Boruſsiam totam regionem dixere, quæ nunc vna littera extrita & altera mollius expreſſâ vocatur Pruſsia. Regio omnis eſt fœcundiſsima, importationibus exportationibuſque variarum mercium apta, propter frequentiam fluminum, ſinuum, portuum. Fluuij præcipui ſunt, *Viſtula*, *Nemeni*, *Cronon*, *Nogat*, *Elbinga*, *Vuſera*, *Paßaria*, *Alla*, *Pregol*, *Oſſa*, *Vrebnicz*, *Lica* & *Lauia*. Vſque ad tempora Friderici II Imperatoris plerique Boruſsi idololatræ fuerunt, quo imperante anno M. CC. XV. Crucigeri Ordinis Teutonici eos vicere, Religionemque Chriſtianam docuere. Poſteà Prouinciæ & ciuitates Boruſsiæ anno M. CCCC. XIX. Crucigerorum moti auaritia & ferocia, ad Caſmirum Poloniæ regem defecerunt. Poſt annos triginta octo repetita defectione Marienburgum cum alijs caſtellis & vrbibus regi vendiderunt 476000. florenis. Quum autem Mariani obedientiam Regi recuſarent, tamdiu vtrimque vario Marte dimicatum eſt, donec vniuerſus tractus Alberto Brandeburgico vltimo crucigerorum Magiſtro ceſsit, qui etiam Cracouiæ à Sigiſmundo Poloniæ Rege Princeps ſæcularis & eques auratus factus eſt. Itaque nunc partim excluſis, partim conuerſis Barbaris, regio omnis à Polonis & Germanis habitatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

niſi quod reliquiæ Barbarorum ad Curlandicum lacum adhuc ſuperſunt, qui cum Liuonibus & Lithuanis idiomate, moribus, habituque conueniunt. Diuiſam autem fuiſſe Boruſsiam ſcribunt in duodecim Ducatus a Veneduſo principe, quorum nomina hæc, *Sudauia*, *Sambia*, *Natangia*, *Nadrauia*, *Sladouia*, *Bartonia*, *Galindia*, *Varmia*, *Hogerlandia*, *Culma*, *Pomeſania*, & *Michlonia*. SVDAVIA prorſus a Crucigeris ita vaſtata eſt, vt ex nobili Ducatu hodie vix ſeptem pagi, & quidem viles, in Luptauienſi territorio ſuperſint; cætera vel paludibus madeant, vel ſiluis horreant. In SAMBIA ſunt ciuitates plures, *Lebenicht*, exſtructa anno M. CC. LVI. *Kneyback* anno M. CCC. LXXX. Regiomontum, M. CC. LX. *Fiſchuſia*, anno M. CC. LXIX. *Lechſter* anno M. CC. LXXXIX. *Mulmelburgia* anno M. CC. LXXIX. In NATANGIA ciuitates ſunt, *Valdonia*, *Girania Cententia*, *Creneburga*, *Heiligenbeil*, *Fridlandia*, *Schippenbeilia*, *Brandenburga*. In NADROVIA vix aliquot caſæ & tuguriola ſuperſunt: cætera vaſtata ſunt. In SLAVONIA ſunt *Ragneta*, *Tilſa Renum*, *Liccouia*, *Salauia*, *Labia*, *Tapia*, *Vintburgia*, *Chriſtaderder*, *Baytia*, *Ceſtia*, *Norbeitia*, *Vonſdorf*, *Angenburgia*, & *Dringofordia*. In BARTONIA ſunt *Nordenburga*, *Iohanſburga*, *Iurgburga*, *Inſerburga*, *Richteneder*, *Bartonia*, & *Rhenum*. In GALINDIA ſunt *Orteleburgum*, *Raſtenburgum*, *Neyburgum*, *Paſſenhumia*, *Dreſchlouia*, *Lucia*, & *Luizenburgia*. In WARMIA ſiue Warmelandia ſunt *Reſſel*, *Streburg*, *Biſchofſtein*, *Wartenburg*, *Allenſtein*, *Melſatia*, *Helſberga*, *Wermeditum*, & *Guſtadia*. In HOGERLANDIA ſunt *Brandenburgum*, *Tolkiemit*, *Munhuſia*, *Scharpouia*, & omnium maxima *Elbinga*, in littore maris exſtructa, ſplendidis ciuium opibus & mercatorum frequentia celebris. In CVLMINA ſunt, *Turunia* nobile emporium, exſtructum ad Viſtulam anno M. CC. XXXV. *Culmina*, *Wentſlauia*, *Alduſia*, *Geandentz*, *Gugeleburga*, *Schonſa*, *Steſburga*, *Bartonia*, *Neumarckt*, *Rogoſna*, *Papania*, *Fridech*, *Lipno*, *Leſna*, *Golba*, *Luben*, *Reden*, *Bergelauia*, *Lantergurgia*. In POMESANIA

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

eſt *Marienburgum*, ciuitas ampla & munitiſsima, exſtructa anno M. CCC. II. *Menticha, Stum, Chriſtburga, Prenſmarc, Salfeld, Merinec, Holand, Luhſtadia, Oſterrada, Roſenburga, MarienWerder, Garneſia, Eulonia Germanica, Lebmulia, Hohenſteyn, Schonenberga, Culenburga, Neunburga, Salauia.* In MICHLOVIA omnia deſtructa & vaſtata ſunt, præter vnam *Straſburgam*. Hodie tota Boruſsia diuiſa eſt in Regalem & Ducalem. Illius caput eſt Marienburgum, huius Regiomontum, *Konincxberg*. Epiſcopatus quatuor olim fuere, Varmienſis, Culmenſis, Sambienſis & Pomeſanienſis: hodie Sambienſis Varmienſi, Pomeſanienſis Culmenſi coniunctus eſt. Porrò in littoribus Boruſsiæ ad mare Balthicum, ſuccinum colligitur quod incolæ vocant *Bernſteyn* ab vrendo, & *Augſteyn* quod oculis proſit, Græci Electum vocarunt, quoniam Sol vocitatus ſit elector, vt quidam prodiderunt. Seruius in octauam Æneida dicit tria eſſe electri genera, vnum ex arboribus quod ſuccinum dicitur: aliud quod in terra inuenitur: tertium quod fit de tribus partibus auri & vna argenti. Latini ſuccino dederunt nomen à ſucco: quod & Solinus indicat quum ſcribit, *Succum eſſe arboris, de nominis capeſſas qualitate: Pinum verò vnde ſit genitum, ſi vſſeris, odor indicabit.* Quod autem addit, *Precium operæ eſt ire longius, ne Padanæ ſiluæ credantur lapidem fleuiſſe*, reſpicit nimirum ad fabulam quam Ouidius libro II. Metamorph. refert. Heliades enim Phaëtontis ſorores miſerandum fratris caſum deplorantes iuxta Padum in populos verſæ dicuntur, Clymene autem

Mater dum truncis auellere corpora tentat,
Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ,
Inde fluunt lachrymæ ſtillataque Sole rigeſcunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Plinius ſcribit à Germanis appellari gleſſum à vitro, cui non diſsimile eſt, quum vtrumque ſit pellucidum, ac proptereà inſulam Septentrionalem in qua colligebatur, quæq; à Barbaris dicebatur Auſtrania, à Romanis *Gleſſariam* appellatam fuiſſe, Germanico Cæſare ibi claſsibus rem gerente. Nec mirum, ſi creditũ fabulæ, tot autorum ſcriptis confirmatæ, Æſchyli imprimis, Philoxeni, Nicandri, Euripidæ, Satyri. Sed falſam eſſe, Italiæ teſtimonio patet. Itaq; alij Electridas inſulas Græca fide in mari Adriatico eſſe dixerũt, ad quas dilaberetur Padus, qua appellatione nullas vnquam ibi fuiſſe certum eſt. Sed quid ſuccini naturam originemq; ſciuiſſent, qui orbis ſitum ignorabant? Æſchylus Eridanum ponit in Hiſpania, & eundem Rhodanum vocari ſcribit. Euripides rurſus & Apollonius in Adriatico littore confluere aiunt Rhodanum & Padum. Pytheas tradit Guttonos Germaniæ gentem accolere æſtuarium Oceani Mentonomon, ſpatio ſtadiorum ſex milliũ. Ab hoc diei nauigatione abeſſe inſulam Abalum. Illuc ſuccinum primo vere fluctibus aduehi, & eſſe concreti maris purgamentum. Incolas pro ligno ad ignem vti eo, proximiſq; Teutonis vendere. Huic teſte Plinio Timæus quoq; credidit, ſed inſulam Baltiam vocauit. Doctiores crediderũt naſci ſuccinum è pineï generis arboribus vt gummi è ceraſis, reſinam è piceïs, erumpereq; humoris abundantia, denſari rigore vel tempore autumnali. Accolas illud mari appulſum legere in littore. Tacitus de Morib. German. *Soli omnium ſuccinum quod ipſi gleſſum vocant, inter vada atque in ipſo littore legunt. Nec quæ natura quæve ratio gignat, vt Barbaris, quæſitum compertumue. Diu quinetiam inter cætera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen, ipſis in nullo vſu; rude legitur, informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt. Suscum tamen arborum eſſe intelligas; quia terrena quædam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata humore, mox dureſcente materia cluduntur.* Atque in hanc ſententiam eſt Epigramma Martialis de formica Electro incluſa, libro ſexto.

Dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Dum Phaëtontæa formica vagatur in vmbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.
Sic modo quæ fuerat vita contempta manente,
Funeribus facta eſt nunc precioſa ſuis.

Sequitur in Tacito, *Fecundiora igitur nemora lucoſque, ſicut in Orientis ſecretis, vbi thura balſamaque ſudantur, ita Occidentis inſulis terriſque ineſſe crediderim, quæ vicini ſolis radijs expreſſa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempeſtatum in aduerſa littora exundant.* Ambroſius libr. III. Hexam. cap. XV. *Electrum lacryma virgulti eſt, & in tantam ſoliditatem lacrymæ materia dureſcit. Nec leuibus id aſſeritur teſtimonijs, quando folia, aut ſurculorum minutiſſimæ portiones, aut exigua quædam animantium genera, in Electro ſæpe reperiuntur, quæ videntur quum adhuc gutta eſſet mollior accepiſſe & ſolidata tenuiſſe.* Plinius quoque lacerti meminit ſuccino incluſi. Sunt autem eius genera plura. Candidi odor eſt præſtantiſsimus; pretium initio vilius; ſequuntur fulua & cerea. Fuluis maior autoritas, & quidem tranſlucentibus modico fulgore, imaginem enim igneam non ignem ineſſe placet. Sunt in quibus decocti mellis lenitas probatur, quæ etiam ex eo mellea vocantur. Nero Imperator inter cætera vitæ ſuæ portenta, capillos coniugis ſuæ Poppeæ in hoc nomen adoptauerat, quodam carmine ſuccina appellando. Eius æuo tanta copia Romam aduecta eſt, vt retia arcendis feris podium protegentia ſuccinis nodarentur, arma verò & Libitina totuſque vnius diei apparatus eſſet è ſuccino. Copiam iſtam procurauit Eques quidam Romanus, miſſus ea gratia ad Germaniæ littora: qui etiam maximum pondus glebæ attulit XIII. librarum. Solinus tamen refert, id à rege Germaniæ Imperatori dono datum. Italorum primi ſuccinum nouerunt Tranſpadani, allatum à Germanis in Pannoniam, inde circa mare

KB Den Haag

155



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Adriaticum ad Venetos, quos Henetos Græci vocant, quæ res Græcorum fabulæ cauſſam videtur dediſſe. Initio agreſtes fœminæ monilium vice ſuccina geſtabant, poſteà in delicijs tantum eius aucta eſt taxatio, vt hominis quamuis parua effigies, viuorum hominum vigentiumque pretia ſuperaret. Vis eius vſuſque in multis. Attritu calefactum paleas & folia arida attrahit, vt magnes ferrum. Propterea ſuccinum Arabes vocant *Carabe*, quod Aboali interpretatur rapiens ferrum. Cardanus ab humo folia ad duos pedes in ſublime rapta fuiſſe ſcribit ſuccini vi. Ramentorum eius vſus apud quoſdam in ſacris eſt loco thuris: quidam ea oleo addunt, quod ſic dilucidius diutiuſque flagret quam lini medulla; Quis autem eius in medicina vſus ſit, plenius ex C. Plinio peti poteſt, qui de hac re diſſerit lib. XXXVII. Hiſtor. Naturalis, cap. II. & III. Porrò in Ducatu Prutenico quinque ſunt celeberrima Emporia, *Dantiſcum*, *Meluinga*, *Brunſburga*, *Mons Regius*, & *Memelium*.

DESCRIPTIO POLONIÆ.

SARMATÆ alij ſunt Aſiatici, alij Europæi: Sarmatiæ Aſiaticæ partem habet Tartarus, partem Moſchus: Europæa magna ex parte Poloniæ regi paret, ſuntque in ea *Polonia*, *Lithuania*, *Samogitia*, *Maſouia*, *Volhinia*, *Podolia*, *Ruſſia* & *Moldauia*. POLONIA à campis & planitie nomen habet, nam id incolis ſonat *Pole*: eſtque regio vaſta admodum: ad Septentrionem clauditur Boruſsis & Pomeranis; ad Ortum *Maſouia* & *Lithuania*: ad Auſtrum Ruſsia, & Hungariæ montibus; ad Occaſum *Luſatia*, *Sileſia*, & *Morauia*. Diuiditurque regio in Poloniam Maiorem &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rem & Minorem. MAIOR eſt magis Septentrionalis, eamque mediam interſecat *Varta* fluuius. MINOR eſt Auſtralis eamque Viſtula pererrat. Maior Polonia quæ Saxones & Prutenos vicinos habet, dicta fuit, quia in ea vixit *Lechus*, primus gentis autor, in eaque condidit Gneſnam, ſedem regni. Sunt autem in Maiore Polonia ciuitates principales iſtæ. POSNANIA ad *Vartam* & *Proſnam* fluuios, inter colles condita, muro duplici, ædes habet lateritias amplas & multas: ſuburbia vaſta ad Vartæ vlteriorem ripam, ſtagno ingenti paludibuſque circundata; nundinas etiam binas quotannis admodum celebres, & Epiſcopatus ſedem: Habet ſub ſe oppida iſta. *Koſcien* inter lutoſas paludes ſeptem milliarium interuallo. *Miedzirzecze*, cuius domus omnes ligneæ, eſtque finitima Sileſiæ & Pomeraniæ; *Oſtreſow* in planitie inter ſiluas ſita: *Wſchow, Sremck, Prenecz & Rogozno.* CALISIA ciuitas eſt muro circundata, inter paludes, quam Proſna fluuius præterlabitur. Arcem muratam hoc loco fuiſſe ruinæ teſtantur. Sub hac ſunt *Gneſna, Pyzdry, Wartha, Naklo, Land, Konin, Slupeza, & Kolo.* GNESNA muro circundata eſt, in planitie, inter lacus colleſque, Archiepiſcopi ſede clara: Hæc prima omnium ciuitas à Lecho condita eſt: in eaque Princeps Poloniæ Boleſlaus Chabri ab Othone III. Romanorum Imperatore regium diadema accepit, quo ad hoc vſque tempus reges Poloniæ vtuntur. In huius Eccleſia cathedrali depoſitum eſt corpus Adalberti Epiſcopi Pragenſis, quem ob vitæ & morum probitatem religionemque diligenter adſertam propagatamque Sanctum vocant. SIRADIA ciuitas lignea muro ſepta eſt in planitie; arcem habet munitam ad Vartam fluuium. Hanc vrbem Ducatus ampliſſimus olim cohoneſtabat, cuius titulus filio regis ſecundo ordine tribuebatur. Sub hac ſunt *Vielunia, Sadeck, Petricouia, Roſprza, & Spicimiria.* PETRICOVIA paluſtri loco ſita, lutoſa eſt. Ad eam comitia generalia quæ nunc Warſauiæ celebrantur, diu celebrari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

brari proprio quodam vrbis priuilegio & recepta conſuetudine ſolebant: eratque ei reï extra vrbem aula regia extructa ex lignis leuigatis, quam *Bugay* vocabant: ſed poſtquam mutari res & nouari cœptæ ſunt, arx corruit, alioque tranſlatus eſt Comitiorum locus: Seruauit tamen tribunal forenſe, quo hibernis menſibus ius dicitur, quemadmodum ad Lublinum æſtiuis. LANCICIA ciuitas eſt haud inamœna, muro foſſaque clauſa in planitie. Arcem habet muratam in ſcopulo, eamque *Bſura* fluuius præterlabitur. Sub ea ſunt *Orlouia*, *Piatec*, *Breſinia*, *Kornazew*, *Biechow*, & alia nonnulla oppida. CVIAVIA ſiue VLADISLAVIA vrbs ampla eſt & ſede Epiſcopali nobilis, habet ſub ſe *Bidgoſtiam* ad Budam fluuium nauigabilem, quo merces ex Polonia in Viſtulam deferuntur. BRESTIA ſub ſe habet *Radzieiow*, *Cruſphicam* & *Cowalow*. *Cruſphicia* poſt Gneſnam omnium Polonicarum vrbium prima eſt, lignea, cum arce lateritia, ad lacum *Goplo*, ex quo lacu mures olim prodierunt, qui Popelum Principem Poloniæ in ea arce iuſta numinis ira vindictam depoſcente, deuorarunt. RAVA ciuitas lignea eſt ad fluuium *Ranam*: habet ſub ſe oppida *Sochaczouiam*, *Goſtinin* & *Gambin*. PLOCZKO amœna ciuitas in colle ad Viſtulam, ſedes eſt Epiſcopalis: ſub hac ſunt *Bielsko*, *Raczyayas*, *Sieperoz*, *Srensko*, *Mlawa*, *Plonsko*, & *Radzanow*. DOBRINIA in ſcopulo ad Viſtulam ſita eſt, in ea arx fuit quam Crucigeri demoliti ſunt. Sub hac, *Slonsk*, *Ripin*, & *Gorzno*. In Polonia verò minore, vrbes principales hæ ſunt, Cracouia, Sandomiria, & Lublinum. CRACOVIA in planitie ad Viſtulam extructa eſt (eam Petrus Appianus putat eſſe Ptolemæi Carrodunum) muro duplici, valloque firmiſsimo. Arcem habet in ſcopulo eminenti, quem *Vanel* dicunt: in hac vrbe Regum Poloniæ ſedes eſt, & ſepultura: Gymnaſium quoque celebre ſtudijs Philoſophiæ & artium. Carent autem Cracouienſes Aduocato ſupremo, ſed Rex ipſe Præturam Cracouienſem obit.

Caſtellanus quoque Cracouienſis Palatino in Senatus conſeſſu prior digniorque eſt, quum in cæteris regni Prouincijs Palatinus Caſtellano præferatur. In hac vrbe longiſsimus æſtatis dies eſt horarum XVI. cum dodrante. Porrò Cracouiæ tres ciuitates contiguæ ſunt, *Clepardia*, *Stradomia*, & *Caſimiria*, Habet ſub ſe Ducatus duos, *Zatocenſem* & *Oſuniocimenſem*. Oppida ei ſubſunt hæc, *Biecz*, *Vuonincz*, *Sandecz*, *Lelow*, *Kzyaz* & *Proſzouice*. SANDOMIRIA ciuitas principalis illius diſtrictus, muro circumdata, in colle ad Viſtulam ſita eſt, abeſt Cracouia XXII. mill. Arcem habet antiqui operis, &, vt tunc bella erant, ſatis munitam. Sub ea ſunt *Checiny* in loco plano, fodinis lazuli clara, in quibus etiam argentum reperitur, *Korczin*, *Wiſlicia*, *Pilzno*, *Opoczno*, *Radomia*, *Poloniec*, *Zannichoſt*, *Zarnouu* & *Malogoſt*. LVBLINVM ciuitas nobilis vltra Viſtulam eſt, muro, foſſa, ſtagnis, arce munita. In hac quotannis triplices ſunt nundinæ, ad quas conueniunt Turcæ, Armeni, Græci, Germani, Moſchouitæ, Lithuani, alijque. Iudæi maximam ſuburbiorum partem occupant, ibique Synagogam habent præcipuam. Arcem fluuius alluit *Byſtrzna*. Diſtat Sandomiriâ XIV. milliaribus, Cracouiâ XXXVI, Vilna LXX. Warſouiâ XXIV. Sub ea ſunt *Vrzendow*, *Lulouu*, *Tarcow* & *Caſimiria*. Porrò omnis Poloniæ regio plana eſt, nemoribus & ſiluis tecta magna ex parte, fertilis hordeï, frumenti, leguminum, Armentis quoque abundat, adeò vt Saxonia multæque gentes Germanicæ Polonicis bubus victitent. Stagna habet permulta, in quibus omne piſcium genus. Gens ipſa à Sclauonibus originem habet, ſed nunc magna ex parte humanitate exculta, multum à Scythica Sarmatarum veterum Barbariæ diſtat. Latrocinia ignorat; itaque æſtiuis menſibus curru, hibernis rheda ſumma ſecuritate vehuntur, per ſiluas, agros & immenſa camporum ſpatia, ſine vllo periculo. Viri plerique nobiliores, excellenti ingenio præditi ſunt: multiſque & longinquis peregrinationibus prudentiam ſibi & variarum linguarum

rum peritam compararunt; Impauidi ſunt, & cum hoſte etiam robuſtiſsimo pugnam non detrectant: læſi à magnatibus, iniuriam omni conſanguineorum, clientum, amicorum, & familiarium confœderata manu vltum eunt, neq; ante ceſſant, quam vel vindicarint, vel occubuerint. Poſtremum non tam liberales ſunt, quam profuſi: quod vitium augent frequentibus commeſſationibus, & immodicis largitionibus, tum etiam ingenti clientum ſeruorumque quos alunt, veſtiunt, & ornant, numero. Religio Polonorum antiquitus nulla fuit: Solem, Lunam, Auroram, Iouem, Cererem, venerabantur. Anno autem CM. LXV. ſub Mieſko primo, Chriſtianam admiſerunt doctrinam; Mieſko iſte poſt baptiſmum mutato nomine dictus fuit Mieczlaus, nouemque Eccleſias Cathedrales conſtituit, Metropolitanas duas, ſeptem Suffraganeas. Regni titulum & maieſtatem accepit Polonia Anno M. I. regnante Boleſlao Chabri, vt in Gneſnæ deſcriptione diximus. Poſt annos verò LXXVII. Sub Boleſlao Audaci, qui crudeliter Staniſlaum Cracouiæ Epiſcopum trucidauit, regio diademate à Pontifice Romano priuata eſt. Iterum tamen recuperatum eſt auitum ius, electo in Regem Præmiſlo ſecundo, duce maioris Poloniæ & Pomeraniæ, anno M.CC.XCV. Regni ius non eſt hęreditarium, ſed ex communi Senatus & equitum ſententia pendet, qui quem volunt, eligunt. Status regni eſt penes Eccleſiaſticos & Nobiles Politicos. Ordo Eccleſiaſticus habet Archiepiſcopos duos, *Gneſnenſem*, regni primatem, & Legatum natum Romani Pontificis, qui etiam ius habet coronandi Regem; & *Leopolienſem* in nigra Ruſsia. Epiſcopi ſunt, *Cracouienſis* in minore Polonia. *Poſnanienſis* in maiore. *Plocenſis* in Maſouia. *Chelmenſis* in Volhinia. *Premiſlenſis* in Ruſſia. *Camenecenſis* in Podolia. *Vladiſlauienſis* in Cuiauia. *Vilnenſis*, *Kionienſis*, *Lucenſis*, *Ianoucenſis* in Lithuania, quibus præeſt Archiepiſcopus *Leopolienſis* in Ruſsia. *Samogitienſis* in Ducatu Samogitiæ. *Warmienſis*, *Culmenſis*, *Sambienſis*, *Pomeſanienſis* in Boruſsia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Ordo Politicus nobilium habet Palatinos XXVI. Caſtellanos LX. Marſchalcos quatuor. Cancellarium, & Vicecancellarium. Generales militiæ duces duos, Capitaneos generales in minore Polonia XL. in maiore XXX. in Maſouia XII. Horum opera ſine vllis ſtipendijs publicis contra hoſtē quotieſcunq; vſus poſtulat conſcribi poſſunt CC. millia militum voluntariorum nobilium: præter quos Rex inſuper XXX. millia equitum ſtipendiariorum publico ſumptu poteſt conſcribere. Nobilitas omnis Polonica ſoluta vectigalibus publica obit munera, teneturq; parata eſſe ad bellum, vocantibus generalibus militiæ ducibus. Sunt prætereà in Polonia ſalisfodinæ nobiles ad Bochniam & Veliſcum, quibus vix vllæ aliæ præferri poſſunt: ne illæ quidem Arabum ad Carras, tantopere Plinio celebratæ, iuxta quas è ſalis fruſtis aquâ ferruminatis, ædificia exſtruuntur: aut illæ ad Oromenem Indiæ montem, è quo ſalis glebæ lapicidinarum more cæduntur. Veliſcum Cracouia abeſt paſsibus VIII. mill. Bochnia X. cum arce perelegante, à Salinarum præfecto quem *Zupparium* vocant, habitata. Veliſcum ad Septentrionem ſitu eſt æquabili, ad meridiem & ortum molli adſurgit cliuo, agrumque habet quemadmodum & Bochnia, ſterilem. Intra oppidulum propè ſacram ædem, vno hiatu, quem ipſi *Schibum* nominant, in altos illos ſpecus & tenebrarum regna deſcenditur. Foſſa ipſa præceps, robora habet ad oram vndique contignata, quibus fune prægrandi è machina pendente maſſæ ſalis quas *Bancas* vocant, ex cauernis ad fauces deuolutæ, in lucem extrahuntur. Qui ſe in hunc hiatum demittunt, reſtibus inſident, interdum ſepteni, interdum octoni: quibus periti audentioreſque admiſcentur, qui manu altera lucernam geſtant, pede altero funem immani altitudine fluctuantem regunt, ne in compacta robora impingat, ſedenteſque excutiat. Tanta autem eſt huius puteï profunditas, vt infra ſtantibus nullus vnquam cerni dies poſsit, neque voces vltro citroque iactatæ exaudiri. Supernè ſi quid ſignificandum eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

eſt, ſtipulæ accenſæ & carbones viui in ſpecum deijciuntur : ſi quid infernè, vibratur funis, aut
grandi malleo contignata antri robora pulſantur, talemque ictum ſuperiores pedibus potius
quam auribus excipiunt. Hic mutuus ſignorum modus. Intus partitis operibus, alij maſſas ſalis
quadratas excidunt, alij per multiplices cuniculorum ambitus receſſuſque fornicatos, ad antrī
fauces prouoluunt, alij puluerem & fruſta ſalis conuerrunt, fragmenta legunt, inque exhauſtas
foſſas conijciunt : alij aquam è fontibus ſalſis ſcaturientem dolijs excipiunt, & cum fruſtis ſalis
excoquunt. Eadem omnia quoque Bochniæ, niſi quod pluribus faucibus hic intrare liceat, &
ſalem extrahere : quodque intus cryptæ ſint minus ordinatæ. Vtrobique columnas Atlanteſque
ex ſale relictos videre eſt, quibus moles omnis ſuperior fulcitur. Veliſci præter cameras (ita vo-
cant) foſſæ ſunt ingentes, octodecim ſæpè ſcalarum altitudine, quarum nulla breuior ſit octo
cubitis. Bochniæ foſſa eſt interior octoginta ſcalarum atque amplius. Maſſæ extrahuntur imma-
nes : Bochniæ conſtat extractos eſſe mille quingentorum pondo Germanicorum, quæ Romana
pondo æquant tria millia. Aër in hiſce ſpecubus cryptiſque calidus eſt, ſiccus, & perquam ſubti-
lis. Verum etiam eſſe id quod tradit Plinius, docuit experientia : leuiſsimum intra ſpecus ſuos
ſalem eſſe, qui in lucem vniuerſam prolatus vix credibili pondere ingraueſcat. Atq; ex hoc ingen-
ti Sarmatiæ theſauro maiora ſunt huic regno vectigalia, quam alijs quibuſdam ex auri & argenti
metallis. Porrò in Poloniæ regno continentur *Lithuania*, *Samogitia*, *Maſouia*, *Volhinia*, *Podolia*, *Ruſ-
ſia Meridionalis* quæ dicitur *Ruthenia*, *Podlaſia*, *Pomerania*, cum parte *Boruſſiæ* & *Liuonia*. LITHVANIA
Moſchouiæ proxima eſt, regio paluſtris, lacubus, ſtagnis, fluminibus irrigua, ſiluis operta, in qui-
bus Vri, Alces, Biſontes, equi ſilueſtres ſtabulantur. Ante Iagellonis tempora Paganiſmus per
omnem Lithuaniam vigebat, quo in regem Poloniæ adſcito baptiſatoque anno M. CCCC. LXXXVI.

miſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

miſſa idolatria, ſanctam Chriſti fidem recepit. Palatinos habet, præter alios, Vilnenſem, Trocenſem, Minſcenſem, Nouogrodienſem, Breſtienſem, Kiouienſem. Caput regionis & Metropolis eſt *Vilna* ad fluuios *Wiliam* & *Vilnam*, qui vrbi nomen dedere. Eſt & *Nouogodreck* ciuitas ampla lignea: ſunt præterea Pinſko, Breſtia, Boriſſouw, Minſko, aliæq;. Primarius Lithuaniæ fluuius eſt Boryſthenes. SAMOGITIA Boruſsiæ vicina, ab Occaſu mari Baltico alluitur, oppidum nullum habet, non arcem: nobiles in tugurijs viuunt, ruſtici in caſis. Anno M. CCC. LXXXVI. Chriſtianam religionem profiteri cæperunt. Habent tamen etiam nunc idololatras, qui Deum colunt *Ziemiennik* cui Kal. Octobris ſacrificant. De his Scaliger Exerc. CC. LXIII. Samogitij proceræ ſtaturæ maxima ex parte quum ſint, tamen quaſi per vices tum proceros, tum pene nanos generant. MASOVIA inter Boruſsiam, Lithuaniam, Ruſsiam, Poloniamque ſita, proprios ſuos duces habuit, quibus extinctis anno M. D. XXVI. Poloniæ connexa eſt. Metropolis eius eſt *Varſchonia*, ad ripam Viſtulæ ſiniſtram, quæ dexteræ ponte ligneo coniungitur. Sub hac ſunt *Czerſko*, *Wiſsegrod*, *Zakroczim*, & aliæ complures. VOLHINIA inter Lithuaniam, Podoliam, & Ruſsiam iacet, frugibus abundat propter agri fertilitatem. Diſtrictus habet tres, *Lucenſem*, *Volodimirienſem*, & *Cremenecenſem*. PODOLIA ad Tyram fluuium, qui *Nyeſter* dicitur ſita eſt, ab Ortu habet vaſtiſsimos campos & inhabitatos, vſque ad paludem Mæotidem: Regio eſt fertiliſsima, ſemel ſeritur, ter metitur: pratis ita luxuriat, vt ſæpe boum paſcentium cornua vix è gramine appareant: ager tamen durus eſt, nec poteſt proſcindi niſi ſex bobus robuſtiſsimis aratro iunctis. Vrbes præcipuæ ſunt *Camieniec*, *Bar*, *Myedziboſz*, *Breſania*, & *Braſlaw*. Bar condita eſt à Bona Regina Ioannis Sfortiæ Ducis Mediolanenſis filia, Sigiſmundi regis vxore. Longiſsimus dies in Podolia ſolſtitio æſtiuo eſt horarum XVI. RVSSIA meridionalis ſiue NIGRA primariam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


mariam vrbem habet Leopolim, Emporio & Archiepiſcopali ſede celebrem. Diſtrictus præter Leopolienſem ſunt, *Halicenſis*, *Belzenſis*, *Chelmenſis*, & *Præmiſlienſis*. PODLASSIA Maſouiam inter & Lithuaniam interiecta, diſtrictus habet *Bielsko*, *Bransko*, *Surat*, *Tykoczin*, *Kniſſyn*, *Narew*, *Waſilkow*, & *Auguſtow*. De BORVSSIA & LIVONIA ſeparatis tabulis diximus. Flumina Poloniæ præcipua ſunt *Viſtula*, *Viadrus* qui Odera, *Tyras* qui *Nieſter*, *Hypanis* qui *Bogh*. Viſtula (*de Weixel*) olim etiam Wandalus dictus eſt, quibuſdam etiam Iſtula, & Viſula. Hic in Carpathijs Sarmaticiſque ortus montibus, qui Hungariam a Polonia diſcludunt, per Oſwieczenſem & Satorenſem ducatum fluens antequam Cracouiam vſque perueniat multis amnibus augetur, *Biaza*, *Sala*, *Skawa*, poſt alijs permultis, poſtremum ampliſsimo antequam Dantiſcum attingat alueo in Codanum ſinum non vno egreditur oſtio. Tiras, Hypanis & Boryſthenes in Pontum Euxinum influunt.

DESCRIPTIO DVCAT. OZWIEC. ET ZATOR.

IN diſtructu Cracouienſi, vti diximus, ſiti ſunt Ducatus duo, Ozwieczenſis & Zatorenſis, Sileſiam verſus, qui virtute Caſimiri tertij & Sigiſmundi primi eo faſtigij deuenerunt. Caſimirus iſte Vladiſlai Hungariæ & Poloniæ regis frater fuit, vir regijs omnibus virtutibus inſtructiſsimus, Poloniam non tantum ornauit legitimo imperio, legibuſque vtiliſsimis ſed etiam Boruſsiæ auctario extendit, pro qua cum ordine Teutonico annos fermæ XIV. dimicauit. Sigiſmundus ex duce Glogouienſi factus Poloniæ rex multis eam modis auxit ornauitque. Ho-

KB Den Haag

156



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


rum igitur cura beneficioque Ducatus titulo gaudent Ozwiecin & Zator. OZWIECIN in diſtrictu Cracouienſi ciuitas eſt lignea, in planitie ſita, habetque arcem ligneam argilla circumlitam, quam fluuius *Sola* præterlabitur, illimis & piſcoſus: Naſcitur hic ex contiguis Morauiæ montibus, & haud longe ab vrbe, Viſtulæ miſcetur. Tractum hunc Germani vocant *Auchſwitz*: diſtat ſeptem milliaribus à Cracouia. ZATOR metropolis ſui Ducatus, arcem habet ad fluuiũ *Skaudam*, qui etiam ſeſe in Viſtulam exonerat. Hanc vrbem cum vniuerſo Ducatu Sigiſmundus Primus regno Poloniæ adiunxit. Vixit is annos LXXXII. regnauit XLIV. gentemque Sarmaticam tum ſua indole, tum longa conſuetudine bellicoſam, vicinis hoſtibus terribilem reddidit. Concludam hunc locum & ſimul Poloniæ regni deſcriptionem verſibus ijs, quos ante annos XXII. quum Opoliæ agerem apud Generoſum D. Felicem Slupeckium de Polonia luſi, in extrema Oda,

Vos bellicoſi Sauramatæ, LECHI
Gens bellicoſa, hanc laudis adoream
Augete, Tuque ô ſempiternam
Qui requiem colis Imperator,
Macte, hancce, macte, ad ſydera ſubuehe
Virtutem, vt altum tollere verticem
Præclara poſſit, noſque laudes
Non tenero meditemur vngui.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

157



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CORCYRA Κέρκυρα, *Corfu* hodie, Inſula eſt maris Ionij inter Epirum & Calabriam, Melena prius cognominata fuit, Vlyſsis naufragio & Alcinoi hortis clara, dicta à Phæace Phæacia. Valerius Flaccus,

Proxima Phæacum fœlicibus obſita pomis
Rura petunt,

Et Tibullus,

Me tenet ignotis ægrum Phæacia terris.

Plinius, *Corcyra*, inquit, *à Buthroto* XII. *m. paß. diſtat; eadem ab Acroceraunijs quiquaginta millibus, cum vrbe eiuſdem nominis Corcyra, liberæ conditionis, & oppido Caſſiope, temploque Caſſij Iouis, paſſus.* XCVII. *in longitudinē patens.* Inſula olim nobilis, Corinthiorum colonia, bello & nauibus imprimis potens, vt præter Homerum teſtatur Thucyd. lib. I. qui Corcyrenſes legatos Athenis quum opem aduerſus Corinthios peterent, ſic loquutos ſcribit. *Sitæ eſt inſula noſtra perquàm oportunè ad traiectum in Italiam atque in Siciliam: ſiue impediendum ſit, ne illinc claſſis in Peloponneſum eat, ſiue vltrò citróque claſſis ſit tranſmittenda. Atque vt paucis dicam, ſic habete. Tres apud Græcos claſſes eße magni faciendas, veſtram, noſtram, Corinthiorum. Harum duas ſi in vnum coire contemſeritis, & Corinthij nos occupauerint, bellum nauale cum Corcyrenſibus pariter ac Peloponneſiacis geretis: At nobis admiſſis, plus nauium habebitis, quibus cum hoſte dimicetis.* Hodiè Venetis paret, à quibus ſtrenuè aduerſus Turcarum rabiem defenſa eſt, vt refert Paulus Iouius lib. XXXVI. ſuæ hiſtoriæ. Incolæ Græci ſunt, ſolum fertile, abundans vitibus, oleis, pomis, omniſque generis arboribus fructiferis, mellis etiam ingens hic copia colligitur. Cœli mira clementia; qua fit vt nemora ipſa ex citris, medicis, atque id genus arboribus conſtent. Segetes tamen minus lætas habet, propter Auſtrinos ventos, quibus exſiccatæ areſcunt antequam ad maturitatem perueniant. Diſtat ab Epiro duobus mill. vbi fretum eſt arctiſsimum: vbi verò latiſsimnm, XX.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

158



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GRÆCIAM non ſemper omnes iiſdem terminis circumſcribunt. Propriè ab Iſthmo Theſſaliam vſque extenditur, & ab Epiro amne Acheloo ſeparatur, Ortum verſus habet mare Ægæum : atque hæc propriè eſt Hellas. Hoc eſt quod Plinius aliquoties innuit, *Ab Iſthmi*, inquit, *anguſtijs Hellas incipit.* Et rurſum. *Anguſta ceruice Peloponeſum contingit Hellas.* Hac ratione, Athenæ Atticæ ſunt ἕλλας ἑλλάδος. Interdum etiam Peloponneſus & Theſſalia Græciæ notione comprehenduntur; Ita L. Æmilius Paulus quum circuiret Græciam, per Theſſaliam Delphos petijt, inde Lebadiam, tum Chalcidem, poſteà Aulidem, inde Athenas : altero die Corinthum, tum Sicyonem, Argos, Epidaurum, Lacedæmonem, Megalopolim, Olympiã: Ita peragrata Græcia redijt Amphipolim. Homerus ſolos Phthiotas vocat Hellenas. Herodotus inter Hellenas & Pelaſgos diſcrimen facit. Athenæus lib. XIV. ἑλλήνων tria genera commemorat, Δωριεῖς, Αἰωλεῖς & Ἴωνας. Cicero idem confirmat oratione pro L. Flacco. Quod ſi verò Hellenes ſunt ab Helleno, certum eſt primò Hellenas dictos Theſſalos. Plinius lib. IV. cap. VII. *Sequitur mutatis ſæpè nominibus Æmonia, Eadem Pelaſgicum Argos, Hellas, Eadem Theßalia, & Driopis, ſemper à regibus cognominata. Ibi genitus Rex Græcus à quo Græcia. Ibi Hellen à quo Hellenes. Hos eoſdem Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos.* Hodiè verò Græciam vocamus tractum omnem qui ad Orientem Ionio mari alluitur, ad Occaſum Lybico, ad Ortum Ægæo, ad Septentrionem verò montibus à Thracia, Myſia, Dalmatiaque ſeparatur. Ex hoc primùm ſinu ſeſe fabulæ & litterarum claritas profuderunt. Hæc illa eſt regio, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude diu floruit. Libera primùm, ſed dum imperium in ſocios adfectat, ſerua. Itaque eam primùm Cyrus, poſtea Xerxes, alijque Perſarum reges vexauerunt. Subiecere eam ſibi inde Macedones; tum Perſeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

deuicto Romani quorum Imperio diuiſo ceſſit tota Conſtantinopolitanis, donec Gothi, Bul-
gari, Saraceni eam deprædati ſunt, & Turca poſtremum in miſeram ſeruitutem omnem redegit,
exceptis quibuſdam inſulis quæ Veneto parent, Corcyra ſcilicet, Cephallenia, Zacyntho, Creta,
alijſque minoribus. Hodiè nulla Barbaria æquè barbara eſt, atque Græcia. Litteras & ſapien-
tiam non tantum non colit, ſed ne intelligit quidem. Religione Græci à Romanis diſsident,
gaudentque titulo Eccleſiarum Orientalium. Patriarchæ ipſis quatuor: (*Conſtantinopolitanus* qui
Europæis Eccleſijs præeſt, & preſbyteros in Athone monte degentes (*Caloieros* ipſi vocant) re-
git; Hic pro ſuæ ditionis Eccleſijs Turcæ pendit in annos ſingulos XII. millia ducatorum. *Ale-
xandrinus*, qui Eccleſias curat in Ægypto, & Arabia: Huius ſedes eſt in Memphi ſiue Cairo. *Iero-
ſolimitanus*, qui Monaſteriorum per Syriam diſperſorum curam gerit, & quotannis XV. Auguſti in
Monaſterio Libani montis ſacra peragit. *Anthiochenus*, qui monaſterijs & Eccleſijs præeſt Be-
ryti, Tripoli, Haleb, & alijs Aſiæ locis. Conſtantinopolis in THRACIA ſita eſt. Thraciam
hodiè *Romaniam* vocant, ex eo quod Conſtantinopolis nouæ Romę habuerit appellationem. Se-
paratur à Macedonia Strymone fluuio: ad Septentrionem eſt Hæmus, cætera mare alluit. Mon-
tes habet *Hæmum*, *Rhodopen*, *Orbelum*, *Pangæum*, & *Meſſapum*. Fluuios *Hebrum*, *Melanem*, *Tea-
rum*, *Arſum*, *Bathyniam*, *Neſtum*. Vrbes, *Abderam* Democriti patriam, *Nicopolim*, *Phillipolim*,
Hadrianopolim, *Traianopolim*, *Selymbriam*, *Perinthum*, aliaſque complures. Caput eſt *Bizantium*,
conditum à Pauſania, nunc *Conſtantinopolim* vocant à Conſtantino, qui ibi ſedem Imperij eſſe vo-
luit. Turcis dicitur *Stampolda* quaſi ampla ciuitas. Sita eſt ad Euripum, habetque ex aduerſo *Pe-
ram*, quam vocant Galatam in cornu Byzantino, veterem Genuenſium coloniam. Multa ad-
modum in vrbe ſunt vetuſtatis monimenta, partim illic primum poſita, partim Roma illuc alla-
ta. Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ta. Præcipua hæc ſunt. Templum Sophiæ, opus Iuſtiniani Imperatoris: Palatium Conſtantini, Columna ſerpentina, & altera quæ hiſtoriata nominatur. Templum S. Lucæ, Nauale, Caſtrum nouum, Coloſſus, Gynæceium, Hippodromus, Obeliſci. Flumina eam duo alluunt, Cydrus quæ *Machleuam* & Barbyſes *Chartaricon*. Ambitus vrbis eſt XIII. mill. paſſ. Incolarum numerus D. CC. millia excedit. Turcæ quum duce Amurathe in Europam primùm pedem poſuiſſent, ſtatim cœperunt huic vrbi inhiare: Itaque vario Marte quum diu certatum eſſet, tandem Genuenſibus res Europæas Chriſtianaſque per auaritiam nefariè prodentibus, ingens eorum numerus per Boſporum Thracium traiecit, duce Amurathe altero, Turcarum Imperatore ſeptimo: Pugnatum eſt ad Varnam, Vladiſlao Hungariæ rege, & Ioanne Hunniade bonam fortemque operam nauantibus: periere è Chriſtianis XXX. virorum millia, è Turcis XL. millia. Accidit hæc funeſta clades Anno M.CCC.XLIV. Excepit hanc cladem expugnatio vrbis Conſtantipolitanæ, oppugnante eam Mahumete octauo, propugnante Conſtantino VII. Manuelis filio. Capta eſt vrbs Anno M.CCCC.LIII. tertio Kal. Iunij. CHERSONNESVS THRACIÆ quæ vulgò dicitur *Brachium S. Georgij* vrbem habet *Callipolim*, oppidum *Seſtum*, Leandri amore nobilitatum ex aduerſo *Abydi*. Inter *Boſporum Thracium*, & fretum Callipolitanum, eſt *Propontis*, in qua inſulæ ſunt, *Proconeſus* qui nunc *Marmora* dicitur, *Beſbicus* qui *Calomino*. In Boſporo piſcatio eſt ſolemnis vere & autumno: illa cognominatur argentea, hæc aurea. THESSALIA initio à Pyrrha Deucalionis vxore Pyrrhæa dicta eſt, inde Æmonia, tum Theſſalia. Rhianus,

Πυῤῥαίαν ποτέ τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον
Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ᾽ ἀρχαίης ἀλόχοιο

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Αἱμονίην δ' ὑξαῦθις ἀφ' Αἵμονος, ὅν ῥα Πελασγὸς
Γείνατο φέρτατον υἱόν. ὁ δ' αὖ τέκε θεσσαλὸν Αἵμων
Τοῦ δ' ἀπὸ θεσσαλίην λαοὶ μελεφημίξαντο.

Porrò Theſſaliæ nomen apud Homerum non reperitur: meritoque a Velleio reprehenduntur, qui de ſæculo Iliaco loquentes nomen Theſſaliæ vſurpant. MACEDONIA regiones plures in ſe complectitur. Montes habet *Pelion*, *Oſſam*, *Pindum*, *Nymphaeum*, *Athonem* qui hodie ab accolis ἅγιος ὄρος appellatur: Dicæarchus vir imprimus eruditus, regum cura permenſus montes, altiſſimum prodidit Pelion, M. CCL. paſſuum, vt refert Plin. lib. II. cap. 65. Sed & *Athos* ingens eſt, aſper, aditu perdifficilis, vmbras etiam in Lemnum vſque inſulam proijciens: conſitus eſt vite, olea, lauro, myrtho, pomis: nunc à Caloieris incolitur, tanta religione, vt etiam Turcæ eo ſolo abſtineant, ſæpè etiam monachos ornent muneribus & eleemoſynis. Sinus Macedoniæ præcipui ſunt, *Strymonicus*, *Singiticus*, *Toronicus*, & *Thermaïcus*. Flumina, *Axius*, *Erigonius*, *Aliagmon*, & *Peneus*, ad quem ſunt *Tempe*. Vrbes olim multæ & nobiles: Hodie præcipuæ ſunt *Theßalonica*, ſedes Sangiaci Macedoniæ; cui vicina *Siderocapſa* metallis auri celebris: *Pella*, Alexandri Magni patria. *Stagira* Ariſtotelis: *Apollonia*, in qua Auguſtus Cæſar Græcas litteras didicit. *Dyrrachium*, quod ante dicebatur *Epidamnus* è regione Brunduſij, *Aulon*, *Croia*, *Cavalla*. EPIRVS olim frequens nunc penè deſerta eſt: montes hic *Acroceraunij*, nautis formidabiles. Vrbes, *Ambracia* quæ *Larta*; Nicopolis, *Preveſa*: & *Actium*. ACHAIA habet *Doridam* iuxta *Parnaſſum*, *Ætoliam* ad *Euenum* Fl. *Locros* & *Opuntios*, in quibus *Amphiſſa* vrbs, *Phocida*, vbi Delphicum oraculum, *Bœotiam* in qua *Theba*, *Atticam* in qua Athenæ, *Megarida* in qua Megara

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

gara vrbs. Delphi fertur Phomonoë prima Vates fuiſſe; & primo adflatu hunc verſum protuliſſe

Συμφέρετε πτέρατ᾽ οἰωνοι, κηρόντε μέλισσαι.

Ætolis vicini ſunt *Acarnanes* funda nobiles, Polluce teſte libro I. vbi σφενδόνην Ἀκαρνάνων commendat. Inſulæ in mari Ægæo ſunt *Cyclades*, & *Sporades*. Illæ circa *Delum*, hæ *Cretam* verſus ſitæ ſunt. Prope Thraciam ſunt *Thaſſus*, *Samothracia*, *Imbrus*, & *Lemnos*, in qua vrbs *Hephæſtia*. Prope Macedoniam in eodem mari ſunt *Peparethus*, *Scopelos*, *Scyathos*, *Scyros*, *Haloneſus*, *Dromus*. Prope Bœotiam *Eubœa*, in qua vrbes *Chalcis* & *Caryſtus*. Eubœam hodie *Negroponte* vocant, diſcluditur à Bœotia Euripo quem Liuius vocat Euboïcum. Fuit autem Eubœa olim Bœotiæ continua. Ion Poëta. Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς εὐρίπου κλύδων Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώριζεν, ἐκτέμνων Πρὸς Κρῆτα πορθμόν. Circa Delum & Cretam ſunt *Andros*, *Tenos*, *Rhene*, *Scyrus*, *Naxus*, *Parus*, *Seriphus*, *Melas*, *Theraſia* & aliæ complures inſulæ. ATHENÆ plures fuerunt in Græciâ. Sunt Athenæ Diades in Eubœa, itaque in nummo Domitiani, ΔΙΑΔΕΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Harum mentio in vita Arati. Sunt & Ἀθῆναι Βοιωτικαί, quæ aliter *Orchomenus*. Sub Cecrope verò ex Mineruæ nomine quæ Athena dicitur, Athenæ nuncupatæ ſunt, & κατὰ διάκρισιν Athenæ Atticæ. Porrò Athenienſes quum antea σποράδην & κατὰ δήμους habitarent, primum à Theſeo in Aſtu conuenire iuſsi ſunt, qui vnam ex CLXXX. pagis ciuitatē conſtituit: quo nomine inſtitutum fuit Feſtum Μετοίκια incidens in diem XVI Hecatombæonis, qui dicebatur Κρόνιος: vocabant quoque aliter Feſtum illud θησεῖα & Παναθήναια. Rectè itaque Feſtus *Demœ apud Atticos ſunt*

quod apud nos pagi. Attius Quadriurbem vocauit, quod ex quatuor vrbibus in vnã domicilia contuliſſent, *Baurone, Eleuſine, Piræo,* & *Sunio.* Hi tamen ſe non conuenas aut aduenas, ſed è ſolo ſuo ortos ferebant, ac propterea vt eſt apud Tertull. de velan. Virg. cicadas in capite geſtabant. Gens leuis, faceta, comis. Ab his humanitatē, doctrinã, religionem, fruges, iura, leges ortas atq; in omnes terras diſtributas vani Gentiles opinati ſunt: quaſi non aut illis antiquiores multo ſint Iſraëlitæ, aut eorũ leuitas ſatis eos vanitatis conuincat? Iracundos fuiſſe ingenio, miſericordes, ſuſpicaces, falſos, ambitioſos autor eſt Plutarchus in præceptis Politicis: nouarum etiã rerum cupidos præter B. Lucam, Theophraſtus in Charactere λογοποιΐας, & Demoſthenes tertia Olynthiaca. Dicacitatis iſtud exemplum eſto. Quum Antonius vellet ſe Liberum patrē dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi iuberet, habitu quoq; & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienſes cũ coniugibus & liberis, & Διόνυσον ſalutauerunt. Benè illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet: Dixerunt, deſpondere ipſos in matrimonium Mineruam ſuam, & rogauerunt vt duceret. At Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imparare ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidã ait, Κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Fuit autem Athenis Areopagus, ἄρειος πάγος, in quo Senatus Areopagiticus noctu, ne quid gratiæ daretur, iudicare conſueuit: In hoc conſeſſu duo fuere lapides argentei, vnus reo, alter accuſatori, in quibus conſiſterent; alterum vocabant ὕβρεως, alterum ἀναιδείας, vt eſt apud Pauſaniam in Atticis. Errant qui Vicum Martium interpretantur; nam πάγος non eſt vicus ſed rupes. vt apud Æſchylum, τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ, *huic inhumano ſaxo.* Nam vt Romæ fuit ſaxum Tarpeium, ita Athenis fuit Mauortium ſaxum. Stephanus ἀκροτήριον vocat: qui idem ἀκροκόρινθον autor eſt primũ πάγον dictã fuiſſe. Ergo arx initio Πάγος:

postquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

poſtquam verò Mars ibi cauſſam dixit, Ἄρειος πάγος vocari cœpit. Æſchylus vocat πέτραν πάγου Ἄρειον, in Eumenid. Vrbs à Xerxe incenſa, duce Themiſtocle ex integro condita eſt, rurſumque deſtructa à Lyſandro, euerſa à Sylla, reſtaurata ab Adriano Imperatore, quemadmodum id teſtatur inſcriptio columnæ quæ etiam nunc Athenis eſt,

Hæ ſunt Athenæ, Theſei primum ciuitas,
Hæ ſunt Adriani & non Theſei ciuitas.

Vaſtitiem & ruinas vrbis deplorat Syneſius epiſtolâ vltimâ ad fratrem, & poſt eum Chalcondylas. Longum foret ciuium ingenium, vrbis ſitum, vias, loca ſacra & profana, bella, politiam, leges, incrementa & decrementa accuratè referre; neque id noſtri hoc tempore inſtituti eſt. Quare progredimur ad alia.

DESCRIPTIO PELOPONNESI.

PELOPONNESVS Pelopis inſulam ſonat, quum inſula non ſit, ſed peninſula, platani folio ſimillima, pari pene longitudine & latitudine; Eius perimetrus eſt quatuor M. ſtadiorum, quibus Artemidorus addit CCCC. Iſthmo adhæret continenti; cuius latitudo eſt ſtadiorum XL. De huius finibus quum diu multumque Peloponneſiaci cum Ionibus certaſſent, tandem poſuetur columnam communi arbitrio, cuius in parte altera erat, Τὰδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία. In altera, Τὰδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία. Anguſtias iſtas perfodere multi irrito auſu tentauerunt, quos inter Demetrius, C. Cæſar, Caligula, Nero, & alij: quo inſtituto fruſtratis, murum ducere placuit, quem Hexamilium vocauerunt. Eum Amurathes

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

159



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Turca diecit, Veneti reſtituerunt, Anno M. CCCC. LIII. ſpatio quindecim dierum; ſed Turcæ iterum eundem poſteà ſolo æquarunt. In hoc Iſthmo Neptuni olim templum fuit, ad quod ludi Iſthmici celebrati. Incolunt Peloponneſum *Elÿ*, *Meſſenÿ*, *Achiui*, *Sicyonÿ*, *Corinthiaci*, *Lacones*, *Argiui*, & *Arcades*. Vberior ſingularum partium deſcriptio petenda eſt ex Strabone lib. VIII. nos curſim quædam libabimus. CORINTHIA in Iſthmo ſita eſt; nomen ei à primaria vrbe quæ primũ *Ephyre* dicta fuit. Eam Cicero merito Græciæ lumen vocat. Vtrimque portum habuit, quorum alter Aſiam, alter Italiam ſpectabat, qua oportunitate loci vrbs ſubito creuit: iuuit eam etiam Iſthmicorum ludorum celebratio: *Acrocorinthus* in monte erat trium ſtadiorum ac dimidiati altitudine; ſub ea erat *Corinthus*, ambitu XL. ſtadiorum. In vertice montis ædes erat Veneri ſacra: cui vicinus fons Pirene, quẽ fama finxit à Pegaſo illic vngulæ ictu excuſſum. Deſtructa eſt vrbs à L. Mummio, quod in ea legati Pop. Rom. excepti eſſent indignius, poſt annos nongentos quinquaginta duos quam ab Alete Hippotis filio erat condita, vt eſt apud Paterculum. ARGI ſequuntur, quorum tractus hodie dicitur *Romania*, in ea ſunt fluuij *Lerna*, & *Inachus*. Vrbes, *Argi*, *Mycenæ*, *Nauplia*, hodie Neapolis Romaniæ. Poſt Naupliam fuere Labyrinthorum ædificia, & ſpecus ingentes. Sequuntur ſurſum verſus *Phlius*, *Hermione*, *Scyllæum* promontorium, *Trœzen*; Apud Hermionenſes crediderunt compendioſum eſſe ad inferos deſcenſum; idcirco defunctis naulum Charonti dandum non inſerebant. *Trœzen* ſacra fuit Neptuno, atque ideo dicta *Poſidonia*. Argiuos ſequuntur LACONES, in quorum ditione Strabo præter Spartam triginta vrbes fuiſſe teſtatur, ſuperioribus autem temporibus centum, atque ex eo dictam Hecatompolin: ſed & hecatombas propterea, quod pro vrbium numero boues centum immolarentur. Tangit autem hæc regio ſinus tres, *Argolicum*, *Meßeniacum*, & *Laconicum*. Ad Meſſeniacum eſt *Taygetus* mons quà Arcadiæ Laconica coniun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

coniungitur: in quo etiam metalli venas apertas ſuo æuo teſtis eſt Strabo. Ad eius radices SPARTA ἀπὸ Σπάρτου υἱοῦ τοῦ Ἀμύκλαντος, ſi Euſtathio credimus, quæ etiam alio nomine vocatur *Lacedæmon*, hodie *Miſithra*: vrbs olim magna & potens, quam idcirco etiam κηλόεσσαν vocauerunt. Fluuius eſt *Eurotas*. Vrbs alia *Epidaurus* quæ hodie *Maluaſia*. Eam Poëta vocat ἀμπελόεσσαν: eſt enim generoſi vini feraciſsima, adeò vt ab eâ Creticum etiam Maluaſia appelletur. Sed præter hanc Epidaurum quam hodie Græci μονεμβασίαν vocant, eſt & alia in Parthinis, quæ hodie Raguzi dicitur: eſt & tertia in Argolide, vicina Trœzeni, templo Æſculapij nobilis. Promontoria, Tænarum, Onungnatos, & naufragijs nobilis *Malea*, de qua Parœmia eſt, μαλέαν δὲ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. MESSENIA à Taygeto monte & fluuio Pamiſo ad Alpheum vſque porrigitur. Hæc Troianis temporibus Menelai imperio ſubiecta fuit. Primaria vrbs *Meſſene* ad mare ſita, hodie vocatur Matragia. Supra eam eſt *Trœzen*. Sequuntur in littore *Corone*, *Aſine*, *Acritas* promont. Meſſenij ſinus initium, *Methone* quæ nunc *Malon*, Sangiaci Turcici ſedes, *Pylus* quæ etiam Sphacteria, ad quam Lacedæmonij CCC. è ſuis viros amiſerunt. Eſt etiam in petra *Cardamyle*. Poſteà Pheræ, Thuriæ, & ager Gerenius Neſtoris patria. ELIS inter Meſſeniam, Achaiam & Arcadiam ſita eſt. Fluuios habet *Alpheum*, *Peneum*, *Lariſſum*, *Eraſinum*; Hic terris aliquandiu abditus, rurſum emergit, vide Senecam lib. III. Nat. Quæſt. & Plin. lib. II. cap. 103. Loca maritima ſunt, *Pitane*, *Ichthys prom. Dianæ Alphœniæ lacus*, *Phea prom. Chelonates prom. & Araxus*. Vrbes *Elis*, *Piſa Olympia*, ad quam ludi illi famoſi quinquennales celebrati, *Cyllene*, *Leprinus*, *Coryne*, *Myrſinus*. ACHAIA ab Araxo promontorio vſq; ad Sicyonios extenditur, quorum terminus communis eſt Fl. *Sus*. ad Auſtrum eſt mons Stymphalus, ad Septentrionem ſinus Corinthiacus. Vrbes, *Dyme* quæ nunc


Chiarenza,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Chiarenza, vnde promont. Araxeum vocant *Capo di Chiarenza*, *Olemus*, *Patræ*, *Ægium*, *Ægira*, & in Criſſæo ſinu *Helice*, *Bura*, *Pellene*. Fluuij ſunt *Terus*, *Pierus*, *Glaucus*. Eſt & nobile promont. *Rhium*, quod à falcis forma nomen habet *Drepani*. Ex aduerſo eius eſt Locrorum *Antyrrhium*. Fons etiam in Achaia *Cymothoë*. SICYONIA inter Achaiam & Aſopum ſita fuit, primaria eius vrbs *Sicyon*: quam & Hellada vocant teſte Suida: fuit & *Phlius*, quæ forte ea eſt quam hodie vocãt *Vaſilicon*. ARCADIA Peloponneſi regio eſt Mediterranea, vndiq; à mari remota. Hæc aliquando dicta eſt Pelaſgia, aliquando Lycaonia, aliquando Gigantis, aliquando Parrhaſia, incolæ ſe ante lunam ſatos iactitabant. Montes habet ſex & LXX. valles fertiles & amœnas, incolas olim rei pecuariæ deditos & agriculturæ. Hinc iſta, Arcadicum pecus, Arcadici mores, Ἀρκαδικὸν βλάστημα. Montes præcipui ſunt *Pholoë*, *Cyllene*, *Licæus*, *Menalus*, & *Nonacris*, cum oppidulo & fonte eiuſdem nominis. Fluuij præcipui *Erimanthus* & *Ladon* in Alphæum defluentes. Vrbes, *Megalopolis*, *Stymphalus*, *Lilæa*, *Mantinia*, *Pſophis*. Megalopolim hodie vocant *Leontari*. Nonacris fontem vocant Stygem, aquam στυγὸς ὕδωρ: eſt autem ea frigidiſsima, ſtillatq; è ſaxo: Eam neque argenteum, neque aureum, neque ferreum vas poteſt ſuſtinere, ſed perroditur continuò & diſsilit. Conſeruare autem eam & continere nihil poteſt, niſi mulina vngula. Huius aquæ hauſtu refert Vitruuius lib. VIII. cap. 3. periſſe Alexandrum; quum per Iollam filium perlata in prouinciam ad eum eſſet ab Antipatro. Eiuſdem meminit Annæus Seneca libro III. Natural. Quæſt. cap. 25. & præter eum Herodotus Curtius, Plinius, Plutarchus, alij. Eſt etiam in Arcadia ciuitas non ignota Clitori, in cuius agris eſt ſpelunca è qua aqua profluit, quam qui biberint, fiunt abſtemij. Ouid. vlt. Metam.

Clitorio quicumque ſitim de fonte leuârit
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis.

KB
Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CEPHALLENIA Inſula quatuor olim vrbes habuit, atque idcirco eam Strabo vocat τετράπολιν. Sita eſt inter Epirum & Peloponneſum: patet in longit. mill. LXXX. In latitud. verò XL. In ea vrbs fuit *Same*, cuius dirutæ veſtigia ad medium vſque Ithacæ fretum commonſtrari quondam ſolebant. Sunt qui opinentur Cephalleniam eſſe Dulichium, ſunt qui Taphum; Sunt etiam qui exiſtiment Cephallenios eſſe eoſdem cum Taphijs & Telebois, aduerſus quos Amphitryo exercitum duxitauit, adſumpto ſecum Cephalo filio Dionei, à quo inſulæ nomen datum ſit. Certum eſt, C. Antonium Ciceronis in conſulatu Collegam, M. Antonij Triumuiri patruum, quum hic vitam ageret exſul, vrbem condidiſſe, atque vniuerſam inſulam tanquam proprium prædium coluiſſe; Vrbem tamen quam cæperat non abſoluiſſe, reuocatumque ab exilio, quum maioribus rebus daret operam, vitam finiuiſſe. Homerus κεφαλλῆνας vocat μεγαθύμους. Hodie oppida ſunt *Cefalonia*, *Paleocaſtro*, *Caſteluecchio*. Ager magnam optimi tritici copiam profert, mellis verò, paſſularum, mannæ, olei, tantam vim, vt aliò etiam hinc ea exportentur: Auſtrum verſus portus eſt nauium plurimarum capax. Incolæ Græci ſunt, Venetis ſubiecti. Ad ortum vicina eſt ITHACA inſula, Vlyſsis patria: in ea mons *Neritos*, & vrbs eiuſdem cum inſula nominis, quam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum adfixam ſapientiſsimus vir immortalitati antepoſuit. Hodie eam vocant *Teachi* vel *Val de Campagno*. Ambitus eius eſt L. mill. paſſ. Straboni ſtadiorum LXXX. Sinus habet & portus idoneos, incolitur tamen maximè ab exſulibus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

161



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

INTER Cephalleniam & Achaiam ponit Plinius ZACYNTHVM, inſulam magnificam & fertilitate præcipuam, quam Virgilius in Itinerario Æneæ *nemoroſam* vocauit, Homerus ὑλήεντα. Ipſa in circuitu colligit XXXVI. mill. Mons in ea nobilis Elatos: In monte oppidū eſt cum arce, mari imminens, ſiluis obſitū, aëris ſalubritate, paſcuorum vicinorum vbertate, agriq; fertilitate valdè cōmendabile. Incolas habet Græcos, qui Venetis parent, atq; ex olei & vini annuo prouentu colligunt CL. mill. aureor. Inuēta eſt nuper in inſula iſtiuſmodi inſcriptio M. TVLLI CICERO HAVE, ET TV TERTIA ANTONIA. Etiam in tēplo oppidi B. Mariæ ſacro monumētum eſt ANDREÆ VESALII Bruxellenſis ſummi Anatomici, qui obijt anno. M. LXIV. Id. Octob. ætatis verò ſuæ LVIII. quum Hieroſolymis rediret. Pagi creduntur per vniuerſam Inſulam eſſe XLVIII. Portus vnicus, multarum nauium capax. Fuit autem hæc inſula priſcis temporibus celebris. Thucydides lib. 2. hiſt. ſuæ autor eſt, Lacedæmonios duce Cnemo Spartiata huc cum cētum nauibus & militib. mille profectos eſſe: creditumque tunc eam Achæorum Peloponneſiacorum fuiſſe coloniam. Egreſſos verò in terram, bello incolas infeſtaſſe, multa hoſtiliter egiſſe, vrbemq; obſidione cinxiſſe: ſed quum ea potiri ob propugnantium ciuium fortitudinem fidemque non poſſent, (erant enim Athenienſium ſocij) domū re infecta reuertiſſe. Herodotus quoq; ante eum videtur innuere Zacynthios & armis & nauigijs potentes fuiſſe. Demaratū enim narrat quū Spartâ deſertâ ſtatuiſſet ad Dariū trāſfugere, primùm ex Elide Zacynthū traieciſſe: Horum robore ipſū aduerſus inſequētes Lacedæmonios tutū fuiſſe, & nauibus vſū ad fugam. Quod antē Cteſias refert, eſſe in Zacyntho fontes piſcoſos, è quibus pix educatur, id verò eſt eiuſmodi, quale quod idē narrat, apud Naxum fōtem eſſe, è quo vinū & quidem ſuauiſsimū profluat. Inter Cephalleniā & Zacynthium inſulæ ſunt *Echinades*, ad oſtia amnis Acheloï, ſunt inter eandem Zacynthum & Metonem *Strophades*.

KB Den Haag

162



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CRETA *Iouis magni medio iacet iuſula Ponto*
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ,
Centum vrbeis habitant magnas, vberrima regna.

Dicta eſt vel a Curetibus qui Corybantes fuere, vel à Crete nympha, Heſperidis filiâ. Medium vero Pontum dixit Poëta, vel quia inſula eſt, vel quia incertum quo in mari iaceat, Libyco, an Ionio, an Ægyptio, an Achaïco, certè eam à Septentrione Ægæi fluctus verberant, ab Auſtro Libyci & Ægyptij, ad occaſum eſt mare Adriaticum, ad ortum Carpathium. Formâ oblongâ eſt. Ad Orientem promontorium Samonium excurrit, ad Occaſum κριȣ μέτωπον contra Cyrenem: In Septentrionem verò tertium prominet quod Strabo lib. x. vocat Cimarum, nunc dicitur *Capo Chſin.* Longitudo eſt CC. LXX. mill. paſſ. latitudo L. Ambitus D. LXXXVIII. Montes eius nobiliores ſunt *Idæus*, qui *Pſiloriti* accolis vocatur: *Leuci* qui Plinio Cadiſci, nunc vocantur *Marara:* & Dicta, qui *Sethia.* Mons Ida omnium eſt eminentiſsimus. Hic ante ſolis ortum ſolem videt: nam, vt eſt apud Lucretium,

------- Idæis fama eſt è montibus altis
Diſperſos igneis orienti lumine cerni.

Flumina per vniuerſam inſulam nulla ſunt quæ nauem ferant: Sunt tamen multi & magni riui, in quibus ſponte ſua ſine vlla cultura colocaſia proueniunt. Regio omnis aſpera eſt & montibus vbique horrens, ſed fertiliſsima. Mira ſoli indulgentia, arborarij prouentus abundantes. Idcirco regionem à temperie cœli nonnulli μακαρόνηςον appellatam prodiderunt. Plinius quoque autor eſt, quicquid in Creta naſcitur, infinito pretio cæteris eiuſdem generis anteſtare. profert enim vites, oleas, mala punica, ficus, mala aurea, citrea. Maluaticum vinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quod a Maluaſia Laconica, vt ante diximus, nomen habet, generoſiſsimum in hac inſula pre-
mitur, atque ex ea Venetias & in reliquas orbis partes defertur. Incolæ vel cœli ſolique larga
benignitate vel ſuopte vitio fuerunt ad mala propenſiſsimi: Paulus ipſe ex Epimenide,

Cres mendax, mala beſtia, ventrem paſcit inertem.

Fuere etiam qui Prouerbium vetus τρία κάππα κάκιστα interpretaretur de Cretenſi, Cappado-
ce & Cilice; tametſi B. Auguſtinus cap. 111. de Grammatica, putet hoc dictum de tribus Cor-
nelijs, Sylla, Cinna, & Lentulo. Mendacia ita propria Cretenſium, vt quicumque mentiuntur,
dicantur κρητίζειν.

------- Non hoc quæ centum ſuſtinet vrbes,
Quamuis ſit mendax, Creta negare poteſt.

Κρὴς κρῆτα, Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην in eos dicuntur, qui ſe inuicem circumuenire ſtudent: Primi
Cretenſes nauibus & ſagittis polluiſſe ſcribuntur: quod ita capiendum puto, vt hi Græcorum
primi hæc ſtudia ſectati ſint: nam vt eſt apud Philoſophum cap. 8. libri 11. Polit. *Videtur hæc In-
ſula ad principatum Græciæ nata, ac præ cæteris omnibus præclarè ſita. Imminet enim vniuerſo mari; cui Græci
circumfuſi ſunt. Atque hac quidem parte exiguo abeſt interuallo à Peloponneſo; illa, ab Aſiæ loco qui eſt cir-
ca Triopium, & à Rhodo. Quocirca imperium maris obtinuit Minos, atque inſularum alias ſubegit; alias
quum diu fuiſſent deſertæ, coli fecit.* Hinc ortum Prouerbium ὁ Κρὴς τὴν θάλατταν. Rexere inſulam
primum Iupiter, tum Rhadamantus, poſt Minos, & Græci. Romanorum poteſtatis facta eſt à
Metello, qui ex re Creticus dictus eſt. Conſtantinopolitani eam poſtea tenuere: Balduinus Co-
mes Flandriæ & Imperator Conſtantinopoleos dedit Marchioni Montisferati, à quo vendita eſt
Venetis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Venetis auno M. C. XCIV. immani auri pretio, itaque adhuc illorum imperium agnoſcit. Ac de Ioue quidem ita Ennius in ſacra hiſtoria, *Iupiter* (inquit) *poſtquam terram quinquies circuiuit, omnibuſque amicis & cognatis ſuis imperium diuiſit, reliquitque hominibus leges, mores, frumentaque parauit, multaque alia bona fecit, immortali gloria memoriaque affectus ſempiterna, monumenta ſuis reliquit; Ætate peßum acta, in Creta vitam commutauit, & ad Deos abijt, eumque Curetes filij ſui curauerunt decorauerunt-que. Eſt ſepulchrum eius in Cretæ oppido Gnoſſo: & dicitur Veſta hanc vrbem creauiße, inque ſepulchro eius eſt inſcriptum antiquis litteris Græcis* Ο ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΚΡΟΝΟΥ. *id eſt Latine, Iupiter Saturni.* Vrbium notiſsima eſt *Gnoßos*, Minois aliquando regia, à quo Gnoſius arcus, tela Gnoſia dicuntur. Tzetzes in Lycophronem, Γνωσσὸς πόλις Κρήτης, ὅθεν ἦν καὶ Ταῦρος ὁ στρατηγὸς, ὁ τὴν Εὐρώπην ἁρπάσας. Scholia Achilleidos Statianæ, in fine libri primi. *Taurus notarius Minois fuit, quem Paſiphaë amauit, cum quo in domo Dædali concubuit.* Sequitur *Cortyna*, vnde tela Cortynia, veſtis Cortynia. Claudianus de raptu Proſerpinæ lib. II.

Criſpatur gemino veſtis Cortynia cinctu.

Tum *Phæſtos*. Ouid.

Proxima Gnoſſiaco iam quondam Phæſtia regno,
Progenuit tellus.

Et *Cydon*, vnde Arcus Cydonius, cornu Cydonium. Et *Dictynna*, *Manethuſa*, *Lycaſtos*, *Lyctos* Idomeneï patria, *Holopixos*, aliæque à Plinio commemoratæ lib. IV. cap. 12. Eſt & *Candia* quæ olim Matium fuit, vrbs hodie totius Inſulæ prima. Inſula omnis lupum, vulpem, ſerpentem, aut omnino animal noxium præter phalangium, natura non habet. Herba ibi eſt quæ ἄλιμος

 dicitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dicitur, ea admorſa diuturnam famem prohibet. Eſt & Dictamnus herba læuis, acris, pulegio ſimilis, ſed maioribus folijs,

----- Non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæſere ſagittæ.

Labyrinthum in Creta Dædali opus multi memorant: ejus, quemadmodum & Italici nulla veſtigia fuiſſe ſuo æuo teſtis eſt Plinius lib. XXXVI. cap. XIII. Mirandus propterea incolarum ſtupor, qui etiam hodie ad radicem montis Idæ pro vetere nouum fictitiumque Labyrinthum oſtentant; ſed non eſt mirum Cretenſem κρητίζειν. Mons Ida nobiliſſimus. Virgil. *Dictamnum genitrix Idæa carpit ab Ida.* In hoc Dactyli Idæi ſiue Corybantes Iouem feruntur aluiſſe. In eodem ipſos ferrariam didiciſſe auctor eſt in Chronico ſuo Euſebius, ad annum DXCIV. Porrò de Idæis Dactylis adeundus eſt Strabo, atque imprimis ſcholiaſtes Apollonij in verba hæc libri primi Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταέες. Clemens. Κέλμις δ' ὅων καὶ Δαμναμεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κρήτῃ. In hac inſula Dædalus primus pedes ſtatuarum ſeparauit, quum ante ipſum coniunctim fabricaſſent alij: idem infuſo argento viuo fecit ea αὐτοκίνητα, ex quo dicta Δαιδάλου ποιήματα. Sed & Minoem cum filio Icaro naui fugiens, propter inopinatam celeritatem auolaſſe pennis creditus eſt: vt ex Palæphato narrat Euſebius in Chronico, ad annum D. CC. XXXV.

P. BERTII

P. BERTII
TABVLARVM GEOGRAPHICARVM CONTRACTARVM
Liber quinctus,
IN QVO
AFRICA
Cum luculentis ſingularum Tabularum expli cationibus.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

163



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

AFRICAM nos ſecundam cum Ptolemæo orbis partem fecimus, mari Erythræo ab Aſia & Europa diſtinctam, tametſi Plinius Aſiam ad Nilum vſque extendat, cuius nos non debet mouere autoritas; nam ſi autoritates ſequimur, iam & Libya dicetur Europæ pars, probandaq; erit Varroniana orbis diuiſio *in Aſiam & Europam.* Lucanus ſanè Africam Europæ adiudicauit his verſibus.

Tertia pars rerum Libye, ſi credere famæ
Cuncta velis: at ſi ventos, cœlumque ſequaris,
Pars erit Europæ. Nec enim plus littora Nili
Quam Scythicus Tanais primis à Gadibus abſunt,
Vnde Europa fugit Libyen, & littora flexu
Oceano fecere locum.

Atque hanc ſententiam ſuos quoque ſectatores habuiſſe fidem faciunt Salluſtius, & Oroſius. Sed nos Ptolemæum, Strabonem, adeoque naturam ipſam ſequuti, totam Africam peninſulam eſſe diximus, quæ Iſthmo qui eſt inter mare Mediterraneum & ſinum Arabicum Aſiæ coniungitur. Etſi verò eius longitudo quæ ab Occaſu ad ortem patet, breuior ſit Europæ longitudine, tamen reliqua pars ad Auſtrum tantum ſeſe extendit, vt ei Europa vix conferri poſsit: habet enim ſpatium graduum penè LXX. Europa verò vix graduũ XXXV. Præterea Europa tota ſinuoſa eſt, Africa vniformis & continua. Sed Europa vt in eius deſcriptione diximus, cultiſsima: hæc multis locis deſerta. Illa iam olim nota, hæc non. Vt mirum nemini videri debeat, ſi Strabo Africam Europa minorem fuerit arbitratus, aut, ſi noſtra partitio aliorum partitionibus amplior ſit & locupletior. Æquinoctialis circulus mediam ferè Africam ſecat. Tropici eam non-

 dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dum excedunt : ſed ipſa vtrimque Tropicos gradibus decem atque amplius. Terminatur ad Septentrionem mari Mediterraneo & freto Herculeo, ad Ortum ſinu Arabico ſiue Mari Erythræo & Iſthmo quem retuli. Ad Meridiem alluitur Oceano Æthiopico : ad Occaſum Atlantico. Dicta eſt *Africa* ſi Niciæ credimus ab *Afra* quodam ſocio Herculis, qui eum ad Gades vſque comitatus eſt : ſin Ioſepho & Iſidoro, ab vno ex poſteris Abrahæ, cui nomen *Afer*, Vel vt Feſtus arbitratur, à Græco φρίκη, quod horrorem denotat, eſt enim plena horroris, quum ſita ſit inter Tropicos. Arabes *Fricchiam* vocāt, à verbo *Furuca* quod ipſis eſt diuidere; eſt enim Africa à cæteris terræ partibus ferè diuiſa, vel ab *Ifrico* Arabiæ Felicis rege, quem primum omnium hac terras ferunt coluiſſe : Græci *Libyam* vocant vel à *Libya* Epaphi filia, vel quia λιφύη, vel quod inde *Lips* ventus ſpiret. Eam Romani diuiſere in prouincias ſex. *Proconſularem*, in qua Carthago; *Numidiam Conſularem*, *Bizacchium*, *Tripolitanam*, *Mauritaniam Cæſarienſem*, & *Muritaniam Sitiphenſem*. Ptolemæus initio lib. IIII. duodecim eius prouincias ſeu Satrapias refert, *Mauritaniam Tingitanam*, *Mauritaniam Cæſarienſem*, *Numidiam*, *Africam propè dictam*, *Cyrenaicam*, *Marmaricam*, *Libyam propriam*, *Ægyptum ſuperiorem*, *Ægyptum inferiorem*, *Libyam interiorem*, *Æthiopiam ſub Ægypto* & *Æthiopiam interiorem*. Sed hi non diuiſerunt Africam qualis erat, ſed qualem nouerant. Leo Africanus inter recentiores totam Africam dirimit in parteis quatuor, *Barbariam*, *Numidiam*, *Libyam*, & *Nigritarum terram*. Sed in hoc deceptus eſt Leo, quod terminum Africæ non poſuerit Mare rubrum, ſed Nilum : quo factum eſt, vt Ægyptum & reliquam partem Orientalem Aſiæ adiudicarit. Nos igitur præter quatuor illas partes à Leone enumeratas ponimus in Africa *Ægyptum*, *Æthiopiam ſuperiorem ſiue interiorem* in qua Abyſsini. *Æthiopiam inferiorem ſiue exteriorem* in qua Manicongi, & *Inſulas*. De Africæ circumnauigatione diximus in explicatione Globi terræ.

ÆGYPTVS

ÆGYPTVS ab Auſtro in Boream longo tractu porrigitur. Termini ſunt ab Occidente vltra Nilum deſerta Barcæ, Libyæ & Numidiæ, cum regno Nubiæ. Ab Auſtro agro Bugienſi & Nilo concluditur, quo loco Nilus ab Occaſu in Ortum nonnihil fertur. Plinius eam finit Syene vrbe, quæ nunc Aſna dicitur. Ab Ortu ſunt deſerta Arabiæ, quæ inter Ægyptum & Mare Rubrum ſita ſunt. Ab Aquilone clauditur Mari mediterraneo, quod ea parte vocatur Pelagus Ægyptiacum. Cætera de Ægypto in ſingulari eius deſcriptione explicabimus. BARBARIAM hodie vocant totum Africæ tractum ab Ægypto ad fretum Gaditanum, qui mari Mediterraneo & Atlante mõte concluditur, continetque Regna Marocci, Feſſæ, Teleuſinum, Tunetanum, & Barcæ, de quibus nos plenius in Barbariæ deſcriptione. Nunc ſatis fuerit Lectori limites commonſtraſſe. *Regnum* igitur MAROCCI diuiditur in has prouincias, *Heam*, *Suſam*, *Guzulam*, *Marocci terram*, *Ducalam*, *Hoſcoram* & *Tedletem*; Terminatur Oceano Atlantico, Atlante ipſo, & regno Feſſæ. *Regnum* FESSANVM ab occaſu habet mare Atlanticum, à Septentrione fretum Herculeum, ab Ortu *Muluiam* flumen, ab Auſtro regnum Marocci; eius *regiones* ſunt *Teneſna*, *Territorium Feſſæ*, *Aſgara*, *Elhabata*, *Errifa*, *Garetum* & *Elchauſum*. TELEVSINVM *regnum* quod & *Tremiſen* vocant, terminatur à Meridie deſerto Numidiæ; ab Ortu fluuio Maiore; à Septentrione Mari miditerraneo. Hanc Romani vocabant Mauritaniam Cæſaream: in hac eſt vrbs *Algira*. *Regnum* TVNETANAM complectitur totum terræ tractum à fluuio Maiori ad Meſratæ regionis amnem. Eius regiones ſunt quinque, *Bugia*, *Conſtantina*, *Tunetanum territorium*, *Tripolis*, & *EzZaba*. BARCA ſeu *Barcha* à finibus Meſratæ protenditur ad Ægypti confinia: regio aſpera eſt, ſicca, ſterilis. Incolæ miſeri, fame & ſquallore marcidi. MVMIDIA hodie dicitur *Biledulgerid*, à dactylorum prouentu. Eius fines ab Occidente ſunt Atlanticum mare, à Septentrione mons Atlas, ad

Ortum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Ortum Ægypti confinia, Ab Auſtro deſerta Libyæ. Regiones ſunt *Teſſet*, *Segelmeſſa*, *Seb*, *Biledulgerid*, *Dara* & *Fezzen*. LIBYA antiquis Sarra dicta, quod deſerta ſit. Initium eius eſt à Gaogæ regno propè Nilum, exporrigiturq; Occidentem verſus, ad regnum vſque Gualatæ quod Atlantico mari adiacet; à Septentrione Numidiæ regno contermina eſt, à Meridie Nigritarum. Deſerta Libyæ ſunt *Zanaga*, *Zuenziga*, *Targa*, & *Bordea*. In his, vt & in ea Numidiæ parte quæ Libyæ eſt contermina, maxima eſt ſerpentum copia,

Squamigeros ingens Hæmorrhois *explicat orbes*,
Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua
Therſydros, *tractique via fumante* Chelydri.
Et ſemper recto lapſurus lumine Cenchris.
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum,
Quam paruis tinctus maculis Thebanus Ophites.
Concolor exuſtis atque indiſcretus arenis
Ammodytes: *ſpinaque vagi torquente* Ceraſtæ,
Et Scytale, *ſparſis etiam nunc ſola pruinis*
Exuuias poſitura ſuas, & torrida Dipſas,
Et grauis in geminum vergens caput Amphiſibæna.
Et natrix *violator aquæ, iaculique volucres*,
Et contentus iter cauda ſulcare Phareas.
Oraque diſtendens auidus ſpumantia Præſter,
Oſſaque diſſoluens cum corpore tabificus Seps.

Baſiliſcum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Baſiliſcum etiam alit Africa. Quæ de eo narrantur, fabuloſa quidam ſuſpicati ſunt: Atqui Leone Pontifice certum eſt ad ædem Luciæ ſub fornice ſtabulatum Baſiliſcum, cuius adflatatu magna lue Roma adfecta fuit. Sunt & varia monſtrorum genera, quorum diuerſitatem multitudinemque inopiæ aquarum adſcribunt, ad paucos ſiue amnes ſiue puteos congregantibus ſe feris. Multiformes igitur fieri aiunt animalium partus, variè mares cum fœminis cuiuſque generis aut vi aut voluptate miſcente. Vnde etiam vulgare Græciæ dictum, *Semper aliquid noui Africam referre*, ſed & morbi peculiares hiſce gentibus, comitialis, lepra, elephantiaſis, furor animi. NIGRITÆ dicuntur vel ab incolarum colore nigro, vel potius à flumine Nigro, quod hanc regionem lambit. Habet ab Ortu Nili confinia; ab Occaſu Oceanum Occiduum; à Meridie partem regni Manicongi: A Septentrione vero Libyæ deſerta. Regna eius ſunt quinque & viginti. *Gualata*, *Guinea*, *Melli*, *Tombutum*, *Gago*, *Guber*, *Agadez*, *Cano*, *Ceſena*, *ZegZeg*, *Zanfara*, *Guangara*, *Bornum*, *Goaga*, *Nubia*, *Biro*, *Temiamo*, *Dauma*, *Medra*, *Goram*, *Territorium Anterotenſe*, *Territorium Gualofæ*, *Ora Gigneæ*, *Territorium Melegenſe*, & *Regnum Benin*. ABISSINI incolunt ſuperiorem ſiue interiorem Æthiopiam, quorum princeps vulgo Prete Gianni dicitur, quod alij præſtans alij preſbyter Ioannes vertunt. Eius regio perampla, vtrumque penè Tropicum contingit, extenditurque inter Oceanum Æthiopicum & mare Rubrum. A Septentrione habet Nubiæ & Bugiæ populos Ægypto confines. Ab Ortu mare Rubrum, à meridie Lunæ montes, ab Occaſu regnum Manicongi, Nigrum amnem, Nubiæ regnum & fluuium Nilum. Regna ei ſubiecta hæc ſunt, *Barnagues* ſiue Barnagaſſum, *Tigremaon*, *Tigrai* in qua vrbs *Caxumo*, *Angote*, *Amara*, *Xoa*, *Goyami*, *Bagamedrum*, *Gueguere*, *Fatiagar*, *Damur*, *Dancali* & *Dobas*. ÆTHIOPIA INFERIOR ſiue exterior eſt Auſtralis Africæ pars, Ptolemæo incognita. Eius initium eſt ad Occaſum ſupra Zaire

fluuium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

fluuium, non longè ab Æquatore, totamque complectitur littoralis Africæ partem, vltrà ipſum Æquatorem vſque ad fretum Arabicum. Regiones habet quinque, *Aianam* terram, in qua regna *Del* & *Adea*, *Magaduzzum*, Terram *Zanguibaram* cuius regna, *Melinda*, *Mombazza*, *Quiloa*, *Mozambique*, *Monœmuci*, *Ceſala*, *Menopotapa*, *Torra* & *Butua*. *Cafrorum* regionem, & *Manicongi*, cuius prouinciæ ſex ſunt, *Sunge*, *Pango*, *Songo*, *Pamba*, *Batra*, & *Pemba*, quibus adduntur regna *Angolæ*, *Loangi*, & *Anzichi*. Atque hæc omnes ditiones inferioris Æthiopiæ, incognitæ, vt dixi, veteribus, primum cæperunt noſtro orbi innoteſcerē anno Chriſti M. CCCC. XCVII, quo anno Vaſco de Gama promontorium Bonæ ſpeï prætergreſſus, Africa vniuerſa circumnauigata ad Calecutum Indiæ peruenit, viamque primus Europæis commonſtrauit ad Indias Orientales. Certè Ptolemæus vltra XVII. gradum latitudinis Auſtrinæ terras non agnouit, & extremus ipſi terminus eſt in *Praſſo* promontorio *Agyſimba* Æthiopum regionis, quod hodie vocamus *Moſambique*. INSVLÆ circa Africam nobiliores hæ ſunt. In Oceano Atlantico eſt Portus Sancti, eſt Madera, ſunt Canariæ, & Caput viride. In Oceano Æthiopico ſunt Inſula Principis, & S. Thomæ. Poſt promontorium Bonæ ſpeï in ſinu Barbarico; ſunt innumeræ Inſulæ, magna parte incultæ, præter vnam nobilem S. Laurentij, quàm indigenæ vocant Madagaſcar. Eſt & *Zocotara* inſula ad ſinus Arabici initia, ex aduerſo promontorij Guardafu. Olim tota Africa ab vltimo Nili oſtio ad fretum Gaditanum, itemque, à mari Tyrrheno ad Auſtrum vltra æquinoctialem, Eccleſijs & vrbibus Chriſtianorum conſita fuit. Et tantus terrarum tractus vni Alexandrino Epiſcopo patebat. Hodie etiam ſiquæ ſunt Eccleſiæ in illis partibus reliquæ, ſolum illum Patriarcham agnoſcunt, vt & Æthiopes Abiſsini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ÆGYPTVS antiqua & nobilis regio primum à Miſraim filio Chus, nepote Cham, abnepote Noachi culta eſt: propterea à Chamo Ægyptum *Chemiam* in ſacris Oſiridis vocatam fuiſſe arbitror, vt ab alio *Miſraim*; quam appellationem adhuc ſeruat apud Arabas qui vocant *Meſre*. Turcis dicitur *Elquibet* vel *Elchebit*. Agellius autor eſt olim dictam fuiſſe *Aëriam* lib. XIV. cap. 16. Teſtatur idem & Stephanus. Euſtathius in Dionyſium. ἐκλήθη δὲ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Ἀερία, καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία, διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι. καὶ Ἀερία μὲν καὶ Ἀετία ἐκ τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ καλουμένου, καὶ Ὠγυγία δὲ καὶ Μελάμβωλος καὶ Ἡφαιστία. Sed Aeriæ nomen multis regionibus commune fuit, Thaſo iuſulæ, Ægypto, Libyæ, Cretæ, Siciliæ, Antiochiæ, Cypro, teſte Heſychio. Terminos eius antè in Africæ deſcriptione poſuimus: ab Oriente enim rubro mari Aſſyriæque coniungitur, ab Occaſu Cyrenen & Africæ reſiduum habet, à Meridie vſque in Æthiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Ægyptium. Inferiorem eius partem Nilus dextra læuaque diuiſus amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco CLXX. mill. paſſ. interuallo. quam ob cauſſam inter Inſulas quidam Ægyptum retulere, ita ſe findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græcæ litteræ Δ vocabulo appellauere Ægyptum. Superior contermina Æthiopiæ, *Thebais* vocatur, extenditurque vſque ad Syenen quæ nunc eſt *Aſna*. Diuiſa fuit ab Alexandro Macedone in Nomos ſiue oppidorum præfecturas, quales Herodotus ponit XVIII. Strabo vnam amplius. Ptolemæus XLVI. Plinius L. qui etiam addit quaſdam nomina permutaſſe, vt proinde non ſit putandum tot Ægypti olim pręfecturas fuiſſe quot apud Hiſtoricos nomina poſſunt colligi, quum eiuſdem pręfecturę plura nomina eſſe potuerint. Leo Africanus autor eſt à Mahumetanis

KB Den Haag

in tres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

164



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

in tres prouincias diuiſam eſſe. *Sahiam*, quæ eſt ſuperior, ſiue Thebaïs, à finibus Bugiæ ad Cairum vſque. *Errifiam*, quæ eſt pars Occidentalis à Cairo ad Roſettũ : *Maricmmam*, quæ eſt pars Orientalis. NILVS quem Homerus διοπετῆ vocat, vt rectè notauit Iuba rex, originem in monte inferioris Mauritaniæ non procul Oceauo habet, lacu protinus ſtagnante, quem ipſe ait vocari Nilidem. Inuenit iam olim Iuba quod alij multi quæſiuere, & in rei memoriam, Cæſareæ in Iſæo lacum à ſe depictum dicauit. Eum lacum hodie vocant *Zaire*, ſuntque in eo etiam crocodili, quod argumentum eſt Nili ortus. Situs autem eſt inter regnum Manicongi & Benomotapæ ſub gradu XI. altitudinis Poli Auſtrini. Obſeruatum eſt, prout eam partem niues imbreſue ſatiauerint, ita Nilum increſcere. Cuius rei cauſſam inueſtigant Seneca Natur. Quæſt. lib. IV. cap. I. & II. Herodot. lib. II. Diodor. Sicul. lib. I. Biblioth. Heliodorus lib. II. Æthiopicôn. Plinius lib. V. cap. 9. Solinus cap. XLV. Ex hoc Lacu profuſus longo curſu varias regiones & ſqualentia arenis loca percurrit, poſtea mnltas efficit inſulas, quarum clariſsima eſt *Meroë*, quæ nomen quarto parallelo Ptolemaïco dedit : eius ramum dexterum dicit Plinius vocari Aſtuſapen, læuum Aſtaborem : nec ante vocari Nilum, quam ſe totum aquis concordibus rurſum iunxerit. Tandẽ incluſus montibus, torrentibus & properanribus aquis ad locum Æthiopum vehitur qui *Catadupe* vocatur, ibi inter occurſantes ſcopulos non fluere ſed præceps catara cte ruere creditur, tanto fragore, vt accolæ ſoni vehementia ſurdeſcant.

------- quis te tam leue fluentem
Moturum tantas violenti gurgitis vndas
Nile putet? nam quum lapſus abrupta viarum

Excepere tuos, & præcipites Cataractæ,
Ac nuſquam vetitis vllas obſiſtere cautes
Indignaris aquis, ſpuma tunc aſtra laceſſis.
Cuncta tremunt vndis: ac multo murmure montis
Spumeus inuictis caneſcit fluctibus amnis.

Ditionis Ægypti eſſe incipit a fine Æthiopiæ Syene. Poſt efficit illud Græcorum Delta, & diuiſus in oſtia ſe in mare effundit. Oſtia hodie ſunt quatuor, è quibus duo nauigabilia, *Peluſiacum* vbi Damiata, & *Canopicum* ſiue Heracleoticum vbi *Roſettum.* Certis etiam diebus auctu magno totam ſpatiatus Ægyptum fœcundus innatat terræ, pluuiarum (quibus caret Ægyptus) inopiam compenſans. Initium eſt VII. Iunij; finis poſt diem quadrageſimum, non poſt centeſimum vt ſcribit Herodotus. Maior autem lætitia gentibus, quo minus terrarum ſuarum vident: nam quæ inundantur ſunt fertiliſsima, cætera ſterilia; & quo altior Nilus, eo ſolum fœcundius. Auctus eius per puteos menſuræ notis deprehenduntur. Iuſtum incrementum eſt cubitorum XVI: ſi vlterius increſcat, abſumuntur tempora ſerendi; ſi minus, non rigatur pro ſiti. In XII. cubitis famem ſentit; in XIII. etiamnum eſurit. XIV. hilaritatem adferunt, quindecim ſecuritatem, ſedecim dilicias. Maximum incrementum fuiſſe memorant XVIII. cubitorum Claudio principe: minimum quinque, bello Pharſalico, veluti necem Pompei flumine auerſante. Vt quæque liberata eſt aquis terra ita feritur. Oppida, quia eminentiore loco ſita ſunt, vndas deſpiciunt. Litteræ Nili efficiunt numerum D. C. LXV. totidem ſcilicet quot ſunt in anno dies. N. 50. E. 5. I. 10. Λ. 30. O. 70. Σ. 200. Fœlicitatem ſoli expreſsit Lucanus quum inquit,

Terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iouis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Tibullus

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Quos verſus Seneca manifeſto memoriæ lapſu adſcripſit Ouidio lib. I V. Natural. Quæſt. cap. 2. Primi Ægyptij numerandi & ſubducendorum calculorum rationem inuenerunt. Plato in Phædro πεττείαν adijcit, & κυβείαν. Artes à ſe inuentas non facile docebant, atque idcirco eos Strabo vocat δυσμεταδότους. Suilla antiquitus abſtinuere: non quod carnibus humanis ſues etiam veſci animaduertiſſent, vt prodidit Ælianus lib. x. de animalibus : aut quod vtilem ſibi hanc beſtiam putarent ad proculcandam roſtroque fodiendam humum ſataque adobruenda, vt volunt Eudoxus & Calliſtratus apud Plutarchum I V. Sympoſiacôn : aut quod eius carnis eſum contagioſum, vitiligines, lepras, cutiſque aſpredines conciliare crederent, vt Manethon voluit, & poſt eum Tacitus : ſed ſumpto à Iudæis ritu, qui Moſaïcæ legis edicto ſuillæ eſu abſtinebant ; vt nimirum allegorico tropo abſterrerentur à lutulento peccatorum cœno. Eſt enim ſus animal impuriſsimum, & cui anima pro ſale tantum data eſt ne puteſcat, vt eleganter ſcripſit Varro. Opes fuere immenſæ ; quod ex Labyrinthorum, Obeliſcorum, Pyramidum, Nauium, Sphingis, aliorumque iſtiuſmodi operum ſtructura facile iudicare licet: nunc autem multum acciſæ ſunt. Ingenia incolarum acria, Mathemathicis artibus & Medicinæ dedita, ſuperſtitioſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Quis neſcit Voluſi Bythinice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibin.
Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci.
Dimidio magicæ reſonant vbi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.
Illic ceruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum & cape nefas violare & frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hac naſcuntur in hortis
Numina!

Primi Ægyptij Monachorum, atque Eremitarum examina profuderunt. Ab horum antiqua & inueterata conſuetudine (vt rectè obſeruauit Maginus, Bononienſis Gymnaſij Mathematicus) in Eccleſia cæperunt eſſe lineæ veſtes, raſa ſacerdotum capita, vertigines in altari, pompa ſacerdotalis, Muſica modulamina, adorationum & precum numerus, aliaque id genus complura. Vinum vbique non habent. Eius loco veteres, vt autor eſt Dion Academicus, hordeaceo potu ſeſe explebant, eoque ita exhilareſcebant, vt in cantiones & tripudia ſoluerentur. Columella eo reſpexit, libro IX. *Vt Peluſiaci proritet pocula Zythi.* Similia habet Plinius lib. XIV. cap. 22. & lib. XXII. cap. vlt. Vrbes eorum ſub Amaſide creduntur fuiſſe XX. mille. Diodorus ter mille

mille ſuo æuo ſuperfuiſſe teſtis eſt. Celeberrimę fuerunt *Syene*, *Thebæ*, quę & *Dioſpolis*, *Tentyra*, *Heliopolis*, *Memphis*, *Babylon*, *Alexandria*, *Peluſium*. S Y E N E nunc *Aſna* dicitur, ſita ſub tropico Cancri: in hac puteum habuerunt Mathematici profundiſsimum, quem rectis lineis ſol totum illuſtrabat quum eſſet in principio Cancri. Hoc voluit Lucanus libro II. *Umbras nuſquam flectente Syene.* T H E B A E conditæ à Buſiride rege ambitu C X L. ſtadiorum, vt refert Herodotus, centum portis, alijſque ædificijs publicis priuatiſque inſignis, iam olim eſſe deſijt. Homerus, Αἰθ᾽ ἑκατόμπυλοί εἰσὶ, διηκόσιοι δ᾽ ἀν᾽ ἑκάστῃ, Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν. Dicta eſt poſtea Dioſpolis, Vetuſtiſsima ſcholia Odyſſeæ. Θῆβαι πόλις Αἰγύπτου, ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις. Hinc ergo Διοσπολίτης νομός. T E N T Y R A ab inſula Nili nomen habet: incolæ Tentyritæ, qui naturæ genio crocodilis aduerſi ſunt. Strabo autor eſt, quum crocodili Romam primum in ſpectaculum allati eſſent, Tentyritas comites fuiſſe, qui ex piſcina aliquando eos in ſolem apricum protrahebant ſpectandos, interdum retrahebant in aquam. Plinius lib. VIII. cap. XXX. *Quin & gens hominum eſt huic belluæ aduerſa in ipſo Nilo, Tentyritæ, ab inſula in qua habitant appellati. Menſura eorum parua, ſed præſentia animi in hoc tantum vſu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax contra inſequentes: Sed aduerſum ire ſoli hi audent. Quinetiam flumini innatant, dorſoque equitantium modo impoſiti, hiantibus reſupino capite ad morſum, abdita in os claua, dextera læuaque tenentes extrema eius vtrinque vt frænis in terram agunt capitiuos, ac voce etiam ſola territos cogunt euomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaque vni ei inſulæ crocodili non adnatant, olfactuque eius generis hominum, vt Pſyllorum ſerpentes, fugantur.* Vide etiam Senecam lib. IV. Natur. Quæſt. cap. 2. H E L I O P O L I S à filijs Iſraël ædificata eſt. M E M P H I S olim Arſinoë, regia vrbs, ad Nili diuergia condita ab Ape teſte Euſebio, qui & Inachus dictus eſt, ſi Epiphanio credimus. Apollodorus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Iodorus tamen ab Epapho Ius filio conditam ſcribit, cui adſtipulatur Hygenus: inter quam & Arſinoïten nomon in Lybico turres ſunt quæ pyramides vocantur: hanc hodie vocant CAIRVM vel ALCAIR. Vrbs eſt trianguli forma exſtructa, ambitu plus quam octo milliarium; Incolunt eam Turcæ, Ægyptij, Arabes, Iudæi, alijque. Scaliger

Pene etiam ad nigram Memphis porrecta Syenem,
Pene etiam Nilo longior ipſa meo.
Inueni tamen extremo ſub margine finem,
Sic ſperare animo, & te decet eſſe tuo.
Africa cur poſita eſt vobis pars tertia mundi,
Tertia quando orbis pars ego ſola forem?

BABYLON paullò ſupra Cairum ponitur à Bellonio, conſpiciunturque adhuc eius ſplendidorum ædificiorum ruinæ. Hic nunc eſt Chriſtianorum pagus. Quarto à Cairo milliari loco in deſerto ſunt *Pyramides*, quarum maxima gradibus foris prominentibus adſurgit: gradus ſunt CCL. ſingulis altitudo eſt quinum pedum. Singula latera paſſus habent CCC. XXIV. In ſumma pyramide planities eſt capax hominum L. in hac conſiſtens peritiſsimus robuſtiſsimuſque aliquis ſagittarius, telum nunquam ita emittet, vt extra baſim pyramidis cadat. Ex quo quanta huius operis vaſtitas ſit, cogitari poteſt. Sunt & aliæ duæ magnæ moles; & præter has minores aliquot, quæ nullum tanto temporis tractu vitium fecerunt. Haud procul inde Coloſſus eſt Sphingis ab Herodo & Plinio deſcriptus. ALEXANDRIA celebris olim & ſplen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& ſplendida vrbs, condita à Magno Alexandro. Meratus eſt illam Dinochares architectus iuxta Mareotin lacum, ad effigiem Macedonicæ chlamydis. Turcæ vocant *Scanderiam*. Eſt in ea Pompeij columna ex Thebaïco marmore: ac prætereà obeliſci duo, quorum alter integer & erectus, alter fractus. Ex aduerſo PHAROS, Cæſaris Dictatoris colonia. Initio inſulam fuiſſe ſcribunt Homerus & Herodotus; ſed huius ſententiæ vanitatem arguit ipſe loci ſitus, in duriſsimis cautibus, rupibuſque à natura datis ad mare præcludendum. Iuncta fuit ponte Alexandriæ, nunc planè eſt continua: ex ea nocturnis ignibus curſum nauium dirigebant. Quinque inde dierum itinere Africam verſus ſunt ſolitudines Macarij, & Antonij, quas *Caloieri* hodie incolunt. PELVSIVM hodie vocant *Damiatam*, cuius quondam captæ gloria noſtris Harlemenſibus debetur; Vrbs eſt potens, opulenta, commodo portu, & nauium frequentia celebris, ad Nili oſtium Peluſiacum. Sunt etiam præter has vrbes in Ægypto aliæ. *Roſetta*, in qua Veneti conſulem habent. *Michale*, quæ Cairo par eſt. *Fuoa*, aliæque. TROGLODYTÆ inter Ægyptum & mare rubrum ſpeluncas incolunt, à quibus etiam nomen habent. Ptolemæus eos vocat Arabas Ægyptios Ichthyophagos, Homerus vt rectè monet Strabo Ἐρεμβοὺς.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

165



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

MARE RVBRVM, Erythræum, ſinus Arabicus, ὁ Ἀραβιος κόλπος, idem valent: in ſacris dicitur carectoſum: Ebræis *Iam Suph.* Arabicum vocant propter vicinam Arabiam. Rubrum ſiue ἐρυθραῖον ab arena eius coloris, vel à vicinis montibus rubris, in quos ſol radios emittens videtur ipſum etiam mare inficere. Huius ſententiæ eſt Vranius quem citat Euſtathius. Sunt qui à rege Erythræ Perſei & Andromedæ filio nomen aquis inditum putent. Curtius libro VII. *Mare rubrum nec colore quidem abhorret à cæteris, ſed ab Erythra rege inditum eſt nomen.* Philoſtratus libro III. vitæ Apollonij. *Rubrum mare vehementer cæruleum eſſe tradunt: denominant autem rubrum à rege Erythra, qui ex ſuo nomine mare denominauit.* Plinius hæc omnia attigit lib. VI. cap. 22. *Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod rubrum dixere noſtri, Græci Erythræum, à rege Erythra, aut vt alij, ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alij ab arena terraque, alij tali aquæ ipſius natura.* Qui locus oſtendit Latinos etiam Perſicum ſinum Rubri maris appellatione complexos fuiſſe: Manifeſtius illud indicat Mela libro III. *Rubrum mare Græci ſiue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit, ἐρύθραν θάλασσαν appellant, procelloſum, aſperum, profundum, & magnorum animalium magis quam cætera capax. Primò recedentis terræ oras æqualiter impellit, & vt non intret interius, aliquantum patens ſinus erat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit, duoſque iterum ſinus aperit. Perſicus vocatur dictis regionibus proprior, Arabicus vlterior.* Plinius lib. IX. *Præcipui vniones autem laudantur circa Arabiam in Perſico ſinu maris rubri.* Ioſephus quoque lib. I. cap. 2. antiq. ſcribit *Tygrim amnem in mare rubrum inferri.* Similia habent Strabo lib. XIV. Herodot. lib. IV. Hieronymus, alij. Hoc illud mare eſt, quod Dei iuſſu patuit Iſraëlitis, quibus duce Moſe tranſeuntibus,

Curuata in montis faciem circumſtetit vnda.

 Stupendo

Stupendo miraculo, in tam liquido elemento, & vehementi illius ſinus æſtu: Acceſsit & hoc potentiæ iuſtitiæque diuinæ argumentum, quod Iſraëlitis ſeruatis, Pharao cum vniuerſo exercitu aquis hauſtus merſuſq; perijt. Sinus vtrimque vadoſus eſt, intercedente medio alueo profundiſsimo, quo ad *Sues* vſque vrbem in extremo receſſu ſitam, magnis nauibus via eſt: habetque adeò in ea vrbe Turca ſua naualia, & ſtationes oportunas. Periculoſa autem eſt noctu nauigatio, propter aras latentes, & cæcas rupes quibus facile impactæ naues hauriuntur. Poſtquam ad *Chameran* inſulam ventum eſt, apertiore deinceps mari, & canali vaſtiore facilis eſt curſus. *Chameran* inſula eſt haud inelegans, cuius peridromus eſt x. mill. paſſuum, videturque olim fuiſſe maior quam nunc ſit, adeſis longo temporis tractu littoribus. Forte hæc illa eſt inſula cuius meminit Arrianus libro octouo rerum Alexandri, quamque ipſe vocat Cataractam. Nearchus autor eſt, in ea inſula monumentum parantiquum fuiſſe, in quo ſcriptum, eum qui primus imperium eius inſulæ habuiſſet, Erythrum fuiſſe appellatum, & ab eo mare Erythræum. Hodie incolunt Mahumetiſtæ, habentque oppidum ſatis frequens & elegans. Eſt & Samaritarum quædam inſula in eodem ſinu, cuius meminit Geographus Arabs. Poſt eam (inquit) eſt inſula Samaritarum, quam incolunt quidam Iudæi Samaritæ. Argumento eſt, quod vnuſquiſque eorum dicat quoties aliquis applicat ſe ad eos NEATTINGAS. Et hoc quidem ſermone cognoſcitur, quod ipſi ſint ex ijs Iudæis, qui cognominantur Samaritæ, complices vituli in ſæculo Moſis, ſuper quem ſit pax. Ab extremo oſtio maris rubri, quod vocant *Cabo de Guadafu*, ad *Sues* vſque milliaria ſunt CCC. LX. Inde ad mare Mediterraneum XC. vel vt Strabo ſcribit, iter tridui: Idem tamen longitudini dat ſtadiorum quindecim millia, latitudini mille. lib. I.

SVPERIOREM ſiue interiorem Æthiopiam hodie poſsidet Abiſsinorum Princeps, qui magno errore, ſed tamen recepto ab Europæis, vocatur Preſbyter Ioannes, *Prete Gianni.* nam hic nunquam in Africa regnauit: ſedes eius fuit prouincia Tenduc Aſiæ quæ in Tartaria à nobis poſita eſt, ſuntque eius prouinciæ incolæ Chriſtiani Neſtoriani. Conſtat quidem ante CCC. annos quoſdam Æthiopes reges in Aſia præſertim in Prangiana, finibus Suſianæ & Indię latè imperaſſe; Sed non fuit diuturnum iſtud imperium. Nam imperatores Tartarorum eos tota Aſia depulerunt, victos prius vt aiunt à Cingi Tartarorum rege. Principem Abiſsinorum Mauri vocant Arabicè *Elhabaſchi* vnde vulgò Abaſsi & Abaſſeni dicuntur; ipſi ſubditi *Acegua* vel *Neguz*, quod valet Imperatorem vel Regem. Vranius apud Stephanum Ἀβασηνὺς locat in Arabia thurifera: quod etiam argumentum eſt Abaſſenos iſtos non eſſe αἰθίοπας αὐτόχθονας, ſed ex Arabia illuc traductos. In Seueri quoque Imperatoris numiſmate legimus ΑΒΑΣΗΝΩΝ. Atqui Seuerus numquam Æthiopicus dictus fuit, ſed Arabicus. Rex ſe Dauidis ortum ſtemmate gloriatur, vtitur autem plerumque iſtiuſmodi inſcriptione. *N. N. Supremus meorum Regnorum, à Deo vnicè dilectus, columna fidei, ortus ex ſtirpe Iuda, filius Dauid, filius Salomonis, filius columnæ Sionis, filius ex ſemine Iacob, filius manus Mariæ, filius Nahu ſecundum carnem, filius ſanctorum Petri & Pauli ſecundum gratiam, Imperator ſuperioris & minoris Æthiopiæ, & ampliſſimorum regnorum, iuriſdictionum, & terrarum, Rex Noæ, Caffares, Fatiger, Angolæ, Baru, Baliguaza, Adeæ, Vanguæ, Goyamæ vbi Nili fontes, Amaræ, Bagnamodri, Ambeæ, Vanguci, Tigremahon, Sabaim patriæ reginæ Sabæ, Barnagaſſi, & dominus vſque in Nubiam quæ in AEgyptum extenditur.* Patriarcha ipſorum vocatur *Abuna:* Gentem ipſam Æthiopas vocamus, ipſi ſe *Ethiopia Wian.* Sunt qui Indos vocent, neque ineptè. Ariſtoteles ſanè promiſcuè

Indorum

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

166



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Indorum & Æthiopum nomine vſus eſt in Elenchis ſophiſtarum, & Virgil. Nilum ab Indis fluere ſcribit,

Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis.

Panegyriſtes eo reſpexit. *Dent veniam trophæa Niliaca, ſub quibus AEthiops & Indus intremuit.* Æſtates duas habent, & duas hyemes, quas non frigoris aut caloris diſcrimine, ſed pluuiarũ aut ſerenitatis internoſcunt. Fluuios habent *Abanhi*, *Taccaſi*, & alios. Lacus *Zaire*, *Barcene*. Regionem incolunt veterum Æthiopum ſub Ægypto, Troglodyticam, Cinnamomiferam, & Libyæ interioris partem. Metalla habent auri: argenti, æris, ſed ea non expurgant, quia artem ignorant. Europæos omnes vocant Francos, alias gentes albas, *Ghibetes*. Chriſtum agnoſcunt coluntque, ſed ſuo ritu. Quod Chriſtianitatis ſuæ vetuſtatem à Candace regina & Philippo Apoſtolo iactant, falſum eſt. Anno enim XV. Iuſtiniani Adad rex Axumenitarum vouit, ſi vinceret Omeritarum vicinorum regem, ſe Chriſtianum factum iri. Victo rege Omeritarum, miſsis ad Iuſtinianum legatis, impetrauit ab eo Epiſcopos, qui primi omnium tunc Chriſtianiſmum in Æthiopia publicarunt. Axuma verò regia erat iſtorum principum. Ἀξουμειτῶν meminit Stephanus, & Ἀξούμων Ptolemæus. In numiſmate Alogabali Imp. legitur Α Ξ Ο Υ Μ Ε Ι Τ Ω Ν. Circumcidunt infantes, etiam fœminas: Neque id habent ex Iudaiſmo, ſed ex veteri more. Teſtis enim eſt Herodotus, Æthiopas iam olim præputia poſuiſſe. Pueris omnibus ſtatim à partu venas κροταφίτιδας inurũt, eoque facto è cerebri diſtillationibus ſe tuentur. Baptizant quadrageſimo poſt natalem die. Baptiſmum iterant quotannis die Epiphaniæ, quo die etiam baptizatis ſimul Euchariſtiam porrigunt. Sabbatum æquè ac Dominicum ab opere immune habent, veteri Chriſtianorum more, nam & in Europæis Eccleſijs idem factum teſtis Clemens lib. VIII. Canone 33. Euchariſtiam in

vino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vino porrigunt, ſimiliter antiquo ritu, quod poſteà tamen prohibitum. Vide De Conſecrat. Diſtinct. II. c. *Cum omne crimen.* Liturgiam maiore regni parte ſole occaſo celebranr. Epiſcopos vocant Græco nomine Epiſcopaſath. Sacerdotes Papaſath. Patriarcham Alexandrinum Lika Papaſath. Metropoliten, caput vrbium. Archimandriten, Dauid. Sacerdotibus & Preſbyteris liberum eſt vxorem ducere, Monachis nefas. Hi mira religione ieiunium obſeruant dierum L. quo toto tempore quidam aquis merſi vſque ad mentum vitam peragunt. Rex Abiſsinus dicitur eſſe colore albo, degit ſub tentorijs, quorum ſex millia eum ſequuntur: quoties conſedit, aula ſpatiũ implet x. vel XII. mill. Vrbes paucæ ſunt: vicatim habitatur, domibus ex creta & ſtramine compactis: templa tamen & Regias domos ex lapide exſtruunt. Porrò Æthiopas Romani primùm eo quod ex Ægypto adueherentur vocarunt Ægyptios. Regnum BARNAGVES fluuio Abanthi & mari Erythræo clauditur: vrbs primaria eſt Beroë, vel Barnæ, in qua regis vicarius degit. Hic Abiſsino regi CL. equos quotannis pro tributo pendit, cum ſerico, alijſque mercibus, Baſſę verò Turcico mille vncias auri. TIGREMAON Marabo fluuio proximum & mari rubro, quotannis pendit ſuo Imperatori CC. equos ex Arabia aduectos. TIGRAI vrbem habet *Caxumo* in regione quã vocant *Sabain*. ANGOTE regnum numo caret, vtuntur pro eo ſalis & ferri globulis. AMARA nomen habet à monte, in quo Imperatoris filij firmo & vigili præſidio ſeruantur, vt defuncto Imperatore hæres educatur. MEROES inſula hodie dicitur *Guguere*, abundatque auro, argento, ære, ferro, ebore, ebeno, gemmis, ſale: Incolæ ſunt Mahumetani & cum Abiſsinis perpetuum bellum gerunt. Ad interiorem Æthiopiam pertinent etiam Regna *Dancali* & *Dobas*, quæ à Mauris incoluntur, qui Chriſtiano nomini ſunt infenſiſsimi. Apud hos lex eſſe fertur, qua cauetur, ne quis vxorem ducat, qui non ante duodecim Chriſtianos ſua manu interfecerit.

PARS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Pars iſta Africæ quam repreſentamus veteribus Geographis Græcis Latiniſq; incognita fuit. Initium eius eſt à Zaire fluuio non longè ab Æquatore, complectiturq; reliquã Africæ partem vſque ad xxxv. gradus vltra Tropicum Capricorni. Diuiditur in quinque partes, Terrani *Aianæ*, *Zanguebar*, *Benomotapæ*, *Cafrorum* regionẽ & regnum *Manicongi*. Terra AIANA a maris Erythræi anguſtijs extenditur ad fluuiũ vſq; *Quilmancis*: regna in eo duo ſunt, *Del* & *Adea*. Illud a freto quod dixi ad promontorium Guardafu extenditur, quod Ptolemæo eſt Aromata. Vrbes habet præcipuas *Zeilam* & *Barboram*; ad hanc naues mercibus onuſtæ ex *Aden* facili traiectu veniunt, quemadmodum etiam ex regno Cambaiæ. Sequitur in littore Occidentem verſus, regnũ MAGADOXVM, cui nomen ab vrbe primaria, regio fertilis, portuoſa, amœna. ZANGIBAR a fluuio Quilimanci ad Benopotapam vſq; porrigitur, eſtq; regio humilis, paludoſa, nemoribus & ſiluis conſita. Incolæ nigri, capillitio criſpo, ingenio ſuperſtitioſo, ad veneficia & auguria dedito. Regna habet *Melindæ*, *Mombazzæ*, *Quiloæ*, *Mozambique*. Melinda vrbem habet ſui nominis, ad littus, loco opportuno, recipitq; naues Cambaienſes. Incolitur a Mauris, qui Portugalenſium amici ſunt: oues hic ſunt maximæ, quarum caudæ ſæpè XXII. ſæpè etiam XXX. libras pendunt. Mombazza a Melinda vrbe abeſt LXX. milliaribus, vrbem habet in inſula. Quiloa etiam in inſula ſita eſt: Capta fuit a Portugallenſibus, quibus etiam nunc tributum annuum pendit M D. marcarum auri. Mozambiqua, regio littoralis, Inſulam habet ex aduerſo ſitam, interuallo dimidij milliaris, curuo vt continens littore, de qua in proxima deſcriptione. *Monœmugi* regnum mediterraneũ eſt, tangitq; orientali parte regna Mombazæ & Quiloæ. In hoc regno metalla ſunt auri præſtantiſsima: incolæ tamen moneta non vtuntur, ſed eius loco globulos habent rubeos vitro ſimiles: ad hoc regnum pertinet Agag. COFALA regnum exiguum eſt & maritimum, inter Cuama fluuium, & montem

Manicam:

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

167



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Manicam: Portugallenſes hic arcem habent ad mercimoniorum ſuorum ſecuritatem; petunt enim iſtinc aurum & elephantium dentes. BENOMOTAPA ſonat Imperatorem: regnum igitur à rege nomen habet ſecus quam alijs regionibus fieri ſolet. Solum eſt fertile, amœnum, tropico Capricorni ſubiectum: amnes habet auriferos, & in ſiluis maximam elephantium copiam. Incolæ nigri, capillitio hirſuto, bellicoſi, agiles: idola non habent, ſed vnum Deum colunt, quem ipſi *Mozimo* vocant. Tempore Sebaſtiani Portugalliæ regis imperator Chriſtianæ religioni initiatus baptiſmum ſuſcepit, ſed non multò poſt ad ingenium reuerſus Conſaluum Siluam Ieſuitam occidit. Regni ditio vſque ad *Caput bonæ ſpei* portenditur. Præcipua vrbs eſt Benomotapa, ſedes regia ad flumen Sancti Spiritus. Subeſt huic regnum *Butuæ*, in quo metalla auri famoſiſsima, & nobile illud amplum ac vetuſtum ædificium *Simbaœ*, quadrata forma ex grandibus ſaxis exſtructū. CAFRARIÆ littus primū ab Monopotapa Auſtrum verſus, poſteà rectà ferè lineà ad Septentrionem adſurgit, inclinans nonnihil ad occidentē: angulus conſtituit Promontorium, quod à Vaſco Gama anno M. CCCC. XCVIII. primum ſuperatum eſt, tempore Ioannis Portugalliæ regis. Promontorium ipſum tribus angulis exſtantibus prominet, qui vocantur *C. das Aquilhas, Cabo de bona Eſperanca*, & *Cabo falſo*. Eſt autem hoc loco periculoſa & anceps nauigatio: concurſantibus vndis & nauem quaquauerſum ferientibus. Circa promontorium aqua eſt viridior, volitantque aues quas Luſitani vocant *Mangas de vellugo*, id eſt manicas holoſericas, certa terrarū vicinarum argumenta. *Caput das Aguilhas* diſtat à promōtorio bonæ ſpei XX. mill. Superati promontorij ſigna ſunt trunci craſsioris arundinis fluctibus innatantes, & aues *Feiſoins* albæ, nigris maculis interſtinctæ. Dicitur autem tota iſta regio Cafaria, gentis idiotiſmo, quibus *Caferes* ſignificat exlegem: ſunt enim legum expertes. De regno MANICONGI ſingularem tabulam exhibebimus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

168



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

MOZAMBIQVE oppidi nomen eſt, in inſula Praſio, paruo quidem ſed tuto portu. In continéti ad dexteram ſunt aurifodinæ Soffalæ, ad ſiniſtram illuſtris ciuitas *Quiloa*. Inſula longa eſt dimid. mill. Solum planum, arenis albicantibus: fert palmas Indicas, & nuces, mala Aſſyria, Citrum, & Ficus Indicas, boues, oues, capreas, ſues. Gallinæ hic plumis, ſanguine, carne, oſsibus nigris ſunt: ſed ſapore optimo. Aqua petitur grandibus dolijs è continentis loco quem vocant *Cabacetra*. Orientem verſus arx à Luſitanis exſtructa eſt, in qua Dux cum paucis comitibus moratur: in oppido ſunt vt plurimum XL. aut L. familiæ Luſitanorum: Cælibi illic viuere non licet, ne inſula incolis deſtituatur. Habent etiam arcem *Soffalæ* ad aurifodinas. Dux, qui, vt dixi, in arce inſulæ degit, Soffalæ ſuum habet Vicarium: vtriuſque munus durat triennium: quo elapſo alij ſubſtituuntur. Eliguntur verò ij qui bonam Regi Portugalliæ operam in nauigationibus Indicis præſtiterunt, eſtque hoc munus honorarium. Compendia Ducis ampla ſunt. Vno triennio conſtat collectos fuiſſe à Numo Velio Pereira 30000. Ducatos, hoc eſt auri tonnas nouem. Hos reditus colligunt ex aurifodinis Soffalæ & Monopotapæ. Ex Mozambiqua in Indiam ſemel quotannis navigatur, Auguſto menſe vt plurimum, quo ſecundi venti flant. Aprili remeant, vento iterum ſecundante. Tempeſtiuitates iſtas vocant *Monſſiens*.

KB Den Haag

169



26 1/4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

INSVLAM MADAGARCAR M. Paulus Venetus inter ditiſsimas totius orbis inſulas refert. Luſitani quod eò primum delati eſſent feſto B. Laurentij, vocauerunt S. Laurentij inſulam. Ambitus eſt quatuor millium milliar. Longitudo maior quam Italiæ. Eſt autem omnium rerum ad humanam vitam neceſſariarum abundans: profert enim oryzam, goſſypium, ſaccharum, limones, cariophyllum, zingiber, crocum, ſantalum rubrum, aliaque permulta. Elephantorum etiam copiam habet ingentem, & camelorum, quorum carnes habent in delicijs. Leones etiam, leopardos, ceruos, damas, capreas, gallinas nutrit. Incolæ partim Mahumetani ſunt, partim Gentiles, & reguntur à quatuor ſenioribus. Vrbes non habent, ſed vicatim habitant. Loca præcipua ſunt *Antipera*, *Manitenga*, *Manapatan*, *Mananiara*, *Mamainfo* ad quam ſiluæ ſunt ſantali, *Antongil*. Vilitas rerum maxima. Noſtrates nautæ pro vno ſtanneo cochleari ſæpe integrum bouem, ſæpe tres oues aut ſex ab incolis acceperunt. Boues gibbum habent ex ſebo: oues, caudas duodecim librarum aut amplius. Præfectus oræ Antongil qui ſe noſtris nautis ſpectandum exhibuit, cornua habebat capiti adfixa: id genti decus conciliat, hoſti terrorem, vt putant, incutit. Potus ipſis ex melle & oryza, quo ſæpè ad dementiam vſq; inebriantur. Color incolis ater, forma concinnior quam Æthiopibus: ſunt tamen etiam candidi quidam quos ex China eò delatos putant.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

170



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BARBARIA ab Ægypto ad fretum vſque Gaditanum pertinet, complectiturque Mauritaniam vtramque, Tingitanam ſcilicet & Cæſarienſem, Africam propriè dictam, Cyrenaïcam, Marmaricam, cum Libya exteriore. Incolæ dicuntur Barbari, à murmure inconcinno, qui Arabibus vocatur *Barbar*, eo quod Numidarum ſermo Arabibus talis videatur: quanquam potius à deſertis dictos reor, *Bar* enim Arabibus deſertum. Nec defuit Africanis quod reponerent pro conuitio. Illorum enim nationem ipſi *baaratu*, noxiam & malignam vocauerunt. Coluerunt hæc loca primum Phœnicum coloni, alijque qui ex Aſia aut Ægypto eo deuenerunt: poſteà paruit Romanis, tum Græcis Imperatoribus, deinde Vandalis, Saracenis, Arabibus: nunc partim Turcæ ſubeſt, partim proprio Seriffæ: Hiſpaniarum quoque Rex arces quaſdam in ea poſsidet. Regna omnino quinque ſunt, *Marocci*, *Feſſæ*, *Teleuſinum*, *Tunetanum* & *Barca*. MAROCCI regnum inter Atlantem & Oceanum iacet, nomenq; habet ab vrbe Marocco. Regio omnis abundat frugibus & leguminibus omnis generis, armentiſque & gregibus, itemque oleo, melle, ſaccharo, & capris, quarum pelles *Marocchini* dicuntur; villi, vtiliſsimi ſunt ad pannos contexendos quos vocant *Camelottos*. Prouinciæ ſunt *Hea*, quæ ad ortum clauditur Fl. *Eſſinalo*, ad meridiem Atlante, ad occaſum & Septentrionem Oceano; eſtque regio aſpera, montoſa, nemoroſa, diues, & incolis frequens. *Suſa*, ad Septentrionem Atlantem habet & oppidum *Hea*, ad Ortum fluuium Sus, regio eſt fertilis, amœna, diues. Auri metalla ſunt in monte *Ilalemo*. Præcipuum oppidum Tarodantum in quo Angli & Galli mercatores degunt, & ferrum, ſtannum, plumbum ſaccharo commutant. *Marocci territorium* cultiſsimum eſt, armentis & pecoribus abundans. In hac vrbs eſt *Maroccum*, quod Bocanum Himerum Ptolemæi fuiſſe quidam ſuſpicantur; ampla quondam & celebris, nunc frequentibus Arabum vexationibus attrita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Guzzula ad Septentrionem Atlanti adhæret, ad ortum Heæ iungitur. Oppida hic & arces vallo carent. pagi frenquentes, ampli, diuites: regio omnis incolis referta; *Duccala, Haſcora, Todles* etiam ad Marocci regnum pertinent. FESSANVM regnum potentiſsimum eſt; eius terminos poſuimus in deſcriptione Africæ. Metropolis eſt vrbs Feſſa, Maurorum caput, pulcherrima, & populo frequentiſsima, muris cincta & montibus: mediam interluit fluuius *Fez* qui vrbi nomen dedit. In hac pulchra ſunt & ampla ædificia publica priuataque, templa item, & Collegia & Xenodochia. Templa ſunt DCC. in quibus magnifica & ſplendida L. Summum templum quod vocant *Carauuea* ambitum habet ſeſqui milliaris: portas amplas atque altas XXX. In hoc templo ſingulis noctibus CM. lucernę accenduntur. Reditus templi in ſingulos dies feruntur eſſe ducentorum aureorum. Collegia in quibus ſtudioſi artibus, medicinæ, legibus operam dant, permulta ſunt. Vnum præ cæteris nobile, in quod exſtruendum Rex Habu Henon quadringenta octoginta aureorum millia effudiſſe dicitur. Artificum & mercatorum officinæ infinitæ ſunt. Mercatores ſeorſim habitant in parte vrbis muro portiſque ſecluſa. Portæ ſunt XXII. vici XV. Haud procul ab hac vrbe eſt Feſſa vetus. TELEVSINVM regnum quod vocant Tremiſen, eſt Mauritania Cæſarea. Longitudo eius ab Ortu in Occaſum eſt CCC. LXXX. milliarium. Latitudo arcta, milliarium XXV. à deſertis ſcilicet Numidiæ vſque ad mare Mediterraneum. Raras habet vrbes, raras arces, agrum fœcundum & lætum. Metropolis eſt Teleuſina, quondam ampla, nunc magna ex parte collapſa. Duos habet portus cum arce. Victa primum eſt ab Hiſpano, poſteà à Turca. In eodem tractu eſt *Algira*, vrbs ampla & probè munita. Hæc à Teleuſino rege primum defecit, & Bugiæ regi tributum ſoluit: poſteà hoc deſerto Ferdinandum Hiſpaniæ regem admiſit. Denique capta à Barbaroſſa, imperio Ottomanico adiecta eſt.

Celebris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

eſt naufragio Caroli v, triſti Chriſtianorum captiuitate, & piraticis excurſionibus Turcarum. Ferunt in ea x x v. mill. Chriſtianorum duram ſeruitutem ſeruire. Hodie ita præſidijs firmata eſt, vt humana ope vix poſsit ex pugnari.

DESCRIPTIO REGNI TVNETANI.

REGNVM TVNETANVM continet Africam propriè dictam & Numidiam antiquam. In hoc ſunt vrbes, *Bugia* ampla & copioſa, quam Petrus Nauarrenus expugnauit ſpoliauitque anno M. D. VIII. hodie autem pulſis Hiſpanis occupat Turca: *Conſtantina*, quæ creditur Cirta fuiſſe, regia Maſiniſſæ, vrbs locuples, amœna, muris altiſsimis præcincta. Extra vrbem arcus triumphales aliaque vetuſta Romanorum opera ſpectari poſſunt. In eodem tractu centum penè mill. à mari mediterraneo eſt *Bona*, ſiue Hippona, cuius Eccleſiæ B. Auguſtinus præfuit. *Tunetum*, vulgo *Tuneſi*, eſt Themiſa Ptolemæi: initio paruum oppidulum fuit, ſed poſteà creuit ex ruinis Carthaginis. In ea templum eſt Mahumetanorum *Ameth Benatos*, quod mira veneratione colunt: eſtque certiſsimum reorum aſylum. Genuenſes, Veneti, alijque mercatores vrbem frequentant. Ad fretum ſtagni vicini quod Tunetum ducit, ſita fuit *Goletta* ars, capta à Carolo V. deſtructa ab Vchialia Baſcia, De Tuneto ita Scaliger,

Inuide demolire altas Carthaginis arces
Quem ſors æqualis, parque futura manet.

KB Den Haag

 En te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

171



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

En te inuito iterum florens, exciſa renaſcor.
Te non vinco ego, nec me tamen ipſa premis.

Carthago condita à Phœnicibus multis ante Romam annis, ampla, potens, diues, Romæ æmula, arcem habuit *Byrſam*, media vrbe ſitam, exſtructam à Didone, cuius ſpatium creditur fuiſſe duorum mill. paſſuum nimirum

Taurino quantum potuit circumdare tergo.

Vrbis totius ambitus fuit XXII. mill. eamque totam ferè mare cingebat. Situm luculenter deſcribit Appianus in Punicis, cuius & hoc eſt. Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ᾤκισαν, ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Imperium eius non in Africa tantum ſed in Europa longè lateque patuit: Hiſpaniam enim à freto ad montes vſque Pyrenæos domuit: Italiam Siciliamque longo bello fatigauit: Tandem à Scipione capta totos dies VII. arſit. Reſtituta eſt à C. Cæſare: poſteaque à Vandalis, Gothis, Saracenis iterum iterumque vaſtata adeò vt nunc deſerta magna ex parte ſit, ac præter rudera & aquæductus aliquot vix habeat quicquam priſcæ maieſtatis. Incolis tamen in miſera fortuna aiunt faſtum Punicum adhuc inhærere. Auſonius,

Prima vrbes inter diuum domus aurea ROMA,
CONSTANTINOPOLI *aſſurgit Carthago priori,*
Accuſat CARTHAGO *Deos, iam plena pudoris*
Nunc quoque ſi cedat, Romam vix paſſa priorem.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

172



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

NIGRITÆ dicuntur accolæ fluminis Nigri, qui mediam regionem præterfluit, Nili inſtar agros vicinos fœcundans. Creſcit hic, vt & Nilus, menſe Iunio, totos dies XL. quibus per regionem vicinam navigare licet. Ita limo obducta tellus miro proventu rerum luxuriat. Hic vocatur Claudiano Gis vel Gir, in Paneg. Stiliconis

Et Gir notiſſimus amnis Æthiopum.

Puto etiam apud Sidonium Appollinarem ſic ſcriptum fuiſſe

Indorum Ganges, Gothorum Phaſis, Araxes
Armeniæ, Gis Æthiopum, Tanaiſque Getarum.

Pro eo quod nunc legitur *Tagus Æthiopum.* Quid enim Hiſpaniæ flumini apud Æthiopas? Circa flumen planities ampla, nulli montes aut colles, ſiluæ frequentes, quibus elephanti paſcuntur. Crebri lacus, qui ex Nigri inundatione dicuntur remanſiſſe. Aër ſaluberrimus, adeò vt morbo Hiſpanico laborantes ſi in eam regionem deferantur certò conualeſcant. Sermo Nigritis varius, pro cælo & ſolo. Religio non vna: Sunt in mediterraneis Chriſtiani, Mahumetiſtæ, Gentiles. Maritimi verò omnes idola colunt. Reges Nigritarum ſunt tres. Tombuti, Borni, & Gaogæ: Gualatæ etiam proprium regem habent, Color omnibus nigerrimus. GVINEÆ regnum inter *Gualatam, Tombatum,* & *Melli* ſitum eſt, à Nigro flumine ad Oceanum vſque Æthiopicum. Eſt autem hordeo, oryza, goſſypio, piſcibus, ouibus, auro atque ebore abundans. Fructus præter dactylos nullos habet, ſed eos ex Numidia aut Gualata incolæ petunt. Arcem, oppidum, vrbem, non habent. Pagum vnum duntaxat ampliſſimum, quem Principes, ſacerdotes, doctores, mercatores incolunt: Cæteri ſparſim degunt. Quadrupedum auiumque ingentem habent copiam præſertim vero pauonum & pſittacorum cinericiorum. Habent & minutas quaſdam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

aues quæ ex arborum ramis pendulum ſibi ipſæ nidum ſingulari arte conſtruunt. Aër Guineæ noſtris corporibus noxius eſt, tum ob caloris intemperiem, tum propter pluuias, quæ putredinem pariunt & vermes. Circa *Caput Lupi Conzalui* incolæ ſolem, lunam, terram adorant. Hanc ſputo inquinare magnum apud ipſos piaculum. Cutem ſibi ipſi conſcindunt potius quam ſcarificant, & poſteà vnguento quodam colorato tingunt; bello ipſis, nobis ſtupendo ſpectaculo. Inter prandendum potu abſtinent: pranſi bibunt vel aquam vel vinum è Palma. Salutant principem in genua prolapſi, manibus comploſis: alijs inclamant *Fuio*, *Fuio*, *Fuio*. Viri iuxta & fœminæ nudo capite incedunt, quibuſdam tegmen eſt ex corticibus arborum aut nuce Indica confectum. Sunt qui ſuperius labrum ſauciatum habent, perque illud foramen & per nares eboris fruſta adigunt, hoc ipſo vt opinantur valde formoſi. Alij ex interſtitio narium, aut è labris ebur geſtant, & conchas: quidam etiam pertuſo inferiore labro linguam tanquam per os alterum exſertant. Veſtimenta contexunt ex arborum libris, hiſque, decorè ſcilicet, verenda tegunt: ex iiſdem ſtoreis non ad vſum ſed ad ornatum nexas gerunt ſimiarum aut cercopithecorum pelles, cum nola. Oculum alterum rubro colore tingunt, alterum cæruleo. Fœminæ ditiores ingentes annulos ex ferro, ære rubro, aut ſtanno cruribus nectunt: Poſtremum in ſtupida & putida barbarie mirifice ſibi placent.

REGNVM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

REGNVM CONGI a *S. Catharinæ* promontorio quod ſecundo gradu abeſt ab Æquinoctiali, Auſtrum verſus protenditur vſque ad Promontorium *Ledo*. Regnum amplum eſt, potens, opulentum. Fluuius præcipuus eſt *Zaire*, eodem lacu ortus quo Nilus. Latitudo quibuſdam locis eſt quinque milliarium: tantam autem aquarũ vim in Oceanum Æthiopicum euoluit, vt X. atque interdum XVI. milliaribus ſeruet dulcedinem: Aduerſo flumine ad quinque tantum milliaria nauigare licet: occurſantibus poſteà vndis, magno impetu, quæ è cataractis ruunt. In fluminis oſtio inſulæ quædam ſunt, quibus per vicarios ſuos Rex Congi imperat. Lembi illic ex arbore *Licondo* capaces CC. hominum. Crocodilos capiunt, & hippopotamos, & piſcem quem ipſi *Ambize Angulo* vocant, quingentarum librarum, eximij ſaporis, quem ſub pœna capitis piſcatores ad regem deferre coguntur. Sunt & alia flumina. *Lelunda* ad quam ciuitas regia Congo exſtructa eſt, *Ambrizi, Onzo, Lemba, Danda, Bengo* & *Coanza*. quorum duo poſteriora è Danda orta inſulam efficiunt *Loanda* planam ſine monte, ſine colle. In hac ſi creſcentibus vndis terram effodias, aquam deprehendes dulcem; ſi decreſcentibus, ſalſam. In eadem conchas piſcantur, quæ per totum regnum pecuniæ loco ſunt. Pagos habent VII. aut octo. Arborem etiam habet *Enſada*, cuius rami tenuia quædam filamenta demittunt, quæ vbi terram attigerunt, ſoboleſcunt, excreſcuntque in arbores, mira propagandi auiditate. Diuiditur autem regnum Congi in prouincias ſex, *Bamba, Songo, Sundi, Pango, Batta* & *Pemba*. BAMBA littoralis eſt, ab Ambrizi flumine ad Coanzam vſque: regitur à varijs præfectis, quos ipſi *Mani* vocant: Itaque cum adiectione dicuntur *Mani Bamta, Mani Loanda, Mani Coanza*. Primaria vrbs eſt *Pamza*. Incolæ proceri, robore corporis gladiatorio, vaſtis muſculis, geſtant grandes gladios Helueticis ſimiles, quos à Luſitanis coëmunt. Vno ictu vnum hominem medium

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

173.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

dium diſſecare, aut boui viuo caput præſcindere ludus eſt. Fuere qui vas vino plenum CCC.XXV. librarum brachijs ſuis geſtarint. Monilia ſibi nectunt ex caudis elephantorum. Ex hac prouincia talium virorum XL. millia colliguntur ad militiam, regis imperio, quoties id vſus aut neceſſitas poſtulat. SONGO ad flumen *Zaire* ſita eſt, ſcatetque Elephantis, ſimijs, cercophitecis, tigridibus, Zibethis, Viperis, draconibus, omnique auitij genere: atque imprimis pſittacis viridibus & cineritijs. Primaria vrbs eſt *Songo.* SVNDI à *Congi* vrbe ad fluuium vſque Zaire extenditur: metallorumque variorum copia abundat: incolæ ferrum cæteris præferunt, quod ex eo gladij, cultri, arma cudi poſſint, habent & Zebelinos, & Martes, aliaque animalia, quæ in cæteris quoque prouincijs inveniuntur. Præcipua omnium eſt CONGO, quæ ab vrbe primaria appellationem habet, abundatque tritico, milio, oryza, arboribus fructiferis. Palmarum plures habet ſpecies, vnam quæ dactylos producit, alteram quæ nuces Indicas, tertiam ex qua oleum, vinum, acetum, panem conficiunt. Ex arboris cacumine terebrato vel fiſſo, ſuccus quidam lacti ſimilis emanat qui initio dulcis, poſtea tractu temporis aceſcit. Ex fructuum pulpa oleum exprimitur noſtro butyro haud abſimile, cujus vſus eſt in cibis, vnctionibus, lucernis. ANGOLÆ regnum populoſum admodum, auro, argento, ære, alijſque metallis abundat. Caninam carnem in delicijs habent incolæ, eamque etiam bubulæ præferunt. Numorum loco conchas habent teſtaſque vt Congitani. Regia vrbes eſt *Cabazza* quæ CL. milliaribus diſtat ab Oceano.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

174



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

FORTVNATÆ INSVLÆ αἱ τῶν μακάρων νῆσοι, quas in Atlantico mari ad Maurusiorum fines veteres poſuere, creduntur eſſe illæ, quas noſtri vocant Canarias. Plinius ſex commemorat, Ombrio, Iunoniam maiorem, Minorem, Caprariam, Niuariam, & Canariam: eique ſuffragatur ſimius eius Solinus. Ptolemæus nominat Aproſitum, Heram vel Autolanam, Pluitaliam, Caſperias, Canariam & Centuriam, omneſque recta fere in Septentrionem linea diſponit. Ludouicus Cadamuſtus decem recenſet, ſeptem cultas, tres deſertas. Nomina cultarum ſunt, Fractæ lanceæ, Magnæ ſortis, Grancanariæ, Teneriffæ, Gomeræ, Palmæ, Ferro: has dicit quadraginta milliarium interuallo à ſe inuicem abeſſe, ita vt prima Orientem, vltima occidentem ſpectet. Lanzarotta, Fetram, & Gomera ſuos habent dominos ſingulares, reliquæ ſunt regis Portugalliæ. Sunt autem hæ omnes, etiam Martiano teſte, auibus plenæ, nemoroſæ, palmiferæ, nuce pinea, mellis copia, amnibus, & ſiluris piſcibus abundantes. Habent & *oricelum* herbam, qua panni colore puniceo tinguntur, & vinï præſtantiſsimi amplum prouentum. Saccharo etiam celebrantur. Stapela, ſiue conuentus Indicarum nauium quæ vltro citroque commeant circa eas eſt. In FERRI inſula res eſt admiratione & commemoratione digniſsima. Inſula omnis aquis deſtituta, ardenti cœlo, ſolo arido, ſquallentes æſtu homines pecudeſque deſtituit. Sed DEI omnipotentis ſingulari munere data eſt arbor, cuius ſpecies ignota, folia longa, arcta, & perpetuo virentia, quæ ſola medicinam facit hominibus, & pecudibus. Eam ſemper nubecula circumdat, ex qua ita folia humectantur, vt ex ijs perpetuo limpidiſsimus gratiſsimuſque liquor deſtillet, quem vaſis circa arborem diſpoſitis accolæ excipiunt, tanta copia, vt abundè toti inſulæ ſufficiat. Quum primum Hiſpani in hanc inſulam delati eſſent, incolæ ipſos arcanum celauerunt, ſperantes eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

aquarum inopia adactos locum deſerturos eſſe: ſed à ſcortillo quodam prodita res eſt, atque ex eo Hiſpani ſedes ibi firmiores fixerunt. CANARIA MAGNA longa eſt XC. milliaria. Hic Epiſcopus degit cum inquiſitioribus. Eſt etiam in eadem Tribunal regium cauſſarum forenſium, è quo ius dicitur reliquis inſulis. TENARIFFA aliquanto minor eſt. Hæc montem habet eximiæ altitudinis, quem etiam ad nonaginta milliaria licet ſereno cœlo conſpicere: Hanc putat Niger eſſe *Niuariam* Plinij; Vt FORTEVENTVRAM Plinij *Capraiam*. PALMA inſula exigua eſt ſed amœna, ac vino, caſeo, ſaccharo abundans: Qui ex Hiſpania in Peruuiam & Braſiliam nauigant, in hac inſula commeatum rerum in itinere ad victum neceſſarium petunt. Quæ de his inſulis fabulati ſunt veteres, longum eſſet commemorare: ſatis erit Horatium audire

Nos manet Oceanus circumuagus. Arua beat
Petamus arua, diuites & inſulas;
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vſque vinea,
Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem.
Mella caua manant ex ilice, montibus altis
Leuis crepante lympha deſilit pede.
Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amicus vbera,

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile,
Nec intumeſcit alta viperis humus.

Operæ pretium etiam fuerit videre Diodorum Siculum ſub finem libri III. Ad dexteram harum inſularum, interuallo c. mill. ſæpenumero conſpicitur inſula, quam vulgò *San Borondon* vocant. Eam non quæſitam multi inuenerunt ſorte illuc delati, qui incolas dicunt eſſe Chriſtianos, regionem fertilem, amœnam: nullo tamen ſtudio vnquam quiſquam eam reperit, tametſi Hiſpani Canarias incolentes neque laboris neque ſumptus modum fecerint. Ex eo credita eſt interdum inſulam euaneſcere. Sed fieri poteſt, vt vel nebulis tecta ſit, vel qui quærunt maris æſtu & ventis alio abripiantur.

KB Den Haag

DESCRIPTIO INSS. CAPITIS VIRIDIS.

CAPVT VIRIDE arboribus virentibus conſitum eſt, atque ex eo nomen habet: Quidam opinantur eſſe promontorium Aſinarium Ptolemæi; terminatur autem vtrimque fluminibus, illinc Gamba, hinc Senaga. Rex Senga barbarus eſt: Cadamuſtus cum ſuo æuo ait dictum *Zuchalin:* regni proceres ſæpè cum rege contendunt, qui ſuperior eſt, cum vindicta rerum potitur. Itaque reges ſæpè de optimatibus ſupplicium ſumunt; ſæpè hi abdicato aut etiam interempto rege, alium eligunt. Reditus regis ex arbitrio pendent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

175



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& liberalitate iſtorum : hi equis, vaccis, capris, legumine eum donant, non habiturum alias vnde viuat. Occidentem verſus medio Oceano iacent inſulæ quas a vicinitate promontorij vocant *Inſulas capitis viridis*, ſuntque primum repertæ Anno M. CCCC. XL. a Ludouico Cadamuſto Genuenſi. Quidam has putant eſſe veterum Gorgones ſiue Heſperides. Abundant autem capris & ſalinis. Hiſpani etiam in ijs milium Zaburrum colligunt. Quum primum inuenirentur hæ inſulæ, erant prorſum incultæ, humanumque nullum vſquam veſtigium; qui primi conſcendernnt, columbas manibus prehenderunt, aut ſcipionibus ſuis humi ſtantes occiderunt; Primaria inſula eſt S. Iacobi, plena varijs arborum generibus patenſque in longitud. VII. milliar. Salis in ea magna copia: aqua dulcis, teſtudines innumeræ, quarum teſtæ clipeï æquant magnitudinem. Fluuius eſt cum vrbe & colonia Portugallenſium, *Ribiera grande:* Fluuij oſtium etiam maximarum nauium capax eſt. Superior iſta Septentrionem verſus, eſt inſula *Bona viſta*, ſiue Boni viſus, quam ita dixere, quod gratulabundi huc primum applicuiſſent. Haud procul inde mare eſt, quod a Sargaſſo herba qua adeo integitur, vt difficulter naues extricari poſsint, nomen traxit. *Caput* album ab albis arenis appellatum eſt, abeſtque a Canaria D. CC. LXX. milliaria.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

176



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

INSVLA S. HELENÆ ex eo dicta eſt, quod Luſitani XXI. die Maij qui Helenæ ſacer eſt, hanc primum inuenerint. Sita eſt XVI. grad. cum dimidio ad Auſtralem Æquinoctialis plagam, medio Oceano. Diſtat à promontorio bonæ ſpei D. & L. milliaribus Hiſpanicis. Ab Angola CCC.L. à Braſilia Indiæ Occidentalis DL. Inſula eſt aſpera & montoſa, nubibuſque perpetuis tecta: ſolum cinereum, latentium ignis venarum argumentum. Sex milliaria ferè eius magnitudo complectitur. Ante Luſitanorum aduentum nullis animalibus culta erat, nullaſque arbores fructiferas habebat: nunc verò delatis eò feris ſcatet, damis imprimis, capreis, perdicibus, columbis, apris, quorum magna paſsim multitudo. Aquarum dulcium è perennibus fontibus manantium grata copia, quæ vndiq; in amœniſsimam conuallem fluens, torrentibus ſeſe in mare exonerat. Vno duntaxat loco commode adiri poteſt, cætera altis præruptiſque montibus muri inſtar muniuntur. Quibus animus eſt inſulam conſcendere propè admodum debent curſum inſtituere, vt vix iactu lapidis abſint à terra: ac tunc propter montium altitudinem à ventis immunes ſunt, quorum tamen ſuper carcheſia murmura audiuntur. Maris altitudo eſt XXV. aut XXX. vlnarum. Qui longius ab inſula recedunt, ſæpè ventorum impetu in altum abrepti, poſteà ſi velint maximè, inſulam repetere non poſſunt. Hic grata eſt & exoptata nauium ſtatio. Iuxta quam vallis inter duos montes altiſsimos arboribus conſita, & ſacello exornata. Mira loci benignitas. Mala granata, aurea, limones, fœlici prouentu paſsim creſcunt, cœlo etiam eas ſingulis diebus ſexies aut ſepties imbribus rigante, & per interualla ſolis radijs illuſtrante. Piſcatio copioſa eſt. Sal ex cautibus detrahitur, quod ibi calore ſolis ex fluctibus cōpingitur. Statim vt eo naues appulere, quilibet pro ſe comparat quæ corpori curãdo ſunt idonea. Sub arboribus tentoria ex velis faciunt: alij venatum abeunt, alij piſcatum: alij lignatum, alij aquatũ.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

177



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Omnes corpus abluunt, linteamina purgant, Deo gratias agunt, ſupplicesque fœlicem reliquam profectionem exoptant. Videas in ficuum truncis deſcripta nomina quæ cum arboribus creuerunt; leguntur que notata iam anno M. D. X. itemque M. D. X V. Hoc loco ægros Luſitani deponunt, inſtructos pane, oryza, oleo atque aromatibus, qui nauibus dilapſis valetudinem ſuam curant, venationibus indulgent: Alij nemini morari aut diuerſari in inſula licet. Anachoreta quidam ante paucos annos hanc ſibi ſedem delegerat, ſacrorum curandorum prætextu: Is in omnium rerum beatiſsima copia viam inuenit qua pauper eſſet. Omnia habentem cepit eum auaritia. Compendium ex pellibus caprarum hædorumque quærebat, quos ſolitarius mactabat: Cognita re, in Luſitaniam abductus eſt. Alias e nauibus dilapſus Iauanus quidam cum duabus ancillis, montibus ſe rupibuſque inuijs occultauerat. Ex his fœcunda generatione breui tempore, viginti alij proſati ſunt. Quum naues accederent, abdebant ſe antris: quum recederent inſulam vaſtabant. Hi poſtea miſsis a rege militibus capti omnes: delatique in Luſitaniam.

DESCRIPTIO INSVLÆ S. THOMÆ.

INSVLA S. THOMÆ ſub ipſo Æquatore ſita eſt, forma pene rotunda. Eius diameter eſt L X. milliarium, Aër calidus: dies noctibus ſemper æquales. Menſibus Martio & Septembri, crebræ & denſæ pluuiæ decidunt, quibus ſolum humectatur, cæteris menſibus rore copioſo recreantur fruges. Inuenta eſt hæc Inſula à Luſitanis die feſto B. Thomæ, a quo etiam inditum loco nomen. Vrbem in ea condiderunt *Pauoaſan*, ad flumen, in qua D C C. familiæ creduntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

duntur habitare, præter Epiſcopum alioſque ordinis Eccleſiaſtici homines. In media inſula mons eſt valde nemoroſus, qui perpetuò nubibus tegitur adeò denſis, vt ex ſiluis aquæ manent rigandis ſacchari arundinibus ſufficientes: quoque ſol eſt ſublimior, eo magis cœlum eſt circa montem illum nebuloſum. Solum ipſum eſt tenax, lentum, colore ſubruffo. Frumentum, vites, aut arborem quæ oſſa habeat duriuſcula, non patitur: fert autem melones, cucumeres, cucurbitas, ficus, zingiberis & ſacchari imprimis ingentem copiam, adeo vt quotannis XL. naues ſaccharum ſolitæ fuerint ex hac inſula aliò exportare, proque ſaccharo ſuo vinum, caſeum, frumentum, coria, aliaque ad vitam neceſſaria importare. Sed deſijt prouentus iſte ex quo tempore vermiculi quidam arundinum radices perfodere ceperunt, adeo vt nunc vix ſex naues ſaccharo illic nato poſsint quotannis onerari. Eſt in hac inſula cancrorum mirificum genus, quod in terra talparum inſtar degit, thalaſsij coloris; ſolum ſubuertens: hoc omnia longè lateque infeſtat, arrodit, abſumitque. Haud procul inde, circa Æquinoctialem tamen, gradibus ferè tribus, INSVLA eſt PRINCIPIS ſatis culta, prouentu ſacchari celebrata, quæ ex eo nomen traxit, quod Principi Portugalliæ huius inſulæ reditus eſſet aſsignatus. Vltra Æquinoctialem Auſtrum verſus pari interuallo inſula eſt NOBON. His locis piſces volantes interdum apparent.

P. BERTII
TABVLARVM GEOGRAPHICARVM CONTRACTARVM
Liber ſextus,
IN QVO
ASIA
Cum luculentis ſingularum Tabularum explicationibus.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

178



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ASIAM Ptolemæus, Dionyſius, Plinius, tertiam volunt eſſe Orbis partem: Strabo ſecundam: nec multum intereſt, hunc an illos ſequaris: Nobis Plinij & Ptolemæi ordo placet, ſcriptoris locupletiſsimi: placet & ratio; quod in Tabulis Borealia primum, poſtea Auralia deſcribenda ſint, atque inde progrediendam ad Eoa. Nomen ſortita eſt Aſia ab nympha (vt ait Varro) ex qua & Iapeto trahitur Prometheus: quod & Lycophroni arriſit, & Herodoto, qui tres orbis partes a tribus mulieribus denominatas putauit; Alijs hoc commentum de mulieribus diſplicet: dicunt igitur appellatam vel ab Aſio Atyis filio, vel ab Aſio quodam qui Troï Palladium ad vrbis cuſtodiam dedit: hunc vt gratiam referret, ditionem ſuam omnem quæ antea Epirus dicebatur, Aſiam vocaſſe. Ab hac autem poſtea tanquam nobiliore parte reliquus omnis tractus Aſia dici cœpit. Porrò vt Libya & tertiam orbis portionem ſignificat, & eius portionis partem; itemque vt Armeniæ Cappadociæque appellatione, & totum tractum, & partem eius ſingularem notari veteres voluerunt; ita & Aſiam obſeruatum eſt ſignificare & totam continentem; & partem illam quæ intra Taurum montem eſt; in qua Lydij, Cares, Lycaones, Paphlagones, Iones, Æoles, alijque, quæ pars diſtinctionis gratia vulgò vocatur Aſia minor, Turcis *Natolia* Varro lib. IV. de L. L. *Nam & Aſia quæ non Europa, in qua eſt Syria: & Aſia dicitur prioris pars Aſiæ, in qua eſt Ionia & prouincia noſtra.* Aſia autem vniuerſa Europæ coniungitur, qua eſt βορειοτάτη. Infra eam ab Europa diſpeſcunt, Tanais fluuius, Mæotis palus, Pontus & Propontis. Ad Boream habet Mare Scythicum, a Meridie Indicum, ab Ortu Eoum, ab Occidente ſinum Arabicum ſiue Mare rubrum, & Mediterraneum, & Euxinum. Nam vt ſuperiore parte continua eſt Europæ, ita in parte Auſtrali Iſthmo Africæ coniungitur. Plinius tamen & Strabo alijque nonnulli Aſiam ad Nilum vſque protendunt, totamque Ægyptum Aſiæ adnumerant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rant. Neque vero recta linea littus Aſiaticum ab extremo oſtio maris rubri ad Orientem protenditur, vt arbitratus eſt Mela; ſed ſinuoſo littore tota interrupta eſt: Præcipui ſinus hi ſunt; *Perſicus* qui nunc *Elcatif* & *Meſcendin* vocatur. *Argaricus*, nunc *Golfo de Bengala*: & *Magnus ſinus*, quem Ortelius *Chryſen* Plinij eſſe arbitratur, diciturque hodie *Mare Cin*. Præterea, totam Aſiam TAVRVS MONS dirimit, ab Eoïs veniens littoribus. Immenſus ipſe & innumerarum pene gentium arbiter, dextero latere Septentrionalis, vbi primum ab Indico mari exſurgit; læuo meridianus, & ad occaſum tendens, donec prementi terras occurrant maria, velut de induſtria rerum natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœnicium, hinc Ponticum, illinc Caſpium & Hircanum, contraque Mœoticum lacum. Torquetur igitur colliſus inter hæc clauſtra; & tamen victor flexuoſus euadit, vſque ad cognata Rhiphæorum montium iuga, numeroſis nominibus & nouis quacumque incedit inſignis, *Imaus* prima parte dictus, mox *Emodus*, *Paropamiſus*, *Circius*, *Chambades*, *Parphariades*, *Chroates*, *Oreges*, *Oroandes*, *Niphates*, *Taurus*: Atque vbi ſe quoque exſuperat, *Caucaſus*: vbi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis, *Sarpedon*, *Coraceſius*, *Cragus*, iterumque *Taurus*. Vbi vero ſeſe aperit, *pylarum portarumque* nomine vnitatem ſibi vindicat, quæ alibi *Armeniæ*, alibi *Caſpiæ*, alibi *Ciliciæ* vocantur. Eius latitudo pleriſque in locis eſt ſtadiorum trium millium: longitudo tanta, quanta ipſius Aſiæ, vtpote ſtadiorum XLV. millium: hoc eſt milliarium Italicorum 5625. ab ora ſcilicet Rhodienſi ad extremos vſque Chinæ & Tartariæ fines. Deliciæ huius regionis tantæ ſunt, vt etiam in prouerbium ceſſerint. Aër clementiſſimus, lacus piſcoſi, terra omnis & vbertate agrorum & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis & multitudine earum rerum quæ exportantur, ita nobilis, vt facilè omnibus terris antecellat. Spectanda hic eſt animalium diuerſorum varietas. Spectanda fructuum, aromatum, metallorum, gemma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

gemmarum copia. Hinc balſamum, calamum, thus, myrrham, caſsiam, cinnamomum, caryophyllum, piper, crocum, ligna odorifera, reſinam, muſchum, margaritaſque omnis generis accipimus. Spectanda ingenia, diuitiæ, potentia incolarum. Hic primum homo à Deo conditus: hic prima Eccleſiæ Dei ſedes: hic primum artes inuentæ: Hic Lex lata, Hic Euangelij doctrina miſeris mortalibus cum ſpe beatitudinis conceſſa per DEI filium Ieſum Chriſtum. Hic primum in inferiores potentiorum imperium ortum eſt. Hic linguarum varietas à DEO mortalium generi immiſſa, in exſtructione turris Babel. Hic *Nimrod* regnare cœpit. Totius autem tractus Aſiatici monarchæ primi fuere ASSYRII, quorum poſtremus *Sardanapalus*, vnicæ luxuriæ, profligatiſsimæque mollitiei homo, inter ſcortorum greges deprehenſus ab Arbacto, nec multo poſt ab eodem prœlio victus, inſtructa incenſaque pyra, ſe & diuitias ſuas in incendium miſit, buſtoque incidi hos verſus iuſsit,

Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit, at illa manent multa & præclara relicta.

Poſteà ad PERSAS deuolutum imperium, inter quos Xerxes Darij filius bellum à patre cœptum aduerſus Græciam, quinquennium inſtruxit, copiaſque decies centum millium, ſtrato ſuper Helleſpontum ponte, ex Aſia in Europam deduxit; quas, naues quoque decies centum mille numero comitatæ ſunt; fruſtraneo conatu; quum is qui Deo minitari, mari inſultare, Neptuno compedes inijcere, cœlo tenebras inducere, montes ſolo æquare, totum orbem concutere auſus fuerat, vix, profligatis copijs, piſcatoris ſcapha fretum traiecit, fracto hibernis tempeſtatibus ponte. Poſtremus Perſici imperij Darius fuit, qui victus ſuperatuſque ab Alexandro, Macedonum Monarchiæ viam fecit. Nunc autem Aſia vniuerſa ſeptem in partes diſtributa eſt. Prima paret Im-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

179



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

perio Turcico, cuius origo à Muhameto, ditio perampla. occupat enim quicquid terrarum eſt inter Pontum Euxinum, mare Ægæum, Mediterraneum, Ægyptum, ſinum Arabicum, Perſicum, Tigrim, & mare Caſpium. Sed & Moſchoviæ Dux magnam Aſiæ partem obtinet, incluſam mari glaciali, Obij fluuio, Kitaia lacu & linea inde ducta ad Caſpium mare, iſthmumque qui inter hoc mare, & Pontum eſt. *Tertiam* partem magnus Cham Tartarorum Imperator poſſidet, cuius fines à Meridie ſunt, Mare Caſpium, Iaxartes fluuius, Imaus mons, ab ortu & Septenttione Oceanus: ab Occidente Moſchouiæ regnum. *Quartam* habet Rex Perſarum Sophi. Huic ab Occidente eſt Turca, à Septentrione Tartarus. A meridie Rubro mari alluitur: ad Ortum vero Indo flumine. *Quinta* pars continet Indiam tam intra quam vltra Gangem: *Sexta* habet regnum Chinæ. *Septima* inſulas omnes in Oceano Indico & Orientali, variè diſperſas.

DESCRIPTIO ASIÆ MINORIS.

Asia minor quæ *Natolia* & *Turcia minor* appellatur, totam illam Cherſoneſum complectitur, quæ inter Euxinum & Cilicium Pamphyliumque pelagus protenſa eſt: habet autem regiones iſtas, *Pontum*, *Bithyniam*, *Aſiam proprie ita dictam*, *Lyciam*, *Galatiam*, *Pamphyliam*, *Cappadociam*, *Ciliciam*, & *Armeniam minorem*. Regio hæc olim cultiſſima fuit, omniumque elegantiarum refertiſſima: Sermo pleriſque Doricus: Ionicus, Æolicus, præſertim ijs qui Ægæo erant viciniores; cæteri habebantur Barbari. In ea regna fuere

 Troiano-

Troianorum, Crœſi, Mithridatis, Antiochi, Paphlagonum, Galatarum, Cappadocum, aliorumque. Flumina ſunt Iris qui nunc *Caſalmach:* Halis, *Ottomangiuca:* Parthenius, *Dolap.* Sagaris, *Sangri,* qui ſe omnes in Euxinum exonerant. Itaque rectè Ouidius,

Huc Lycus, huc Sagaris, Peneuſque, Hypaniſque, Crateſque,
Influit, & crebro vertice tortus Halys.

In Propontim fluunt *Aſcanius*, *Rhyndacus*, *Æſopus*, & *Granicus:* In Helleſpontum, *Simois* & *Scamander* qui etiam *Xanthus* dicitur. In Ægæum, *Caïus*, *Hermus*, *Caïſtrus*, *Mæandrus* qui Pruſæo autore ſexcentas flexuras facit. In Mediterraneum poſteà *Calbis*, *Xanthus*, *Limyrus*, *Cataractes*, aliique. PONTVS & BITHYNIA olim Sagari amne interfluente diſtinctæ, poſteà in vnam prouinciam redactæ ſunt, quæ hodie *Burſia* vel *Berſangial* vocatur. Hoc Mithridatis quondam imperium fuit: Vrbes celebriores erant *Chalcedon*, *Nicomedia*, *Ceraſus*, *Pruſa*, ad montem Olympum, quarum hæc ante captam Conſtantinopolim Imperatorum Turcicorum ſedes fuit. Herodotus quoque qui hunc omnem tractum accuratiſsimè deſcribit, refert Tium, Pſyllum, Dioſpolim, Calpem portum, Artacem, Dianæ fanum, Chryſopolim, vrbes ad Pontum Euxinum ſitas. ASIA PROPRIE dicta nunc vocatur *Sabrum* vel *Sacrum:* ea ab ortu Galatia, à Septentrione Ponto & Bithynia terminatur, cætera pelago alluuntur. Habet in ſe Phrygiam, Cariam, Myſiam vtramque, Æolidem, Ioniam, Doridem, & Lydiam. PHRYGES Thracum coloni ſunt: nominabantur verò in Thracia Bryges. Eſtque PHRYGIA duplex, maior & minor. *Maior* orientem ſpectat: in ea vrbes paucæ, plures vici. Oppidum eſt *Midaium* iuxta Sagarim, à Mida, cuius regia hic fuit, nomen ſortita. Eſt & *Apamæa* vrbium Phrygiarum maxima, non procul à Mæandro. *Docymæum* oppidum, *Synnada* vrbs prope montes Synnadicos, lapicidinis nobiliſsimis celebratos. Eſt &

Peſſinus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Peſſinus, vnde matris Deum ſtatua Romam accerſita eſt. In *Minore* Phrygia ſiue *Troade* fuere, *Antandros* ab Andro inſula vicina, *Ilium* & *Troia*, decantatiſsimis Homeri & Virgilij verſibus nota. *Pergamum*, quod ex arce in ampliſsimam vrbem Attalus rex nouis exſtructionibus auctum mutauit: patria Apollodori Rhetoris, & Galeni. Inter Troiæ ruinas adhuc marmorea ſepulchra, murorum fundamenta, turrium rudera, Coloſſos, portarum fragmenta exſtare', teſtis eſt omni exceptione maior Bellonius. Eſt in eodem tractu etiam *Sigæum* promont. & oppidum, in quo Achiuorum ſtatio & Achillis ſepulchrum. Mons etiam *Ida* vetere Diuarum certamine & iudicio Paridis memoratus. Ager *Daſcilites*, in quo regnauit Scamander Hectoris filius. LYDIA & MÆONIA amnem habent Hermum, montem Tmolum, vtrumque auriferum, vrbem *Sardeis*, Crœſi regiam, ad *Pactolum* qui ſe in Hermum exonerat. Sunt etiam *Pepere* & *Thyatira*, cuius vrbis Eccleſiam laudat in Apocalypſi Ioannes. Plinius Thyatiram vocat *Euhippiam*, & *Pelopiam*. MYSIA ad Helleſpontum Troadi contermina fuit. In hac *Lampſacus* vrbs Pariorum colonia, *Abydus* Mileſiorum, & Cyzicus a Minyis condita; Ouidius,

Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

CARIA inter Ioniam & Lydiam ſita eſt. Huius metropolis quondam *Miletus* fuit, vrbs nobilis: hodie *Malaxo* dici putant. Falſò: nam hæc veterum eſt Mylaſſa, quam Plinius vocat vrbem liberam lib. v. cap. 29. Cares vero imperium maris mediterranei obtinuiſſe Romuli ætate, teſtatur in Chronico ſuo Euſebius. Poëta vetus apud Athenæum libro I. eos idcirco vocat ἅλος ταμίας. Eſt & hodiè *Magneſium* iuxta Mæandrum. Porro de hiſce Aſiæ populis non fuerit alienum adſcribere illuſtrem M. Ciceronis locum ex oratione pro L. Flacco. *Namque, vt opinor, Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, & Lydia. Vtrum igitur noſtrum eſt an veſtrum hoc prouer-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

uerbium, Phrygem plagis ſolere fieri meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, Si quid cum periculo experiri velis, in Cari id potiſſimum eſſe faciendum? Quid porro in Græco ſermone tam tritum atque celebratum, quam ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur? In littore fuere, IONIA, prope Chium inſulam, ÆOLIS, inter hanc & Leſbum: DORIS, ad mare Carpathium in Cherſoneſo, cuius vrbs primaria fuit *Halicarnaſſus* patria Herodoti & Dionyſij, hiſtoricorum, & regia Mauſoli atque Artemiſiæ. In IONIA *Epheſus* fuit, condita ab Amazonibus, celebriſque tum templo Dianæ, tum concilio. Cherſoneſum Ioniæ Chio vicinam coluere olim Clazomenij. GALATIA quæ & Gallogræcia, nomen habet à Gallis, qui Græcis mixti quondam loca ea coluere quæ ad Pontum Euxinum ſita ſunt inter Pontum & Cappadociam. Vrbes ſunt, *Ancyra* quæ nunc Anguri; celebris pannis vndulatis qui ex caprarum villis eo loco texuntur: *Sinope*, patria Mithridatis; *Amiſus*, quæ nunc Simiſo appellatur. In hac regione eſt *Paghlagonia*, quam hodie Roni vocant. CAPPADOCIA quæ nunc Amaſia, à Galatia ad Antitaurum extenditur, ad Meridiem Cilicia eſt, ad Septentrionem Pontus Euxinus, longitudo eſt amplius CCCC. L. mill. paſſ. Fluuios habet, Halym, Irim, Thermodoontem, ad quem in campis Themiſcyrijs Amazonum olim regna fuere: quas Titianus, vt eſt apud Iſidorum, eleganter vocauit vnimammas. Atque huc illud Virgilij referendum

Quales Threïciæ quum flumina Thermodoontis
Fulſant & pictis pulſantur Amazones armis.

Vrbes ſunt *Trapezus, Themiſcyra, Amaſia*, Strabonis patria, *Iconium* & *Maza*. Mons eſt *Argæus* è quo mare Iſſicum & Pontus Euxinus conſpici poſſunt. LYCIA Cariæ proxima eſt: vrbes præcipuas habet *Pataram*, & *Telmeſſum*. PAMPHYLIA ſequitur, ſolo fluuio Catarac̃te à Lycia diuiſa.

In ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

In ea vrbes fuere *Sida*, in qua naues ſuas Cilices fabricabant, *Attalia*, & *Aſpendum*, vnde Aſpendius dictus cythariſta ille, qui omnia intus canere dictus fuit, de quo eſt in Verrina prima, & apud Aſconium. Hæc cum CILICIA hodie vno nomine dicitur Caramania. Ciliciæ metropolis hodie eſt *Hama*, quæ antiquis *Tarſus* dicta eſt. B. Pauli patria, vetus litterarum ſedes, ad amnem Cydnum. Strabo eius vrbis gymnaſium valde laudat. Eſt & oppidum *Addena*, & ad *Taurum* montem *Heraclea*. Addenorum frequens in hiſtorijs mentio. Auguſtæ Treuirorum inſcriptio legitur in Baſilica Pauliniana. ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΕΙΣΕΒΙΑ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗΙ. ΟΥΣΑ ΙΕΡΟΚΩΜΙΤΙΣ ΑΠΟ ΚΩΜΗΣ ΑΔΔΗΝΩΝ. Videtnr Honorij tempore tantum κώμη fuiſſe, & quidem cognomine ἱερά, Vnde vicani Addenorum dicti Hierocomitæ. Hodie vrbs eſt, habetque Epiſcopum ſub Patriarcha Conſtantinopolitano. ARMENIA minor ad Euphratem vſque extenditur, ad occaſum vero terminatur Cappadocia: vini feraciſſima eſt, quod Monariticum appellatur.

KB Den Haag

DESCRIPTIO CHII INS.

CHIOS Ioniæ vicina inſula inter Samum & Leſbum, è regione Erythrarum ſita, ambitu eſt C. atque amplius mill. paſſ. Nomen habet vel à niue quæ Græcis χίων vel à Nympha Chione. Dicta antea fuit Æthalia, vt Ephorus tradidit. Tota montibus adſurgit: Promontoria habet, Poſidium, Phanæum & Aruiſium, à quo vina Aruiſia, quæ nunc *Malvaſia*. Chia autem vina jam olim fuiſſe celebratiſſima vel ex Poëtis conſtat. Tibullus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

180



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſoluite vincla cado.

Habet & ficus gratiſsimi ſaporis: & marmor variũ quod Romæ in delitijs fuit. Hodie vniuerſa diuiditur in ſuperiorem quæ Apanomerea, & inferiorem, quæ Catomerea dicitur. Illa montoſa eſt admodũ, & oppidis frequẽtior; hæc colles habet, lentiſco conſitas, è quibus maſtix colligitur. Oppida ſunt XXXVI. primaria eſt vrbs CHIA, portum habens & ſtationem peropportunam. Inſulam totam Andronicus Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus quondã Genuenſibus dedit: ſed eam Turcæ Imperante Selymo ſecundo Anno M.D.LXV. inuaſerunt. Ex hac orti Ion Tragicus, Theopompus hiſtoricus, & Theocritus ſophiſta. Homerum quoq; nonnulli hic natum credidere. Cicero pro Archia. *Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant. Itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: permulti alij præterea pugnant inter ſe atque contendunt.* Agellius hoc Epigramma refert,

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, χίος, ἄργος, ἀθῆναι.

Certe in promontorio ſeptentrionali oppidum eſt peruetuſtum in monte quem vocant D. Heliæ in quo etiam nunc Homeri ſepulchrum oſtentatur. Chiorum inſigne Sphinx, ſicut Carthaginienſium ἵππου προτομή, Rhodiorum roſa, Siculorum tricrurium. Itaq; oſtenditur ab antiquarijs numus argenteus, cuius in parte vna effigies Homeri cum inſcriptione ΟΜΗΡΟΣ. in alterâ Sphinx alata cum titulo hoc, ΧΙΩΝ. Ab hac Chio differunt Cos, & Cea, illa Hippocratis patria fuit, & Ptolemæi Philadelphi: merito ſuo dicta θεοῦς φέρειν.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

181



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

RHODVS inſula teſte Plinio ante dicta fuit Ophiuſa, Aſteria, Æthræa, Trinachia, Corymbia, Atabyria, Macaria. Abeſt ab Aſiæ continenti XX. mill. paſſ. Ampla eſt mill. CXL. Felicitatem eius indicauit Pindarus, quum aureum imbrem in ea pluiſſe dicit, ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν. Soli ſacra fuit, quod nullo non die Sol eam clarus aſpiceret, quod etiam de Syracuſis tradidit Cicero Verrina VII. Idcirco etiam in vrbe, (quæ in orientali Inſulæ parte ſita eſt, partim accliui colle partim iuxta maris littus) coloſſus Solis poſitus fuit, ſeptuaginta cubitorum altitudinis. Hoc ſimulachrum fecerat Chares Lindius, Lyſippi diſcipulus. Poſt LVI. annum terræ motu poſtratum, iacens quoque miraculo fuit. Pollicem eius vix iuſtæ ſtaturæ vir amplecti poterat. Digiti maiores erant quam pleræque ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiabant defractis membris. Duodecim annis coloſſus effectus eſt, CCC. talentis: magnæ molis ſaxa diſpoſita fuere, quorum pondere opus ſtabiliretur. Sultanus Ægypti Muauia capta Rhodo CM. camelos onerauit ære huius ſtatuæ, adiutus à Iudæo quodam Emeſſano. Factum id circa annum DC. XXXV. Poſteà verò Anno M. CCC. VIII. Ioannitæ totam Inſulam pulſis Saracenis occupavere. Nunc incolitur à Turcis, qui Imperante Solymanno eam vi ceperunt Anno M.D.XXII. Rhodienſes milites in Melitam inſulã tranſlati ſunt. Habuit autem vrbs Rhodos iam olim Gymnaſium eloquentiæ & Mathematicæ ſtudijs clariſſimum. Rhetorum Rhodiorum meminit Cicero. Mathematicorum Vitruuius lib. VII. nam quum Ariſtippus Socraticus naufragio eiectus eſſet in Rhodienſiũ littus, animaduertiſſetq; Geometrica in eo ſchemata deſcripta, exclamauit ad comites, Benè ſperemus, hominũ enim veſtigia video. Fuere etiam in ea vrbes, *Lindos* è qua Chares ille ortus qui coloſſum fecit, *Camiros*, & *Ialyſos*. Inſula aquilam non habet.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

RVSSIA quæ etiam Roxalania dicitur, gemina eſt, *Nigra* & *Alba*. Illa Poloniæ contermina eſt, hæc Moſchouiæ pars. MOSCHOVIÆ imperium longè lateque extenditur, vltra & cis Tanaïm (*Don* vulgo appellant) Aſiæ & Europæ terminum. *Ruſſia nigra* ad Auſtrum clauditur Sarmaticis montibus quos *Tatri* dicunt; ad ortum Volhinia, Podolia; ad Septentrionem Lithuania, ad occaſum Polonia. Habet autem territoria perampla & fertilia, *Leopolienſe, Halicenſe, Belzenſe, Chelmenſe*, & *Premiſlenſe*. LEOPOLIS primaria Ruſsiæ vrbs à Leone Ruſſorum Principe exſtructa, duplici muro & propugnaculis validiſsimis ornata, arces duas habet, vnam in ciuitate, alteram extra eam in eminentiſsimo ſcopulo exſtructam, ex qua proſpectus longe lateque patet. Hic ſedes Archiepiſcopi, & Metropolitani totius Ruſsiæ: templa item Romanæ & Græcæ fidei. Habent & Iudæi hic Synagogas ſuas, & Armenij ſuas baſilicas cum ſacerdotibus. In eodem tractu permultæ ſunt vrbes ligneæ, *Halicia*, *Grodek*, *Colomnia*, *Roatin*, *Belza*, *Chelma*, *Primiſla* & aliæ complures. MOSCHOVIÆ vero Imperij, hoc eſt *Ruſſiæ albæ* lim ites multo ampliores ſunt: nam ab aris Alexandri Magni circa Tanais fontes, ad extrema terrarum, Borealemque Oceanum ſiue glacialem extenduntur longo tractu. Ad Ortum habet finitimos Scythas, qui Tartari hodie nuncupantur, gentem vagam, & bello omnibus ſæculis illuſtrem à quorum ſeruitute ſe Anno M. D. XXIV. aſſeruerunt, electo in Regem Baſilio. Ab occidente Liuonia eſt & Finlandia, ad Auſtrum Lithuania. Quo omni tractu amplæ ditiones continentur; itaque Moſchouiæ Dux hoc titulo ferè vtitur: *Magnus Dominus Baſilius, Dei gratia imperator ac Dominator totius Ruſsiæ, nec non magnus Dux Volodimeriæ, Moſchouiæ, Nouogrodiæ, Pleſchouiæ, Smolentiæ, Iſſeriæ, Ingeriæ, Permniæ, Vetchæ, Bolgariæ, &c. Dominator & magnus Princeps Nouogrodiæ inferioris terræ, Cernigouiæ, Razaniæ, Volothiæ, Rezeniæ, Beſchiæ, Roſtouiæ, Iaroſlauiæ, Belozeriæ, Vdo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ria, Obdoriæ, Condiniæque, &c. Nomen Moſchouitarum recens eſt, quanquam de Moſcis Sarmatarum affinibus Lucanus meminerit lib. 3.

Sæuiſque affinis Sarmata Moſchis:

Plinius quoque Moſchos ad Phaſidis fontes ſupra Euxinum ad Orientem conſtituat. Religio ipſis Græca: quam anno Domini CM. LXXXVII. admiſerunt. Itaque Sp. Sanctum tertiam ſanctæ trinitatis perſonam à ſolo patre procedere arbitrantur: Sacramentum Euchariſtiæ celebrant pane fermentato: calicis vſum populo & plebi vulgariæ concedunt. Nullus ſacerdotum ſuffragijs, nullaque propinquorum aut amicorum pietate iuuari mortuorum manes putant, fabuloſumque eſſe credunt Purgatorij locum. Libros ſacros ſuo idiomate legunt, eorumque vſum populo non denegant. Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum atque Gregorium in linguam Illyricam traductos habent; ex his, aut etiam ex Chryſoſtomo, Baſilio, Nazianzeno homilias publicè pro concione ſacerdotes legunt: neque enim oratores cucullatos, (verba ſunt Iouij) qui aduocato populo concionari & ambitioſè nimis atque ſubtiliter de diuinis diſſerere ſoliti ſunt, admittere fas putant, quoniam rudes imperitorum animos ſimplici potius doctrina, quam altiſſimis arcanorum interpretationibus diſputationibuſque ad ſanctiorem morum frugem euadere arbitrantur. Epiſcopos ſuos *Vladikas* vocant, hoc eſt Oeconomos. Metropolitanum ſolebant petere à Conſtantinopolitano Patriarcha. Sed is nunc ab ipſo Moſchouiæ duce eligitur. Metropolita in vrbe Moſcuâ ſedem habet: ſubſunt ei Archiepiſcopi duo, vnus Nouogardiæ magnæ ad Lontem fluuium, alter Roſtouij. Porro Illyrica lingua ſiue Sclauonica (qua vtuntur Moſchouitæ, Dalmatæ, Bohemi, Poloni, Lithuani) omnium latiſſima eſſe perhibetur, quum etiam Conſtantinopoli in Ottomannorum aula ſit familiaris. Annos non à natali Chriſti, ſed ab ipſo mundi exordio

numerant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

numerant, eoſque incipiunt non Ianuario aut Martio, ſed Septembri. Vino natiuo penitus carent: itaque vtuntur aduectitio, ſed in feſtis conuiuijs duntaxat, aut in medicinæ vſu, aut in principalis magnificentiæ oſtentatione: populus medonem bibit ex melle lupuliſque decoctum, qui picatis vaſis conſeruatus, ex antiquitate nobilitatem adſequitur. Habent & cereuiſiam, quam æſtate iniectis glacieï fruſtis infrigidant. Sunt & qui in delicijs habeant ſuccum ex ſubauſteris ceraſis expreſſum, qui perſpicui & purpuriſſentis vini colorem iucundiſſimum & ſaporem non ingratum refert. Regio omnis fœcundiſſimis apibus plena eſt, quæ non in manufactis agreſtium aluearibus, ſed in ipſis arborum cauis probatiſſima mella conficiunt. Hinc per ſiluas & opaciſſimos ſaltus magna apium examina de ramis arborum pendentia vuarum inſtar videre licet. Reperiuntur ſæpè fauorum ingentes maſſæ arboribus conditæ, veteraque mella deſerta ab apibus, quum ſingulas arbores agricolis ſcrutari & euacuare moleſtum ſit. Iouius in libello quem ſcripſit de legatione Moſchouitarum, refert, Demetrium Legatum narrare ſolitum cum multo omnium riſu, Agricolam quendam quærendi mellis cauſſa in prægrandem cauam arborem ſupernè deſilijſſe, ibique profundo mellis gurgite pectore tenus fuiſſe hauſtum neque potuiſſe glutinoſa materia impeditum vlla vi aut arte ſe expedire, ideoque biduo vitam ſolo melle ſuſtinuiſſe, fruſtra quiritantem interea & opem clara voce implorantem, quum vox eius in tanta ſiluarum ſolitudine ad vicinorum aut viatorum aures penetrare nequiviſſet: Ibi hominem rebus deſperatis, conſilium non in arena ſed in melle cepiſſe: Forte ingens vrſa ad mella edenda, arborem conſcenderat humano more, quod quidem ijs locis eſt frequentiſſimum: hanc ille auerſam manibus complexus eſt, ſimulque elatiſſima voce clamare incepit: Belluam ait tum tractu ipſo, tum multo clamore exterritam quum exſiliret, ſubito hominem hærentem, in melle, extraxiſſe.

Lini & canabis regio omnis fertiliſſima eſt. Flumina habet ampla & multa. BORYSTENES vulgo *Nieper* & *Neſter*, vel cum adiectione litteræ, *Dnieper* & *Dneſter* appellatur; eius fontes Herodoto ignoti, ſunt ad pagum Moſchouiæ *Dnieperko* in ſilua *Vuolkonſki*: vnde per Lithuaniam & Ruſſiam de fluens, Smolensko oppidum & Kiouiam præterlabitur; poſteà circà Chmielnick recipit fluuium Bog. ac tandem in Euxinum Pontum exoneratur: longitudo eius eſt plus quam CCC. milliarium Germanicorum. TVRVNTVS is eſt Ptolemæo qui Herberſteinio eſt *Rubo*, incolis Duina: Hic haud procul à fontibus Boryſthenis ortus, ad Rigam Liuoniæ ſe in mare Balthicum exonerat. RHA Ptolemæi nunc eſt *Volga*, & *Edil*: ottum habet è lacu cognomine, qui XXV. milliaribus à Moſchouia abeſt verſus Lithuaniam. Hic cornutis errans flexibus, multiſque receptus fluminibus, in mare Caſpium oſtijs LXX. influit. TANAIS Italis dicitur *Tana*, accolis *Dom*, à Septentrione ruens magno impetu, Nilo opponitur. Eius fontes Herodotus ponit in paludibus; Mela in Rhipæis montibus, à quo non diſſentit Lucanus lib. 3.

------- Qua vertice lapſus
Riphæo Tanais diuerſi nomina mundi
Impoſuit ripis, Aſiæque & terminus idem
Europæ, & media dirimens confinia terræ.

Mela etiam ita præcipitem rapidumque eius curſum dicit, vt quum vicina omnia flumina, tum Mæotis & Boſphorus, tum Ponti aliqua, brumali rigore durentur, ſolus hic æſtum hiememque iuxta ferens, idem ſemper, & ſublimis incitatuſque decurrat. Fuere qui per mare Caſpium eum labi arbitrari ſunt, quos etiam ſequutus eſt in periegeſi ſua Dionyſius. Rufus ita extulit,

Europam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Europam atque Aſiam Tanais diſterminat amnis.
Hic ſe Sarmaticis euoluens finibus, alta
(Sciſſus Araxeo prius æquore, iam ſuus) vnda
Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Thetin
Intrat, & inſerto freta pellit vaſta fluento.

Sequutus fortaſſe in Argonnanticis Orphea, cuius eadem fuit ſententia. Sed errant. nullus enim fluuius ex mari Caſpio in Mæotim paludem, aut in Pontum Euxinum decurrit: Oritur autem Tanais non in Rhipæis iugis, ſed in ſiluæ cuiuſdam ingenti lacu, non longè à Tulla vrbe, ex quo etiam lacu *Scat* amnis in Occidentem fluens naſcitur. OCCÆ fluuij caput eſt in Prouincia Mneſech, is multa præterlapſus oppida, infra Nouogardiam inferiorem Volgam ingreditur. Sunt etiam in Moſchouia multi & magni lacus; *Ilmen* qui Ruthenis *Ilmer* dicitur, ſupra Nouogardiam, longitudinem habet XII. milliar. Germanicorum, latitudinem octo. *Ladoga* longus eſt C. latus LX. milliaria. Lacus albus, qui incolis *Bieloyeſerro*, longus XII. milliar. latus totidem: flumina recipit CCC. LX. Caput totius regni & Metropolis eſt vrbs MOSCHOVIA, vulgò dicitur *Moſkuna*, tum ſitu ſuo opportuna, qui regionis medius eſſe exiſtimatur; tum inſigni fluminum frequentia celebris, & domorum amplitudine numeroque & munitiſſimæ arcis robore. Oblongo enim ædificiorum tractu ſecundum Moſchi fluminis ripam ad ſpatium quinque milliarium extenditur. Domus in vniuerſum ſunt ligneæ, diſtinctæ in triclinia, coquinas & cubilia, numerus earum eſt ſupra 41500. hæ ferè omnes & ad vſum olerum, & ad voluptatem priuatos habent hortos. Singulæ regiones ſingula habent ſacella: ſed conſpicuo in loco eſt templum B. Virgini dicatum, nobili ſtructura & amplitudine. Arces præterea duas habet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quarũ vna *Kitaigorod* altera *Bolſigorod* appellatur, quas hinc Moſchus amnis, illinc Neglinna alluunt. Vltrà Neglinnam verò in agro qui *Narbat* dicitur, Ioannes Baſilides curiam amplisimam anno Domini M. D. L X V. exſtruxit, cui nomen *Opriczna*, id eſt, ſecreta ſeiunctaque aula. Hic Dux ipſe manet cum ſatellitibus & corporis ſui ſtipatoribus, quos ad tutelam ſui habet, perinde ac Turca Ianitzaros. Numerus eſt viginti quinque millium. Longiſſimus dies in hac vrbe, (vt ferè per reliquam Moſchouiam) eſt X V I I I. horarum. Porrò in vniuerſa hac Ruſſiæ parte ſunt plures alij tractus. VOLODIMIRIA Ducatus, cuius titulum magnus Dux ſibi vendicat, nomen habet ab vrbe primaria, fuitque ad Ioannis vſque tempora, qui filius Danielis fuit, perpetua Ducum Moſchouiæ ſedes: diſtat ad ortum ſolis ducentis amplius milliaribus à Moſcha, ſita eſt in ripis Cleſmæ amnis, qui in Volgam euoluitur. Prouinciæ autem huius ager adeò fertilis eſt, vt ex vno tritici modio ſæpè viginti modij proueniant. NOVOGRODIA inferior illi paſtione, agrorum fœcundirate nihilo cedit. Vrbem habet ligneam, quæ dicitur communi cum vniuerſo Ducatu nomine *Nouogrod*, ſitam ad Volgæ & Occæ confluentes. Hæc ſummam ſemper obtinuit dignitatem, propter incredibilem ædificiorum numerum, latiſſimique & piſcoſi lacus opportunitatem, & vetuſtiſſimi ac venerabilis apud illam gentem templi famam, quod ante quingentos penè annos Byzantiorum Cæſarum æmulatione, Sanctæ Sophiæ dicatum fuit. Arx hoc loco memorabilis, ſummis impenſis à Baſilio duce ex lapide in ſcopulo exſtructa. Diſtat omnino vrbs à Moſchouia C. milliaribus Polonicis. ad Rigam vero proximum Sarmatici littoris portum, paullo minus quingentorum milliarium iter eſt. RHEZAN Pruoincia eſt inter Occam fluuium & Tanaim, tritici, mellis, piſcium, auium fertiliſſima: vrbes habet ligneas, *Rhezan* ad ripam Occæ ſitam, & *Confiram*, & *Collugam* & *Tullam*, iuxta quam Tanais fontes conſpiciun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſpiciuntur. WOROTINENSIS Ducatus tribus à Colluga miliaribus ciuitatem habet & caſtrum eiuſdem nominis. SEVERIA, Ducatus eſt ingens, & rebus multis adfluens; vaſtos habet & deſertos campos: Oppida complura, inter quæ præcipua hæc ſunt, *Starodub*, *Nouogrod ſieuierſki*, & *Czernigow*. Siluæ hermellis, aſpreolis, & martibus abundant, mellis quoque copiam ingentem ex apibus ſubminiſtrant. Regionem præterlabitur fluuius *Sera*. qui in Deſnam influit. Gens propter aſſidua cum Tartaris bella, armis adſueta eſt, & manu prompta. SMOLENSKI Ducatus ad Boryſthenem ſitus eſt, vrbem habet cognominem, quam parte vna Boryſthenes alluit, parte altera cingunt altæ foſſarum indagines acutis ſtipitibus armatæ. Hanc ciuitatem Baſilius Magnus Moſchouiæ Dux ſæpè grauiterque oppugnatam non ante cepit, quam Michaël Glinſko ſeditione in Lithuania excitata deſertis Regis Poloniæ partibus profugus, arcem cum ingentibus Moſchorum copiis acerrimè obſedit, ac tandem corruptis præſidariorum militum præfectis in deditionem accepit. Sunt & Ducatus Prouinciæque *Moſaiſkia*, *Ruſchonia*, *Tuuerda*, *Pleſcouia*, *Volzka*, *Corella*, *Blolizero*, *Wolochda*, *Vſting*, *Iaroſlauia*, *Roſtouu*, *Dnuina*, *Suſdali*, *Wiathka*, *Permia*, *Iugra*, *Petzora*, & *Nouogardia magna*, quam illi vocant *Nowogrod Wielki*, in qua vrbs eiuſdem nominis ampliſſima, ipſam Romam magnitudine ſuperans. Diſtat ea à Moſchouia C X X. milliaribus, à *Pſkouia* X X X V I. ab *Iwano* & *Gorod* & *Welikieluki* X I. Fuit ea olim ditionis Lithuanorum, poſteà capta à Ioanne Baſilio anno M. CCCC. LXXVII. Eſt autem regio omnis multo frigidior Moſchorum regione; nam perpetuâ hieme & tenebris longiſſimarum noctium premitur. Dies longiſſimus in ſolſtitio æſtiuo eſt X X. propè horarum. nox ferè nulla. In ciuitate idolum fuit *Perum*, loco in quo nunc eſt *Perunſkimonaſter*. hoc accolæ ſummo cultu adorabant; Forma illi viri, lapidem ignitum manu tenentis, ex quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

fulmen emicabat. Diceres Iouem fuiſſe fulguritorem vel Tonantem, ἀστροπετὴ, ὑψιβρεμέτη, ἀργικέραυνον, σκηβόλον: nam *Perum* Ruthenis & Polonis fulmen ſignificat. *Pezora* nomen habet à fluuio quem vtrimque montes & inuiæ rupes muniunt, dicunturque Cingulum vel Zona terræ. Sunt & aliæ regiones magno Duci vectigales ad Septentrionem longo tractu terrarum porrectæ, vt OBDORA in qua eſt idolum *Slata baba*, hoc eſt aurea anus, CONDORA, CVLOMORIA & LAPPIA. Illud verò memorabile eſt, quod refert Paulus Iouius, Paullum quendam Genuenſem Centurionem vehementer & ſupra æquum Luſitanorum injurijs accenſum, acceptis à Leone x. Pontifice commendatitijs litteris in Moſchouiam veniſſe, ad Principem Baſilium, eique cum alia quædam de conſociandis vtriuſque Eccleſiæ ritibus expoſuiſſe, tum etiam oſtendere voluiſſe nouum & incredibile iter petendis ab India aromatibus per Moſchouiam. Se namque fama cognouiſſe quum in Syria Ægyptoque & Ponto negotiaretur, aromata ex vlteriore India aduerſo amne Indo vehi poſſe, atque inde modico terreſtri itinere ſuperatis Paropamiſidarum montium jugis, traduci in Oxum Bactrianorum amnem, qui ijſdem fere ortus montibus quibus Indus, in Hyrcanum mare raptis ſecum multis amnibus ad Strauam portum effunditur. Porrò ab ipſa Straua tutam facilemque nauigationem videri vſque ad Emporium Citracham, oſtiumque Volgæ amnis, inde verò aduerſis ſemper amnibus Volga, Ocha, & Moſcho, in vrbem Moſcham: hinc terreſtri itinere Rigam, & in ipſum mare Sarmaticum, omneſque occiduas regiones: maiore compendio quam Luſitani facerent, qui tota Africa circumnauigata, aromata partim longinquæ nauigationis incommodo, partim ſentinæ vitijs corrumpi paterentur: ac poſtremum in Vlyſſiponenſibus conditorijs promercalibus depoſita non ante venderent, quam vetera omnia & diuturno ſitu muccida diſtracta eſſent. Sed nihil impetrauit Paullus: quoniam

niam Baſilius homini extero ac ignoto eas regiones quæ ad Caſpium mare & Perſarum regna aditum præberent, minimè aperiendas eſſe exiſtimabat. Plura & ſcitu digno de Moſchouia peti poſſunt ex Mathiæ Miechouij Sarmatia.

DESCRIPTIO TARTARIÆ.

REGNVM TARTARORVM prærer Europæ partem, etiam Sarmatiam omnem Aſiaticam complectitur, cum Scythia & Serica, quam nunc vocant *Cathaio*. Nomen habet à fluuio *Tartaro*, qui eam partem irrigat quæ à noſtris *Magog*, ab accolis *Mongul* vocatur. Circumſcribitur Orientali Oceano ſiue Mangico, Septentrionali, & regionibus Auſtralibus, vt ſunt, Sina, Indiæ pars extra Gangem, Sacæ, Iaxartes fluuius, qui hodie Cheſel dicitur, Mare Caſpium, & palus Mæotis. Diuiditur in plures partes. *Minorem*, quæ Europam ſpectat & inter Boryſthenem & Tanaim concluditur, complectiturque Tauricam Cherſoneſum quam inhabitant Præcopenſes; *Tartariam deſertam*, in qua multæ hordæ; *Zagatar*, quæ Scythia eſt intra Imaum; *Cataio* cum regno *Tangut*, quæ antiquorum eſt Scythia extra Imaum, & Serica regio: ac poſtremùm *Antiquam Tartariam*, quæ Ptolemæo fuit incognita. Natio omnis profana eſt & Barbara, ius ipſis in armis, lex in robore & viribus: domos non habent, ſed pro his plauſtra; vrbes rariſſimas: itaque cateruatim degentes depaſtis frugibus alio commigrant. Homerus iſtos vocat ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς, γαλακτοφάγȣς, ἀβίȣς τε. Latam faciem habent, & obeſam, oculos contortos & concauos, ſola barba horridi, cætera raſi; corpus validum, animum audacem.

KB Den Haag

183



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Crudis aut ſemicoctis carnibus veſcuntur. A ſuilla abſtinent. In vaſtis ſolitudinibus viarum incerti curſum poli arctici quem ipſi *Seleſnicol*, hoc eſt, clauum ferreum vocant, adſpectu dirigunt. Sitim leuant ſanguinis equini potu. Pecuniæ vſum non habent, itaque res pro rebus commutant. Horda tamen Zauolhenſis dicitur Turcarum *Aſpros* admittere. Preſkouienſis etiam ducatos. Iſmaëlitas ſe eſſe dicunt, idque etiam præ ſe ferunt: Mahumeti legem admiſere anno M. CC. XLVI. cætera Iudæorum ritu peragunt, circumciduntur, lauantur, & quotidie ſolemni hora exclamant *Iabi illo illoth*, Non eſt DEVS, niſi vnus Deus: Summus ipſis ſacerdos eſt *Seyd*, Imperator *Cham*. Præter hos ſunt etiam hordæ Iudæorum, ſunt & Paganorum, & Chriſtianoru m Neſtorianorum. Hordæ cætum conuentumque plurium ſignificant ad vſum communem. PRÆCOPENSES vti diximus, Tauricam Cherſoneſum incolunt, ad mare Euxinum: dicuntur *Vlani* ab Vlano qui hæc loca primus inſedit: etiam *Crymſkij* à ciuitate Crym. In hac peninſula præter alias vrbes eſt *Theodoſia*, quam nunc Caffa vocant, vetus Genuenſium colonia; ſunt autem Præcopenſes Chriſtianis admodum infenſi, quorum trecentos Turcæ quotannis pendunt. In extrema huius regionis parte eſt Tanas ciuitas, ad oſtia Tanais fluuij: Rutheni vocant *Azac*, eſtque nobile emporium. Boſporus Cimmerius fretum eſt quod Europam ab Aſia diſterminat; Mæotis palus quia plurima recipit flumina piſcibus valde abundat: Euxinus itidem, cuius ſuperior aqua dulcis eſt, inferior ſalſa. TARTARIA DESERTA hordas multas complectitur. *Zauolhenſem*, *Caſanenſem*, *Nohaicenſem*, *Thumenſem*, *Schibaſchienſem*, *Coſachienſem*, *Aſtinchauenſem*, *Kirheßorum*, *Baſchirdorum*, *Molgomozorum*, aliaſque. Primaria vetuſtiſſimæ nobilitatis commendatione horda eſt *Zauolka* inter *Volgam* & *Iayth* fluuios, hanc Baſilius magnus dux Moſchouiæ ſibi ſubegit. In hoc agro ferunt ſemen eſſe, ſemini melonis ſimillimum, ſed minus, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

oblongum; ex eo, ſi feratur, plantam exire quam *Boranetz*, id eſt, agnum vocant. creſcit enim agni figura, ad pedum ferè ternum altitudinem: quem pedibus, vngulis, auribus, tota capite, præterquam cornibus, repræſentat. Pro cornibus pilos gerit ſingulareis, cornu ſpecie. Obducitur corio tenuiſſimo, cuius detracti vſus ad capitum tegmina incolis. Ferunt, internam pulpam Gammari carnes referre: cæterum è vulnere quoque ſanguinem manare. Dulcore eſſe admirabili. Radicem humo exſertam, ſurrigere ad vmbilicum vſque. Quamdiu vicinis obſidetur herbulis, tamdiu viuere, quaſi agnum in læto pabulo; abſumptis illis tabeſcere atque interire: idque non ſolum vel caſu, vel tractu temporis, ſed etiam experiundi gratia ſubtractis atque ablatis euenire. Illud etiam auget admirationem: appeti eam à lupis, non item ab alijs beſtijs quæ carne veſcantur. *Caſanenſis* horda ad Volgam porrecta ditionis eſt Moſchorum, quorum Dux ſe vocant *Czar Caſanſkij*, regem Caſanenſem. *Nohaicenſium* horda vltra Volgam circa mare Caſpium ad fluuium *Iaych* ſita eſt, cuius incolæ ſumma prudentia Remp. adminiſtrant, tributum magno Moſchouiæ duci pendentes, *Caſaczkienſis*, *Thumenſes*, *Scibanſkienſes* militares valde ſunt. *Molgolmozani* & *Badaique* ad Septentrionem degunt, in ſubterraneis antris, Solem adorant, aut pannum rubrum è ſtipite dependens. Hic eſt lacus *Kytay* è quo Obij fluuius emanat. ZAGATHAI Tartari Bactrianam, Sogdianam, & Margianam occupant: habent à Septentrione *Iaxartum* Fl. qui nunc *Cheſel* dicitur, ab occaſu mare Caſpium. Metropolis eſt *Samarcanda*, quæ ab antiqua gloria & magnitudine multum remiſit: Patria hæc Tamerlani fuit, quem ſui dixere *Temir Cuthu*. Eſt in eodem tractu *Bichend* vrbs, & *Turcheſtan* regnum iuxta portas Caſpias. Mons Imaus terminus eſt Orientalis. SCYTHÆ extra Imaum multa & ampla regna poſſident ſub Imperatore Magno Chamo, quem Turcæ *Vlucam* vocant, quaſi magnum principem, Moſchi *Czar*


Cataiſki,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Cataiſki, Cæſarem Cataiæ. Eius nomen in tabula rubra deſcriptum in præciparum vrbium templis proponitur: ſtipatorum numerus eſt x i i. mill. hos vocant *Quiſitam*, fideles. Moneta eſt ex cortice arboris, cui regium ſigillum imprimitur. Dux mortuus in monte *Alcai* ſepelitur, cui interdum inferias mittunt quoquot funeri occurrunt: Obſervatum eſt, occiſa ſemel c c c. hominum millia. Metropolis regni eſt *Cambalu* ad ripam fluuij *Poliſangi*, cuius ſpatium intra vrbem eſt x x i v. mill. Italicorum: portæ ſunt duodecim, extra quas totidem ſuburbia. Emporium iſtud gemmarum, auri, argenti, ſerici eſt opulentiſſimum: Ferunt ſingulis diebus mille currus ſerico onuſtos ex China huc aduehi, præter alias merces. Eidem duci parent regna *Tangut*, *Camul*, *Tainfu*, *Tebet*, & *Tenduc*, in quo Preſbyter Ioannes regnauit, cuius ante annos c c c. longe lateque patebat imperium, vulgò vocant *Preſtigiani*; id autem eſt lingua Perſica Ἀποστολικός, nam *Preſtegan* eſt ἀπόστολος, conuenitque hoc nomen potius Pontifici alicui quam Regi, vt notauit Scaliger libro de Emend. Temp. E Tangut regione defertur ad Europæos Rhabarbarum. Eſt & *Caindo* vrbs mercatu celebris. In extrema Tartaria, quæ Septentrionem & Occidentem ſpectat, ad promontorium Plinij *Tabin*, & fretum *Aniam*, hordæ ſunt aliquot, Iſraëlitarum reliquias, ſi vera eſt fama, ſeruantes, Dan, & Nepththalim: Regio illic eſt *Bargu* paluſtris: regnum *Tabor*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CYPRVS quæ & Paphia & Amathuſia, & Salaminia appellatur, in medio Iſſici ſinus inter Ciliciam & Syriam iacet; ad ortum eſt mare Syriacum & ſinus Iſſicus, quem vocant *Golfo de Luazzo:* ad occaſum mare Pamphylium; ad meridiem Ægyptium pelagus: ad Septentrionem ſpectat aſperam Ciliciam, quæ nunc *Turcomannia* dicitur, vel *Caramania.* Promontoria ſunt, ad occaſum Acamas, Drepanum, Zephyrium: ad Auſtrum Phrurium, Curias, Dades: ad ortum Pedaſium; ad Septentrionem Crommyon. Ptolemæus totam inſulam quadripertito ſecat, in Salaminiam, Paphiam, Amathuſiam, & Lapathiam. Hodie in XII. partes diuiditur, quarum nomina ſunt, *Nicoſia*, *Famaugusta*, *Paphia*, *Andima*, *Limiſſum*, *Maſetum*, *Salinæ*, *Meſſaria* ſeu *Siuori*, *Cruſocus*, *Pentalia*, *Cerina* & *Carpaſſus.* Inſula omnis mirè fertilis eſt, ſmaragdo etiam cryſtallo, & alumine nobilis: ære imprimis, quod ibi primum inuentum creditur, tanta copia, vt Cyprus ærosa ex eo dicta fuerit. Delicijs ita fuit abundans, vt inſulam Veneri conſecrarint. Clariſſimæ eius vrbes fuere *Salamis*, *Paphos*, &, quo primum ex mari Venerem egreſſam accolæ adfirmabant, *Palæpaphos*, Virgil.

Illa Paphum ſublimis adit, ſedeſque reuiſit
Læta ſuas, vbi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, -----------

Salamis in amœniſſimo ſinu Orientalis littoris poſita fuit, habuitque traiectum ex Syria commodiſſimum. Lucas Actor. XIII. de Paulo, & Barnaba, & Marco: *Abierunt* inquit *Seleuciam &*

inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

inde nauigauerunt in Cyprum: & quum eſſent Salamine, annunciauerunt ſermonem Dei in Synagogis Iudæorum. Et peragrata inſula vſque ad Paphum, invenerunt quendam Magum, &c. Eadem poſtea dicta eſt Conſtantia, habuitque Epiſcopum Epiphanium. Eſt & Cittium oppidulum, magni Zenonis patria, quem propterea Phœnicem cognominatum fuiſſe, autor eſt Suidas. Cicero ipſe Pœnulum vocat tertio de Finibus. Tacitus etiam autor eſt, in Cypro Venetis aras ſanguine offundi vetitum fuiſſe, nec niſi precibus & igne puro altaria adoleri conſueuiſſe, quæ ne vllis quidem imbribus, etiam in aperto ſitæ, maduerint. Fuere & *Amathus*, & *Ceraunia*. Hodie celeberrimæ ſunt, *Nicoſia*, & *Famanguſta*. Pagi in vniuerſum ſunt D. CCC. L. Mons eſt Olympus, quem *Trodon* vocant, vndique exſtructis monaſterijs inſignis, in quibus habitant Caloieri. Incolæ iam olim nauigijs celebres fuere; adiuti ad eam rem terræ benignitate, quæ omnia abunde ſuggerit, quibus ad nauem exſtruendam apparandamque à carina ad ſummum vſque carcheſium opus eſt; quo ſit vt *trabem Cypriam* Poëtæ pro naui vſurpent. *Cyprio boui merendam* Ennius Sotadico verſu quum dixit, ſignificat id quod ſolet fieri in hac Inſula, in qua boues humano ſtercore paſcuntur. Veneti eam rexerunt ab anno M. CCCC. LXXIII. ad annum M. D. LXX. quo anno eam Turca Selymus Chriſtianis eripuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

TERRAM Chanaan quam vulgò ſanctam dicunt, Ptolemæus alijque Geographi vocant PALÆSTINAM: longitudo eius eſt ab Ægypto vt vult Herodotus, vel vt alij à Sirbonis lacu vſque ad Phæniciam mill. paſſ. M. L X. Latitudo à mari, vſque ad Hippium montem mill. L X. A Septentrione habet Phœniciæ partem, ab occaſu Libanum montem & Mare mediterraneum: à meridie & Oriente Arabiam. Miram eius fertilitatem ſacræ littere prædicant; confirmant hiſtoriarum teſtimonia, & quotidiana experientia; quamquam dubium non ſit, vix hodie decumam partem habere antiquæ fœcunditatis. Balſamum olim proferebat, nunc non habet. Fluuius eam quam longa eſt ſecat IORDANIS, qui Hebræis Iarden: Hic vt tradidit Hieronymus de loc. Hebr. ex duobus fontibus haud procul à ſe diſſitis Ior ſcilicet & Dan (qui & Paneus dicitur) bicornis erumpit, alterum cornu *Ior*, alterum *Dan* vocant accolæ, coniuncti efficiunt *Iordan* vel Iordanem. Hic per regiones amœniſſimas lapſus Traconitidem ab Iturea & Galiæa ſuperiori ſeparat, poſtea inter Cæſaream Philippi & mare Galilææ vallem quandam ingreſſus, ſtagnum facit, latum ſtad. xxx. longum L X. Hoc ſtagnum vocant *Aquas Meron* & Samachonitem lacum. Inde rurſum erumpens auctuſque aliquot riuis fontibuſque, inter Capernaum & Corazim in mare Galiææ ſeu lacum Genezareth (Plinius Genezaram nominat, lib. v. cap. 15.) ſe effundit. Lacum hunc vocant etiam mare Tyberiadis, eſtque longus ex Plinij dimenſione X V I. mill. paſſ. latus V I. Atque hactenus quidem Iordanis minor dicitur. Maior inde effectus, *Ciſon*, & *Jaboc* torrentes recipit, Petræamq; à Samaria, & Moabitidem à Iudæa diſterminat: Tum *illuſtrem conuallem* præterlapſus poſt multos ac ſinuoſos flexus iuxta *Arnonis* oſtium veluti inuitus in *Mare mortuum* ſiue lacum Aſphaltitem dirum natura illabitur, cui iunctis & nomen amittit, & limpidiſſimas eximiæ dulcedinis & ſaluberrimas aquas perdit, peſtilentibus mixtas, quas

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

185



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vbi piſces quibus Iordanis abundat, guſtauerint, illico aut renatant, aut moriuntur. Lacum iſtum ab aſphalto etiam vocant *Aſphaltitem*; Longus eſt LXX. mill. latus XIV. exhalatque tam tetrum ſpiritum, vt neque aër auem, neque valles vicinæ fructum ferre poſſint. Quam florens ac populoſa fuerit vniuerſa hæc regio, vel ex eo apparet, quod Dauid in ea cenſuerit millies mille & trecenta millia virorum bello aptorum: neque tamen eo tempore numerati ſunt hoſtes Philiſtæi aut Tyrij, aut tribus Beniamin. Varias mutationes expertam, multiſque bellorum tempeſtatibus obnoxiam fuiſſe, vel gentis ingenio imperium nec ſuum nec alienum ferente, vel peccatis eorum diuinam iram prouocantibus, vel exteris regionem feliciſſimam appetentibus, ſacra teſtantur monumenta, & hiſtoriæ quotquot exſtant Græcæ & Latinæ. Victi aliquoties, aliquoties in duram ſeruitem exportati, nec ſecundis nec aduerſis ferendis idonei fuere: Experti iugum modò vicinorum, modò remotiſſimorum populorum, Ægyptiorum, Medorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum, non deſtiterunt vnquam ſeditioſis conſilijs ſeque ſuamque Remp. omnem peſſundare, donec ipſum filium DEI, humani generis ſoſpitatorem, nefarijs manibus (quo nullum ſcelus altius eniti potuit) cruci adfixerunt. Ex eo ſequutus longa ſerie nouus malorum ordo, Titus Veſpaſianus Iudæa deuicta, Hieroſolymis captis, multis Iudæorum millibus in captiuitatem abductis, pluribus occiſis fame, peſte, igni, gladio, templum, & quicquid ſacri aut profani erat, vaſtauit diruitque, anno a Chriſto Seruatore nato LXXIII. quod ipſe in terris agens futurum ante prædixerat. Vrbem reſtituit Ælius Hadrianus; mutata nonnihil loci regione, excluſit enim montē Sion, vna cum Palatio Salomonis, montes verò Gihon & Golgata intra muros concluſit, inque ijs Ioui & Veneri templa exſtruxit: loco verò ſuperioris & auguſti templi ſuam ſtatuam fieri fecit, porcorumque imagines marmoribus portarum incidi iuſſit, in Iudæorum contumeliam.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Hanc vrbem Ioui Capitolino conſecrauit, vt eſt apud Dionem, vocauitque ex ſe *Æliam Capitolinam*. Statuam Adriani, de qua diximus, ſuo æuo adhuc conſpectam autor eſt locuples B. Hieronymus. Helena Conſtantini mater Veneris & Iouis templis deſtructis, in monte Golgotha aliud ædificauit, quod Golgothanum dictum fuit: In monte quoque Oliuarum quo loco Chriſtus cælum adſcendit, templum aliud exſtruxir. Sepulchrum Domini ſacello pretioſiſsimo exornauit Conſtantinus. Et hactenus quidem templum vetus Salomonis diſsipatum dirutumque iacebat, quum Iulianus parabates Anno CCC.LXIII Iudæis illius reſtaurandi copiam fecit: qui tamen miraculo territi à cæptis deſtiterunt. Anno D.C.XV. Choſroes Perſarum rex vrbem cepit, inque ea nonaginta millia hominum trucidauit; ſed ab Heraclio ſuperatus captuſque pœnas dedit. Anno D.C.XXXVI. Haumar Saracenorum princeps Iudæam omnem ſibi ſubiecit, manſitq; ea totos quadragintos quinquaginta annos ſub Saracenorum poteſtate. Anno igitur M.XCVII. quum Concilio Claremontano decreta eſſet ſub Vrbano II. ſacra profectio recuperandæ terræ ſanctæ gratia, Gothofredus Bulioneus coactis Chriſtianorum copiis ampliſsimis (dicuntur enim CCC. fuiſſe peditum millia, C. millia equitum) Saracenos expulit. Anno M.C.LXXXV. Saladinus Perſarum rex Saracenos reſtituit. Haud multo tamen poſt rurſum inuaſere Chriſtiani. Iterumque Saraceni Anno M.CC.XVII. donec poſt varias mutationes Turcæ eam omnem occupauerunt Anno M.D.XVII. Ita Hieroſolyma quæ teſte Plinio lib. v. cap. 14. longe clariſsima fuit vrbium Orientis, non Iudeæ modo, erepta Chriſtianis, Turcam dominum agnouit.

Diſtributa olim fuit omnis regio in tribus XII. pro numero filiorum Iacobi. quæ ſingulæ vrbes, oppida, vicos, pagos, arces continebant, neque enim alia vlla in orbe prouincia eſt, quæ tantillo ſpatio tot ſplendidas vrbes tamque multas habuerit. Fuerunt in ASER, *Achſaph, Sidon,*

Tyrus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Tyrus. In BENIAMIN, *Bethel, Gabaa, Ieruſalem, Iericho.* DAN, *Accaron, Geth, Lachis.* EPHRAIM, *Gazer, Samaria, Saron, Taphua.* GAD, *Rabba.* ISASCHAR, *Aphec.* IVDA, *Arad, Bezec, Eglon, Hebron, Lebna, Maceda, Odolla, Taphua.* MANASSE, *Dor, Gilgal, IeZraël,* ac prætereà *Aſtaroth, Geßur, Theman, Soba.* NEPHTALIM, *Aſor, Cedes, Emath.* RVBEN, *Heſbon, Madian, Petra.* SIMEON, *Dabir, Gerara.* ZABVLON, *Jeronam, Semeron, Sephor.* Manſitque hæc rerum diuiſio ad Roboami vſque tempora, quo regnante tribus Iuda & Beniamin coniunctæ regem ſuum habuerunt, qui dictus Rex IVDÆ. reliquæ tribus decem facta ſeceſſione obtinuerunt nomen regni ISRAELIS. Quod ipſum poſtea iterum in SAMARIAM & GALILEAM diuiſum eſt. Samaria plus auitæ religionis ſeruauit: ſedes regia fuit in vrbe eiuſdem nominis, quam nunc vocant *Sebaſten.* Galilæa ab exoticis occupata, fuit corruptior. Hæc rurſum ſuperior fuit & Inferior. *Superior* dicta eſt aliter Galilæa gentium, fuitque Tyro contermina; *Inferior* dicta eſt Tyberiadis, propter lacum. In hac ſunt *Nazareth, Mons Thabor,* aliaque loca illuſtria. In PHOENICIA ſunt *Tyrus, Sidon, Tripolis, Berytus, Ptolemaïs* quæ *Acon, Emiſſa,* & alia aliquot loca diuerſæ appellationis. Hæc omnia recenſere & accuratius delineare non eſt præſentis inſtituti: ſatis eſt, ſi leuem hypotypoſin lectori concipiendam animo propoſuerimus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ARABAS quidam Syros vocant: certè appellationes horum atque Aſſyriorum & Arianorum & Armeniorum adfines eſſe docet Strabo lib. 1. Nam quos nos Syros dicimus, ipſi Syri nominant Armenios & Aramæos, Græci etiam Arabas & Erembos. Sed & Eremborum vox Troglodytas denotat, quaſi τὴν ἔραν ἐμβαίνοντας. Porrò ARABIA triplex eſt, Deſerta, Petræa, Felix; tota inter duos ſinus iacet. Perſicum ab Oriente, Arabicum ab Occidente; Ad Septentrionem eſt Euphrates cum Syria, ad Auſtrum Oceanus Indicus. Incolæ Saraceni ſunt, & Mauri; dicuntur etiam Agareni. Horum ſuperioribus ſeculis in tantum creuit potentia, vt Syriam, Perſiam, Troglodyticam, Ægyptum, & aliquot Africæ regna ſuo imperio adiunxerint, & in Hiſpania occuparint Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem ditionem: In Italia regnum Neapolitanum inſederint, & Siciliam plus quam ducentos annos tenuerint. Indiæ etiam Orientalis regna, & innumeras Oceani Indici inſulas, oramque Africæ meridionalem ſua ſecta infecerint, in quibus locis vrbes atque emporia celebriora etiam nunc occupant. ARABIA DESERTA quæ Aſpera, Inferior, Caua dicitur, proxima eſt Euphrati & Syriæ: ad Occaſum habet Arabiam Petræã, eſtq; hac parte horrida, arenoſa, incu ta, adeo ut qui per eam iter faciunt, ad Cynoſuram æquè atq; in mari nautæ reſpiciant. Ad Auſtrum Felicẽ, qua parte cultior eſt & habitata. ARABIA PETRÆA ſeu Petracenſis nomen habet à Metropoli Petra: noſtro tempore Saraceni eam vocant *Barraab*, eſtque Plinio, Straboni, Ptolemæo Nabathæa: ad occaſum habet montem Caſſium, atque illic alluitur mari Ægyptio. In hac Ara bia eſt MECHA vrbs ampla, vt quæ ſex millia ædificiorum ſuo ambitu contineat. In media vrbe moles alta inſtar Coloſſæi, in qua turris conſpicua columnis quadringentis fulcitur: monumentum Mahumeti Pſeudoprophetæ. In eadem Arabia ſunt deſerta illa in quibus populus Iſraeliticus per annos XL. errauit. *Ethan*, *Sur*, *Sin*, *Tzin*, *Paran*,

Montes hic ponuntur, *Oreb* & *Sinai*, qui Ptolemæo dicuntur Melani. Horum frequens in ſacris mentio: Ad montem Sinai menſe tertio à profectione ex Ægypto venit populus Iudaicus ductu Moſis: Ad eundem lex, Iudicia, ceremoniæ conſtitutæ & generi humano datæ ſunt. Mons eſt arduus, ſublimis, adſcenſu difficilis, ſuperat Oetam altitudine, & Idam Cretæ. In eo eſt monaſterium Chriſtianorum profeſſionis Græcæ, ipſi *Caloieros* vocant; Hi aduenas excipiunt. Horeb pars eſt montis Sinai, & quidem minor. Ad hunc apparuit DEVS Moſi in rubo ardente, dum is ibi paſceret oues ſoceri ſui. Ex hoc manatilis petræ liquor virga excuſſus eſt. In hoc orauit Moſes dum Ioſue aduerſus Amalechitas pugnaret. In huius denique ſpelunca Eliæ adfulſit DEVS ſibilo tenuis auræ. ARABIA FELIX ſiue Eudæmon, diues, odorifera, beata, λιβανοφόρος, ἀρωματοφόρος dicitur, Regio pinguiſſimi vliginoſique ſoli vbertate & copia cæteras longè excedit, quotannis bis ſeritur: præter neceſſarios ad vitæ uſum fructus etiam calamum fert, & nardum, caſiam, cinnamomum, myrrham, metalla, gemmas. Thus autem hac ſola in regione colligitur. Nimirum hoc voluit Poëta quum dixit, *Solis eſt thurea virga Sabæis.* Sola item hæc Phœnicem habet. Vrbes præcipuæ ſunt *Medina tanalbi*, *Zidem*, *Zebethum*, *Aden*, & non longè à freto *Babelmandel*, vrbs omnium pulcherrima & munitiſſima ad littus maris rubri. Saraceni ſunt Arabes Scenitæ. Ammian. lib. XXII. *Et Scenitas prætenditur Arabas, quos Saracenos nunc appellamus.* Nomen habent à Saraca, quæ teſte Stephano Arabiæ regio eſt, finitima Nabatheis. Sed verum eſt Ἄραβας νομάδας ita dictos, hoc enim Arabiæ ſonat Sarah, quod ſint furaces & λῃστρικοί. Ridiculum eſt, putare eos dictos à Sara vxore Abrahæ: ita enim vel Sarei dicendi eſſent populi, vel mulier illa Saraca.

PERSA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PERSARVM gens obſcura prius, initium commendationis & famæ accepit à *Cyro*, qui ademptum Medis Lydiſque imperium, primus in Perſidem intulit, & è minimo tenuiſſimoque maximum & florentiſſimum Aſia ſubacta, & uniuerſo oriente in poteſtatem redacto, reliquit. Succeſſit patri *Cambyſes*, qui Ægyptum imperio adiecit; à quo deinde ad *Darium* vſque, qui ab Alexandro Macedone victus vitam pariter cum regno amiſit, res Perſicæ in ſuo ſtatu manſerunt. Regnatum eſt annos cc. xxx. quod Q. Curtius juſtiſſimo, & ne minimum quidem fallente calculo tradidit lib. quarto: cui etiam adſenditur B. Hieronymus ad IX. caput Danielis. Regem vocabant μέγαν βασιλῆα, eumque diuinis honoribus proſequebantur. Hodie etiam Perſicum Imperium quod penes Sophos eſt, inter potentiſſima totius Orientis imperia numeratur. Id quanquam oppreſſum aliquandiu modo à Saracenis fuerit, modo à Tartaris, tamen rurſus emicuit ſub Iſmaële rege. Ab ortu Indos habet, & regnum Cambaiæ, à quo montibus ac deſertis ſeparatur. A Septentrione ſunt Tartari, juxta *Albianum* ſiue *Oxum* fluuium, partem reliquam claudit *mare Caſpium*. Ab Occaſu ſunt Turcæ juxta *Tigridem* & lacum *Giocho*: ad auſtrum ſinu Perſico alluitur, & mari Indico. Regio omnis raros fluuios habet, ac proinde non niſi juxta illos colitur; cætera feruoribus & ſiccitatibus exhauſta, deſeruntur. Taurus mons mediam ſecat, varijs pro populorum adiacentium ſitu nominibus inſignis, vt in Vniuerſali Aſiæ deſcriptione diximus. Mores gentis ſunt molliores quam vel Turcarum, vel Tartarorum, vel Saracenorum: ſtudia ſunt venatio, medicina, Poëſis, artes ſellulariæ, & imprimis ſericorum pannorum textura. Dicuntur *Ayami* vel *Azamij* ab Azamiæ regno, quæ quondam fuit Aſſyria. *Perſiani* à Perſide. *Cheſelbas* à pilleo rubro quem capiti impoſitum geſtant. *Sophiani* à Sopho principe. Regiones Imperio Perſico ſubiectæ hæ ſunt: *Media*, *Aſſyria*, *Suſiana*, *Meſopotamia*, *Perſis*, *Parthia*,

KB Den Haag

187



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

thia, Hyrcania, Margiana, Bactriana, Paropamiſus, Aria, Drangiana, Gedroſia, & Carmania MEDIA hodie *Seruan* dicitur, inter Perſiam & mare Hyrcanum ſita, ad Ortum Hyrcaniam habet & Parthiam, ad occaſum Armeniam maiorem & Aſſyriam. Diuiſa eſt in Maiorem ſiue Auſtralem, & *Atropatiam* Septentrionalem: hæc frigidior eſt, & idcirco minus culta: fluuium habet *Canac* quo ab Armenia dirimitur: habet & *Araxem*, & *Cyrum*. Vrbs potiſſima eſt *Sumachia*, ſunt præterea *Derbent, Eres, Sechi, & Giauot.* Illa cultior eſt, vrbem habet *Taurim* poſitam ad Orontis radices, diſtantem a mari Caſpio octo dierum itinere: ambitus eius pene XVI. mill. paſſ. complectitur, quo ſpatio CC. ciuium millia contineri creduntur. Hæc ſunt veterum Ecbatana, quibus Perſarum reges æſtate commorabantur, Curtius lib. V. *Ille iam Ecbatana peruenerat, caput Mediæ, nunc tenent Parthi, eaque æſtiua regibus.* Meminere eorundem præter Strabonem & Plinium; Herodot. lib. I. Diodor. lib. XVII. qui Medorum hanc Metropolim vocat; Cicero pro leg. Manil. Fuit & noſtro æuo in hac vrbe regia Sophorum ſedes; ſed poſtquam eam Amurathes Turcarum Imperator bello vicit, quod factum anno M. D. LXXXV. Tamaſes Sophus eam tranſtulit in vrbem *Caſbin.* Eodem tractu terræ ſunt *Turcoman, Saru, Sultan, Naſſiuam, Ardouil, & Marant.* Tauro vicinus eſt locus *Sanacazan* poſtremo bello inter Amurathem & Sophum geſto nobilitatus. ASSYRIA quæ hodie *Arzerum*, ad ortum habet Mediam: ad Occaſum Meſopotamiam: Armenia illi Septentrionalis eſt, Suſiana Auſtralis. Hæc poſtea contractè dicta eſt Syria. Iuſtinus. *Imperium Aſſyrij, qui poſteà Syri dicti ſunt, mille trecentis annis tenuere.* Hieronymus in XX. caput Ieſaiæ. *Quos veteres Aſſyrios, nunc nos vocamus Syros.* Similis decurtatio eſt in σπανίη: pro ἰσπανίη. Prouincias olim habuit Arrapachitem, Adiabenam, & Sittacenam, vrbem *Niniuen* ad Tigrim, cuius àmbitus LX.

 mill.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

mill. paſſ. comple&ebatur. Tigris verò in Armenia caput attolit, loco edito, ex lucido conſpicuoque fonte: hic primùm lentus non ſuo nomine fluit; vbi verò Medorum fines attigit, Tigris vocatur: Influit lacum Arethuſam, grauia pondera ſuſtinentem, nec vndas aut piſces miſcet: mox Arabas præterfluens, Meſopotamiam amplectitur, & Hydaſpen accipiens Euphratemque, defertur in ſinum Perſicum. Vtrique flumini vel vnus fons, vel capita vicina. Boëthius

Tigris & Euphrates vno ſeſe ore reſoluunt.

Lucan. lib. III. Pharſal.

Quáque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diverſis fontibus edit
Perſis, & incertum tellus ſi miſceat amnes,
Quod potius ſit nomen aquis. Sed ſparſus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ,
At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu,
Occultoſque tegit curſus, rurſuſque renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis.

SVSIANA hodie *Chus* vel *Cuſiſtan* appellatur: nomen habet à *Suſis*, vrbe primariâ, cuius ambitus eſt xv. mill. paſſ. Hujus regionis aërem calidum eſſe, ἔκπυρον καὶ καυματηρὸν, tradit Euſtathius, quæ cauſa eſt, cur illic hibernare reges conſueuerint. Vrbem *Choaſpes* alluit, qui regius fluuius dicitur. Hunc ſolum bibebant Reges: idemque etiam in longinqua comitabatur eos. Auſonius in Burdegala, *Vnum per cunctas ſolitus portare Choaſpen.* Porrò Suſa à floribus nomen habet, vt notat Athenæus; nam Suſa Perſis eſt lilium. Euſtathius, Suſa inquit διὰ τὸ τοῦ τόπου ἀνθηρόν:

Σοῦσα

Σοῦσα γὰρ ἐγχωρίοις τὰ κρίνα. In eadem vrbe arx fuit, *Medorum regis domus*, *quam*, vt eſt apud Caſſiodorum, *Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit:* Hanc inter fabricarum ſeptem terris attributa miracula idem numerat; Herodotus propterea libro v. hanc vrbem vocat Μεμνόνειον ἄστυ. MESOPOTAMIA quæ in ſacris *Padan Aram*, hodie dicitur *Diarbecha*, ſita eſt inter Euphratem & Tigrim, vnde & nomen, quaſi *Interamna*. Hebræi enim omnem regionem quæ duobus illis fluminibus irrigatur, & ad terminos Ægypti porrigitur vocant Aram, ſed diuerſis nominibus κατὰ παράθεσιν. Aram Padan eſt Meſopotamia. *Aram Damaſch* regio Damaſcena. Sic *Aram Rehobeth* Geneſ. x. *11.* Regio eſt pro ſitu & tempore varia: partem flumina inpinguant, adeò vt à paſtu repellenda ſint pecora, ne ſatietas perimat: pars arida eſt & ſterilis, herbis arboribuſque deſtituta. Vrbes præcipuæ ſunt, *Orta*, cuius ambitus eſt VII. mill. paſſ. & hac ipſa multo maior *Caramit*, Metropolis Meſopotamiæ, quam Selymus Turcarum Imperator Sophis eripuit: *Merdin* ſedes Patriarchæ Chaldæorum. *Moſus* in qua panni ex auro & ſerico texuntur, ſedes Patriarchæ Neſtorianorum, cuius autoritas ad Indos vſque & Cataium extenditur. In PERSIDE quam nunc *Farſi* vocant, vel *Farſiſtam*, vrbs eſt primaria *Siras*, quæ olim dicta fuit Perſepolis, regia quondam Magorum ſedes, Plinius vocat Perſici regni caput. In hanc ſub aduentum Alexandri totius Perſidis opes congeſſerunt Barbari; aurum ibi argentumq́; cumulatum: veſtis prætereà ingens modus; ſupellexque non ad vſum, ſed ad oſtentationem luxus comparata, ſed eam cum arce mirifici & planè ſtupendi operis, quam deſcribit Diodorus Siculus, Alexander ſtimulos admouente ſcorto, iniecto à ſe primùm igne accendit, poſteà aliis faces ſubdentibus tota deflagrauit. *Hunc exitum habuit* (vtor Curtij verbis lib. v.) *Regia totius Orientis, vnde tot gentes ante iura petebant, patria tot Regum, vnicus quondam Græciæ terror, molita mille nauium claſſem,*

 & ex-

& exercitus quibus Europa inundata eſt, contabulato mari molibus, perfoſſiſque montibus, in quorum ſpecus fretum immiſſum eſt. Ac ne tam longa quidem ætate quæ excidium eius ſequuta eſt, reſurrexit. Alias vrbes habuere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi. Huius veſtigium non inueniretur, niſi Araxes amnis oſtenderet. HYRCANIA hodie *Gorgiam* dicitur vel *Corcam* vel *Dargumen*, proxima mari Caſpio, quod propterea etiam Hyrcanum appellatur. Vrbes habet, *Hyrcanam* quæ Scythis eſt *CariZath*, Beſtan; & Maſandran. MARGIANA quæ nunc *Ieſelbas* nominatur, ad Septentrionem *Oxo* fluuio terminatur, quem hodie vocant *Abiamu*. Vrbs præcipua eſt, *Indion*, quæ priſcis *Antiochia* fuit. Palus Oxiana nunc dicitur *Babacamber*. BACTRIANA quæ nunc *Batter* vel *Charaſſaa*, eſt Tartariæ Zagatheæ pars, ad Oxum agro fertili colitur, interiora vaſtis ſolitudinibus deſerta ſunt, in quibus itinera nocturna aſtrorum obſeruatione diriguntur. Vrbes ſunt *Bactra* nunc Bochara, & *Iſtigias*. PAROPAMISSVS Bactrianæ pars eſt, ad montem Paropamiſſum, hodie regionem omnem vocant *Caudahar* vel *Sambleſtan*. Primaria vrbs eſt *Caudahar*, Emporium celeberrimum. ARIA quæ a Metropoli ſua *Eri* vocatur, tribus præcipuè amnibus alluitur, Ario, Toncleto, & Arapene. Palus in ea ingens quæ accolis *Burgianus* lacus appellatur. Eri vrbs ambitum habet XIII. milliar. paſſ. Eſtque in ea tanta roſarum copia, vt Perſæ eam vocent vrbem roſarum. CARMANIA, *Circam*, vel *Chermain* ad mare Indicum protenditur, vſque ad Gedroſiam, vrbibus & portubus frequentibus. Metropolis eſt *Chermain* in qua panni ex auro & argento contexuntur. Sunt & in Carmania regna *Macran*, *Eracain*, *Guadel*, & *Patan*. GEDROSIA quibuſdam creditur eſſe Guzarate: falsò, quum Guzarate ſit ipſum regnum Cambaiæ: iacet verò Gudroſia inter Cambaiam & Carmaniam, deſerta magna ex parte. BABYLONIA inter ſinum Perſicum & Meſopotamiam ſita, dextra læuaque clauditur Suſiana

& Ara-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

& Arabia deſerta, nomen habet a Babylone vrbe primaria, quam Euphrates interfluit. He-
rodotus Aſſyriæ partem eſſe dicit. Vrbis magnitudinem celebrant Herodotus & Ariſtoteles
2. Polit. Certè ingentis frequentiæ illud argumentum eſt, quod poſtquam capta eſſet a Dario,
quinquaginta millia feminarum coacta ſunt miſſaque in vrbem ad nouam ſobolem ex ſuperſti-
tibus viris gignendam. Vrbis reliquiæ ſunt ad oppidum *Bagaded*, quod Turcæ vocant *Saty-
rio*. Adhæret eï CHALDÆA. Vtriuſque verò incolæ iam olim Aſtronomiæ dediti fuere. In
Chaldæa *Vr* fuit, quod Ioſephus Vram vocat, ex quo DEI monitu Abrahamus in Haram Me-
ſopotamiæ migrauit.

DESCRIPTIO REGNI ORMVZII.

IN confinio Imperij Perſici in ipſa Carmania, Regnum eſt ORMVZ, potens, opulentum-
que magis quam vaſtum: Hoc quidam putant eſſe Ptolemæi Armuſam, Plinius lib. VI.
cap. XXIII. Armuziam vocat, ad flumen Aadanim. Complectitur autem, tum illam om-
nem Perſicæ oræ partem; quæ ſinui Perſico contigua fluuios habet Tahum, Thiſſindum, &
Drutum: tum partem aliquam Arabiæ Felicis Perſico littori oppoſitam, & quicquid inſularum
eſt interiectum. Prætexitur igitur hoc regnum Perſiæ & Arabiæ. Caput regni eſt ORMVZ in-
ſula ad fretum ſinus jam a nobis commemorati: peridromus eius eſt IX. milliarium. abeſt-
qus a continenti XII millia. paſſ. Vrbs nomen inſulæ habet, ſignificans Perſico Idiomate
Dactylum. Eſtque hoc Emporium eius tractus celeberrimum. Mahumetanorurum dictum eſt,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Si mundus eſſet annulus, Ormuz fore eius gemmam, tanta eſt rerum præſtantiſſimarum in ea vrbe co-
pia. Chinenſes aliquando XL. naues onuſtas aromatibus eò ſoliti ſunt mittere. Hodie etiam co-
razzones ex Cataio huc vehunt Rhabarbarum & Muſchum. Aſſyrij pannos ſericos. Eracenſes
& Mauri aromata Indica, Luſitani Corallum. Solum inſulæ ſterile eſt, & ſalſum: hinc magna
annonæ & aquarum dulcium inopia: ſed lucri odor omnia iſta compenſat. Tridui itinere ab hac
inſula margaritarum eſt piſcatio: ea hoc modo inſtituitur. Cymba paratur, cuius in prora
& puppi ſaxa ingentia ſunt funibus nauticis alligata: Poſtquam ad locum piſcationis ventum
eſt, proiectis ſaxis firmatur nauis: Ibi è media ſcapha a ius funis demittitur: Hiſque rebus ita
compoſitis, vrinator alligato ad pedes lapide ſe in aquas præcipitem dat, manticam ex humeris
dependentem geſtans: in hanc conchas à ſe collectas abdit, quæ vbi repleta fuerit, abiecto lapide
quo pedes grauabantur, per funem illum è media cymba dependentem ſurſum emicat: Ad
iſtiuſmodi capturam ſæpè CCC. naues conueniunt. Præſertim circa inſulam *Baharem* nauigation i-
bus Luſitanorum nobilem. Dos margaritis omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pon-
dere haud promptis rebus, in tantum, vt nulli duo reperiantur indiſcreti, vnde nomen vnio-
num teſte Plinio Romanæ impoſuere deliciæ. Elenchos idem vocari ait faſtigiata longitudine:
Crotalia verò plurium nexum, à ſono & colliſu. Regnum Saraceno regi paret, qui tributi nomi-
ne quindecim Seraphinûm millia ſingulis annis Luſitano pendet, cuius vicina arx munitiſſima,
& ad omnem belli impetum armata, finitimis locis terrori eſt.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

INDIA ab Indo fluuio nomen habet, quem accolæ *Diul* & *Hynd*, Cambaënſes *Inder* & *Cæercede* appellant; hic occidentem verſus Perſiam ab India diſterminat; ad Septentrionem ſunt Tauri iuga, cætera Oceano Orientali & Auſtrali cinguntur. Alia hic rerum facies, alij ſiderum ortus atque obitus. Binæ meſſes in anno, binæ æſtates, media iter eos hieme eteſiarum flatu calores temperante. Leues auræ, mare nauigabile, gentes & vrbes innumerabiles, ſi quis omnes perſequi velit. Etenim patefacta eſt non modo Alexandri magni armis, regumque qui ei ſucceſſere, verum etiam & alijs, autoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati ſunt, quales fuere Magaſthenes, & Dionyſius a Philadelpho miſſus ex ea cauſſa. Poſtremum vero Guaſco Gamma homo Luſitanus ſuperato Bonæ ſpei promontorio & vniuerſa Africa circumnauigata Anno Domini M. CCCC. XCVII. viam Europæis oſtendit ex ſuo orbe in loca iſta nauigandi. Indi gentium ſoli nunquam emigrauere ſuis finibus, cælo ſuo ſoloque contenti. Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ quem ſubegerant quinque millia oppidorum fuiſſe ſcripſerunt, nullumque *Co*minus. Amnium mira vaſtitas. Proditur Alexandrum nullo die minus ſtadia D.C. nauigaſſe in INDO, nec potuiſſe ante menſes V. enauigare, adiectis paucis diebus; Et tamen Indum Gange minorem eſſe conſtat. Oritur is in Caucaſi iugo quod vocatur Paropamiſſus, hodie *Naugocrot*, & longo curſu nongentorum milliarium in Oceanum Auſtralem ſiue Indicum duobus magnis oſtiis erumpit. Vndeviginti recipit amnes, ſed clariſſimos *Hydaſpem*, quatuor alios adferentem & *Cantabram* tres. GANGEM alij incertis fontibus vt Nilum, rigantemque vicina eodem modo; alij Scythicis montibus naſci dixerunt, influereque in eum XIX amnes. Alij cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere, deiectumq; per ſcopuloſa & abrupta, ubi primum molles planicies contingit, in quodam lacu hoſpitari, inde lenem fluere:

vbi

vbi minimum, VIII. mill. paſſuum latitudine; vbi modicum, ſtadiorum c: altitudine nuſquam minore paſſ. xx. Hunc in ſacris *Phiſon* vocari notatum eſt, crediderunt Veteres eum ſolum in Orientem ferri. Lucanus,

----- Ganges, toto qui ſolus in orbe
Oſtia naſcenti contraria ſoluere Phœbo
Audet, & aduerſum fluctus impellit in Eurum.

Is hodie à Geographis quæritur. Sunt qui opinentur eſſe eum qui in ſinum Bengalæ influit, fortè ob nominis vicinitatem, accolæ enim eum vocant *Guerguam.* Sed doctiſſimus Mercator haud aſpernandis ductus rationibus Gangem dicit eſſe eum qui dicitur *Rio de Cantaon.* Poſt hoſce amnes numerantur *Mandona, Chaberis, Aua, Campumo, Menam, Menon*, alijque. Lacus etiam aliquot ſunt vaſti. Maximus eſt *Chiamay*, poſt eum *Cincui hay*, atque alij. Diuiditur India in Orientalem & Occidentalem: hæc eſt intra, illa extra Gangem, hæc in ſacris dicitur *Terra Euilath*, hodie vocatur *Indoſtan.* Illa in ſacris *Seria*, ab incolis *Macyn* vel *Magyn* appellatur, continetque regnum Chinæ. *Indoſtan* Chaberi fluuio ſecatur, propterea quidam Indiam occidentalem diuidunt in inferiorem & ſuperiorem. Atque hanc omnem regionem cum inſulis vicinis, quarum ingens eſt numerus, incolunt diverſæ admodum & non tantùm moribus ac vita, ſed etiam lingua diſcreptantes nationes, indigenæ, Hebræi, Perſæ, Scythæ, Arabes ſiue Mauri, Chriſtiani, tum illi qui ſe à B. Thoma Apoſtolo edoctos gloriantur, tum qui ex Europa in ea loca delati doctrinam proſeminarunt. His omnibus oryza, lac, caſeus, carnes, piſces, & arborum quarundam

fructus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

fructus cibus ſunt. Vitibus terra deſtituitur, niſi raris admodum & perexiguis: itaque vinum ex palma arbore exprimunt: aut etiam ex hordeo macerato, & oryza potum conficiunt. Eſt & in arundinibus mel. Serici tanta copia, vt ſufficat reliquo orbi. Animantia hic quam in reliquis orbis partibus maiora, boues, cameli, leones, canes, Elephantes. Elephantum ea eſt frequentia vt non tantum ijs vtantur ad bella, ſed etiam ad onera geſtanda, aut promouenda, interdum etiam ad arandum. Dracones in deſertis immanes, æquant ferè Elephantem corporis mole, & cum his perpetuo decretant. Canes tam grandes feroceſque, vt etiam cum leone committi poſſint. Serpentes innumeri, quibus etiam toſtis incolæ veſcuntur: vt & formicarum quodam genere, quod cum pipere edunt, ſimiliter vt nos cancros. Militiæ vis eſt penes *Nairos*, ſuntque hi nobilium & optimatum filii, qui ab anno vitæ ſeptimo agilitati adſueti ſunt, neruis oleo ſeſamino inunctis: Sacrorum cura eſt penes Gymnoſophiſtas qui Brachmanæ dicuntur: hi etiam Aſtrologiam, Philoſophiam, Medicinam ſectantur. Sunt præter hos etiam *Abduti*, qui ad tempus aliquot abſtinentes, hoc ipſo poſteà putant ſibi ad omnia flagita commeatum factum eſſe. Eſt verò potiſſima Indiæ & nobiliſſima pars Oceano Meridionali obuerſa, in quo etiam feliciſſimæ inſulæ & prouentu aromatum diuites permultæ ſunt, quas nos breuiter ſuo loco percurremus.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

190



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CAMBAIAM incolæ aliter vocant *Guzaret:* longitudo eius eſt ad oram maritimam D. milliarium. Termini ſunt, ad orientem *Mandoa*, ad occaſum *Nantaci*, ad Septentrionem *Sangæ* & *Dulcindæ* regna, ad Meridiem Oceanus, & fines regni *Decan.* Regnum fluuijs & quidem nobiliſſimis irriguum eſt; horum præcipuus eſt INDVS, qui ortus à Caucaſco, duobus magnis oſtijs in Oceanum erumpit. Ager frumento, oryza, cera, ſacharo, thure, aromatibus abundat, goſſypii verò & ſerici tantam copiam profert, vt ſæpè quinquaginta naues ſerico onuſtæ inde alias terras petant. Incolæ nunc ſunt Mahumetani, quidam etiam Gentiles. Incedunt nudi, caput tantum & pudenda tecti gauſape purpurea. Vrbes præcipuæ ſunt *Damanum*, *Bandora*, *Surate*, *Rauellum*, *Bazuinum*, *Dium*, *Madaber*, *Cambaia*, & *Campanel.* CAMBAIA in ſinu Guzarat ſita eſt, vrbs cultiſſima & opulentiſſima, quam idcirco vocant Cairum Indiæ: Mercatorum hic ingens frequentia: Porrò à Cambaienſibus primum notæ arithmeticæ quas chifras vocant inuentæ ſunt, & ab his ad Arabas, totumque occidentem propagatæ: ſunt enim ingenio ſupra reliquos mortales acuto & ad mercaturam cum fructu tractandam exquiſito. DIVM Luſitani poſſident, in quo etiam arcem exſtruxerunt munitiſſimam. Turca quum malè ipſum haberet, quod Luſitanorum in Oriente potentia tantum inualeſceret, anno M. D. XXXVIII. juſſit claſſem exſtrui in ſinu Arabico ad vrbem *Suez*, impoſuitque illi XX. millia militum, præter nautas, alioſque qui commeatum curabant: hiſce omnibus præfecit Baſſam Solymannum qui Cayro præerat, Solymannus cum copijs ſuis primum *Adenam* appulit, vrbem in extremo oſtio maris Erythræi, conſiliumque ſuum per fecialem regi expoſuit. Rex qui Luſitano tributum pendebat, lectis litteris, ſe, reſque ſuas Turcæ offert, rogatque præfectum vt naui egreſſus vrbem intret, excipiendus eo honore qui talem virum,

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

191



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tanti Imperatoris vicarium, tanti exercitus ducem deceret. Solymannus fraudem ratus ſubeſſe, contrà Regem inultat in naues; Paret homo minimé malus, ſeque cum aliquot proceribus in viam dat. Eum Solymannus captum excruciatumque in antenna ſuſpendit, adiungitque ei quatuor ex optimatibus, dicens, jure id à ſe fieri, quod & à Turca hoc haberet in mandatis, & rex cum Luſitano pacis fœdera iniuiſſet. Inde itum ad opulentiſſimæ vrbis pulcherrimæque ſpoliationem. Expoſitis poſteà ad Dium copijs cœpit eam validè oppugnare, ſed præſidiariorum virtute ita defenſa eſt, vt Turca coactus ſit obſidionem ſoluere & ad ſua regna regredi. Porrò Magores Tartari profligato rege Cambaiæ maiorem nuper regni partem potioremque inuaſerunt, quam adhuc poſſident.

DESCRIPTIO REGNI MALABAR.

MALABAR à promontorio Comorino ad fluuium oppidumqne Cangeracon vſque protenditur ſecus oram maritimam Occidentalem, ſpatio c c c. milliarium, latitudine L. Regio culta eſt & hominibus frequens. Aër ſaluberrimus, ſed frigidiuſculus: Paludes crebræ, multa æſtuaria, multa flumina. Ager hordeo & oryza abundans: cum zinzibere, myrobalanis, cardamomo, tamarindis, cinnamomo, caſſia, pipere, alijſque aromatibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

tibus. In ſtagnis lacerti ſunt crocodili effigie, quorum carnibus incolæ paſcuntut : ijdem in delicijs habent veſpertiliones quoſdam, quibus roſtrum vulpinum. Religio omnibus vel Mahumetana, vel Ethnica. Regna præcipua ſunt *Canouor: Calecut, Cranganor, Cocinum, Caicola; Caulam, & Trauancor.* CANANOR viginti milliaribus ad littus porrigitur : vrbem habet & portum ſui nominis: in hoc regno Luſitani arcem habent valido præſidio communitam. CALECVTVM cæteris regnis multo præſtat; eius regem vocant *Samory*, hoc eſt, ſummum Imperatorem. Regio exigua eſt, ſed opulenta: nomen regno ab vrbe primaria, quæ iuxta littus magnificé trium milliarium ſpatio exſtructa eſt, domus in ea humiles, idque propterea quod fundamenta ob aquarum illuuiem altius ſterni non poſſint : Mercatorum ædes emuntur xx. aureis, reliquorum incolarum binis. Cibus illis non panis aut caro, nam illum non habent, hæc lege vetita eſt: ſed oryza, hordeum, butyrum, lac, piſces, ſaccharum, aromata, poma. Religio Paganorum, Cacodæmonem adorant : ſunt & Mahumetani nonnulli qui ſua lege viuunt. Palmarum folia ipſis chartæ vicem ſupplent, quibns inſcribunt ſtylo ferreo. Portugalenſes in vicinia arcem habent munitiſſimam, extorquentque Samorino annuum vectigal. De Calecuto ita Scaliger in vrbibus.

Non ſatis hoc fuerit, nota quod perdita Nereo
Hærebat dubijs tunſa carina vadis.
Protinus audaces incognita littora puppes
Inſtituunt que nouas mortis adire vias.

Sentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Sontis tanta ſitis ſeſe tibi contigit auri,
Fatalı ut citius morte perire iuuet?
Hic dices, animi magni te nomine dignum
At non eſt animum perdere, idemque frui.

CRANGANOR exiguum regnum eſt, habetque vrbem, fluuium, & portum eiuſdem nominis. Incolæ ſunt Chriſtiani, diſcipuli B. Thomæ, quem ijs locis Euangelium nunciaſſe ferunt. COCHIN vel *Coccin* regnum eſt auguſtum, complectens X L. milliaria oræ maritimæ: vrbs in eo Cochinum; Rex princeps Brachmanarum. Abundat autem regnum albis elephantis, qui hic præ cæteris ſolertes ſunt: Memorabilem de ijs Hiſtoriam refert Chriſtophorus Acoſta, hoc loco Iuſti Lipſij v. c. verbis inſerendam. *Elephanti cuidam in vrbe Cochin ad horam cibus non erat oblatus. Queritur, & barrit. Magiſter excuſat, & vas æneum eius cibarium oſtendit perfluens; cauſam hanc moræ eſſe, non poſſe ſe in pertuſum vas cibum indere. Iubet igitur, ſi eſſe velit, ad fabrum ærarium ferat reconcinnandum. Ille paret. Promuſcide aufert, fabro offert. Faber ſiue per negligentiam, ſiue ludos belluam faciens, infideliter reparat atque obſtipat. Elephas refert. Herus vitium videt, & indignatur. Inclamat illum abſentem, hunc præſentem, denique redire iubet cum illo ipſo vaſe. Facit, & fabro querulus impingit. Ille homo ſuauis iterum imponere conatur, & admoto malleo claudere rimam ſimulat, non claudit. Nec tamen imponit. Nam ille catus lebetem reſumtum ad flumen defert, immergit, & aqua implet, periculi faciendi cauſa. Videt effluere. Plenus itaque irarum ad fabrum recurrit, intonat magna voce. Confluunt vicini, & inter eos Vicarius regis. Faber blandis verbis demulcet belluam; vas denique ſumit, & refingit probè atque ex fide.*

Sed ille ne tum quidem fidens, iterum ad flumen & ad hauſtum: dum contineri aquam videt, vertit ſe ad adſtantes, & oſtendit, velut teſtes eos aduocans in hoc factum: ita demum abit domum. In vrbe Cochin Luſitani arcem habent probè inſtructam munitamque, in qua Prorex habitat, & Epiſcopus Cocenſis. CAICOLAM ſiue *Couletes* regnum eſt, & vrbs in eodem tractu. Vrbem Luſitani diruerant incenderantque, ſed poſteà reſtaurata eſt: incolunt eam præter Gentiles Chriſtiani, B. Thomæ diſcipuli, qui tertio quoque anno à Babyloniæ patriarcha ſolemniter rebaptizantur. COVLAN XXIV. milliaribus diſtat à Cochino Meridiem verſus. Vrbs cæteris regni Malabar vrbibus antiquior: nam & Calicut & Cochin, & Canonor ex hac deductæ ſunt. Chamæleontem regio fert, vt & vniuerſa India, ſed innoxium. Tertullianus eum ſcitè admodum depingit in libro de Pallio. *Quadrupes*, inquit, *tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, Teſtudinem Pecuuianam putas? non eſt. Capit & alia beſtiola verſiculum, de mediocribus oppido, ſed nomen grande. Chamæleontem quum audieris, haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone. At quum offenderis apud vineam fermè ſub pampino totum, ridebis illico audaciam, & Græciam nominis: Quippe nec ſuccus eſt corpori qui minutioribus multo licet. Chamæleon pellicula viuit, capitulum ſtatim à dorſo: nam deficit ceruix. Itaque durum reflecti: ſed circumſpectu emiſſitij ocelli, imò luminis puncta vertiginant. Hebes, feſſus, vix ſe à terra ſuſpendit, molitur inceſſum ſtupens, & promouet: gradum magis demonſtrat quam explicat, ieiunus ſcilicet ſemper & indefectus. Oſcitans veſcitur, follicans ruminat, de vento cibus. Tum ſe chamælon mutare totus, nec aliud valet: nam quum illi coloris proprietas vna ſit, vt quid acceſſit, inde ſuffunditur. Hoc ſoli chamæleonti datum, quod vulgò dictum eſt, de corio ſuo ludere.* Scaliger libro aduerſus Cardanum refert, Chamæleontem linguæ repentino momentaneoque iaculatu, muſcam legiſſe. Eius diſſecti linguam inuentam palmi longitudine, cauam, inanem.

In ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

In ſummo tanquam acetabulum cum mucco, quo prædam tolleret. Dorſum ei incuruatum & tanquam ſeratum. Tergus variatum maculoſis quaſi tuberculis, vt in Rhombo. Ventrem depreſſioribus clauiculis aſperatum. Oculos pulcherrimos, quos ſine colli flexu circumuerteret. Colorem album ei, viridem, luteum. Naturalem viridem admodum, dilutum in tergo, at ſub ventre dilutiorem albicantique propiorem. Nec verum eſſe quod fertur, eum in quoſlibet mutari colores: nam ſuper viridi viriditatem vegetari; ſuper luteo temperari ad luteum: ſuper cæruleo, rubro, aut albo, non vinci viriditatem natiuam, ſed puncta cærulea & rubra & alba viuidiorem ſui validioremque ſpeciem dare. Super nigro ſubnigreſcere: manere tamen tenorem illum viredinis, atro confuſo. Etiam haud ſuppoſito alio colore mutare ſuum, vel metu, vel moleſtia, aut oppreſſum, aut ſolutum. Hæc recreandi lectoris gratia protuli.

TRAVANCOR vltimum eſt & abiectiſſimum regnum, ſolo infœcundo, importuoſo, mercimonijs parum apto.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

192



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ORIENTALIS oræ in Inferiori India ad ſinum Bengalæ pars vltima eſt regnum NARSINGÆ, quod ab promontorio Comorino ad promontorium Guadeuerinum longo tractu ſeſe extendit. Eſtque omnium penè totius Aſiæ & vberrimum & ditiſſimum & potentiſſimum. Ciuitates regiæ duæ ſunt *Narſinga* & *Biſnagar*, ſed hæc potentior: eſt enim triplici muro circundata, ambitu quatuor milliarium, Emporio nobilis, & gemmarum quæ ex vicinis locis effodiuntur mercatu. Rex huius tractus longè lateque imperat, diciturque promiſcuè Rex Biſnagar, au Narſingæ. Alit ad militiam XL. milia militum nobiliorum quos vocat *Nairos*. ac præterea equitum XX. millia, & CC. elephantos. Porrò in toto hoc regno uxores poſt mariti obitum comptæ ornatæque ſe in rogum præcipites dant, patiunturque ſe vna cum mariti cadauere viuas comburi. Sunt etiam in hoc regno, *Tarnaſſari*, *Coromandel* & *Maliapar* vrbes, quarum duæ vltimæ à Chriſtianis incoluntur. In Maliapar etiam B. Thomas ſepultus creditur. Regnum DECAN ad maritimam oram extenditur Oceani Indici, ſitum inter fluuium *Aligam* qui prope Sintacuram oppidum ſe in mare exonerat, & *Bate* fl. Poſt regis vltimi necem diuiſa eſt in duos principatus. Alter princeps habitat in vrbe *Danager*, vocaturque Nizamaluccus, & profitetur ſectam Perſicam; confines habet regiones Canatæ & Narſingæ: Alter habitat *Viſaporæ*, dicitur *Idalcanis*, habetque in confinio regna Cambaiæ & Orixæ. Præcipua vrbs eſt Bider, poſt hanc Decan, à qua ſex milliaribus abeſt mons muro & præſidio munitus, in quo adamantes optimæ notæ eruuntur. Sunt etiam in eodem tractu *Sintacora*, *Caul*, & *Goa*. Eſt autem GOA in inſula non longè à continenti magnifice exſtructa, ambiunt eam Mandonæ fluuij oſtia. Hodie eſt in Luſitanorum poteſtate, qui & vicarium regis illic habent, & Archiepiſcopum toti Orienti præfectum.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

BENGALAE regnum ampliſſimũ eſt, multas habens in littore vrbes, ſpatio cxx. milli. paſſ. & tantundem patens in mediterraneis. Regionem amnis Chaberis interluit, quem nonnulli Gangen eſſe co opinati ſunt, quod accolis dicatur *Guenga*. Eſt autem ſolum rerum omnium ad vitam neceſſariarum prouentu adfluens, ac præterea ſaccaro, Zinzibere, pipere longo abundans, itemque ſerico & goſſypio. Aër vbique clemens & temperatus. Incolæ Mauri, Perſæ, Abyſſini, qui partim mercimonijs operam dant, partim texturæ. Religio omnibus Mahumetana: Color albus, ingenia acuta, viuida, humana, in commercijs & commutationibus plurimùm aſtu valent: veſtiuntur toga ampla & promiſſa: caput Turcarũ ritu tegunt. Vrbs præcipua eſt *Bengala*, quæ regno & ſinui illi (quem nonnulli Gangeticum vocant) nomen dedit. Diues eſt, ampla, emporio nota. Hic omnes eas delicias reperire eſt, quas vel in præſtantiſſimis Europæ vrbibus requiras. Pannus conficitur optimus, tela ex goſſypio, ſericoque; Condimenta item & cupediæ omnis generis. Poſt hanc celebratur *Gauro* vel *Choro* ad ripam Chaberis fluuij, iuxta lacum ingentem. Regium hic eſt palatium peramplum, ſumptuoſis figuris ex auro & argento ornatum. Eſt & *Marazia* ad quam Chinenſes naues appellunt: & poſt has *Catigan* & *Satigan* vrbes inſignes. Porrò huius regis tantæ ſunt opes, vt communi apud Indos prouerbio dicatur, *Regem Cambaia eſſe vnum*, *Regem Narſinga duo*, *Regem Bengala tria*. In ſiluis huius regni Rhinocerotes inueniuntur vnius in nare cornu. hi geniti ſunt hoſtes elephanto: cornu ad ſaxa limato præparant ſe pugnæ, in dimicatione aluum maximè petentes, quam ſciunt eſſe hoſti ſuo molliorem.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

194



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ARACHAN regnum ad Septentrionem regni Bengalici ſitum eſt, iuxta fluuium Chaberim, nullamque habet è mari commoditatem. Regio omnis diuitiis adfluit. Incolæ, quorum maxima hic frequentia, voluptates conſectantur, eiſque ſolis ſtudent; quid in reliquis faciant, nihil penſi habent: Vrbs primaria quæ regno nomen dedit ad Chaberim exſtructa, diſtat à mari XLV. milliaria. Arcem habet inexpugnabilem, quam fruſtra ſuperioribus annis obſediſſe fertur rex Barniæ, quum copias haberet CCC. millium, & elephantorum millia XL. Hæc ſedes eſt Regis, de cuius luxu & intemperantia mira referuntur. Illud præteriri non poteſt. Eum duodecim habere domos regias totidem in ciuitatibus, quibus vxorum magnas cateruas alit. Quam in hunc numerum relaturus eſt, ita explorat. Duodecim virgines lectas, annos totidem natas, lotas, goſſypino indui iubet pallio. Tum ad meridiem vſque ſub ſole morari in ſumma ædium parte incruſtata, vbi Sol eſt ardentiſſimus. Quum deſudarunt (fit autem id cum facilè, tum vehementer) odor cuiuſque indumenti exploratur. quarum malè olet, ſuis eam aulicis nuptum dat, benè olenteis ſibi retinet. Ne fallatur, patris ac matris nomen veſtibus inſcribitur. PEGV regnum ampliſſimum eſt: in littore extenditur ad CCC. milliaria. In mediterraneis longè & late patet. Portus habet plurimos optimoſque: præcipuus eſt *Martabane*, ex quo ſæpius permultæ naues in Inſulam Sumatram oryza onuſtæ deuehuntur: exportantur etiam hinc in Malaccam, benguinum, muſcus, lacca; gemmæ, oryza, butyrum, oleum, ſal, cepæ, argentum. Importantur verò ex Malacca porcellana, argentum viuum, æs, cinnabaris, damaſcum vndulatum, ſtannum, colores, aliaque. Primaria regni ciuitas eſt *Pegu*, in qua ædificia cannis tecta ſunt. Palatium regium omnia totius orbis palatia pulchritudine ſuperare dicitur: exſtructum id recenti adhuc memoria à rege Barniæ; licet in eo

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

195



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

inſculpta depictaque cernere omnia Regum Orientalium bella, adjunctis varijs animalibus, cuius operis pretium æſtimationem ſuperat. In vrbe *Degum* Varella eſt (ita templa ſua vocant) cujus e faſtigio tota regio cerni poteſt. *Aua* eodum in tractu jacet, ad flumen Martaban, in qua gemmarum ingens copia atque etiam muſci, quem eo deferunt in corio ex vicinis iugis *Iangoma*. Subſunt autem regi Peguino multa regna, *Tangu*, *Prom*, *Calam*, *Bacam*, *Mirandu*, *Aua*, *Brema*, aliaque. In regno Pegu magna eſt aubinorum copia: quas nos ſpinellas dicimus, illi vocant *Carap*. Ij reperiuntur in fluminine *Pegu*. Ore & linga exceptos explorant; optimos iudicant frigidiſſimos: commendatio etiam eſt in duritia.

DESCRIPTIO MALACCÆ.

KB Den Haag

SIAM regio ampliſſima eſt, continens regna multa, *Siam*, *Muantay*, *Brema*, *Caipumo*, *Chencam*, *Malacca*, *Camboia & Campaa*. Ager rerum prouentu fertilis, oryza, pipere, muſco, Benguino, auro, argento, ſtanno abundans. Lacus in eo *Chiamay* è quo emanant fluuij *Aua*, *Menam*, *Menan*, & alii. Vrbes præcipuæ ſunt *Siam*, *Odia*, *Camboia*, *Campaa*, *Sincapura*, *Malacca* & *Quedoa*. MALACCA ad nobilem fluuium Gazam, ampla eſt & frequentia incolarum celebris vrbs, eius circuitus eſt xx. propemodum milliarium: mira hic mercium omnis generis abundantia quæ tum ex noſtro orbe, tum ex vicinis locis eò adferuntur: argenti, auri, margaritarum, aromatum, tanta vis, vt nuſquam in Oriente major. Regnum Malaccenſe patet in longitudinem CC.LXX. milliaria, totumque oræ maritimæ obuerſum eſt. Ager humidus, lutoſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

196



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

neque vbique fertilis : profert tamen beatioribus locis triticum , & ſandalum ; arbores paucas habet, ſiluas raras : ſunt tamen & paſcua quædam lætiora , in quibus greges paſcuntur ; vt in deſertis elephanti. Ergo præter ſuburbana Malaccæ vrbis loca , cætera ferè deſerta ſunt ob ſoli & cæli inclementiam. Incolæ facie ſunt cadauerosa , capillo promiſſo , ingenio malo : gaudent mutuis cædibus, idque per noctem; vt vndenam vulnus illatum ſit ignoretur. Rex Mahumetanus quondam fuit ; is quum *Lopeſio di Secheira* Luſitano moleſtus aliquandiu fuiſſent , regno priuatus eſt ab *Alphonſo Alborchecche* , qui vrbem Mauris ereptam, Luſitaniæ regi ſubiecit. In eâ nunc degit Epiſcopus , cuditurque moneta aurea & argentea ; cuius anteà nullus ibi vſus, ſtanneam enim habebant duntaxat, grandem,magni ponderis ,exigui pretij. In *Quedoa* vrbe piperis optimi colligitur.

DESCRIPTIO CHINÆ.

CHINAM Marcus Paulus vocat *Mangi*; accolæ *Tame* , & ſeipſos *Tangis*. Ptolemæus vel hos,quod quidem Ortelio placet,vel vicinos Cataienſes,quod magis probat Mercator, vocat SINAS. Sita eſt autem regio omnis ad Oceanum Eoum : Ad Septentrionem ſunt Tartarorum fines , à quibus montibus & muro longiſſimo diſcluditur : ad Occidentem Brachmanæ:ad Anſtrum *Caucinchina* prouincia.Solum huius regionis cultiſſimũ,cælum temperatum:homines induſtrij; quibus nihil indignius videtur , quam vitam in otio tranſigere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Hinc fit vt nullus totius tractus angulus non aliquid producat. Agrum tritico, hordeo, oryz conſerunt, cuius quater uno anno ſatio eſt. Colles monteſque pinetis abundant, quibus interſerunt panicum vel legumina. Cætera obtinent horti, roſaria, pomaria. Lini etiam frequentes ſunt ſegetes: & arbuſtal moro conſita, ad nutriendos bombyces. In ſiluis & memoribus aprorum, vulpium, leporum, Zebellinorum, iucunda vtiliſque eſt venatio. Maria, fluminaque piſculenta; lacus amœni. Auitij generis mira copia. In vna vrbe *Canton* conſtat decem aut duodecim anatum millia vno die abſumi. Auri, argenti, Rhabarbari magna vis. Vrbes ſunt CC.XL. præter oppida minora & pagos. CANTON, de qua dixi, ambitum habet XIII. mill. paſſuum atque amplius, nobile eſt Orientis Emporium, Sæpè D. naues onerariæ huc appellunt. Magna hic æris, aluminis, cinnamomi, muſci, rhabarbari, gladiorum, argenti copia eſt. Haud procul ab hac vrbe ſunt Eccleſiæ Ieſuitarum. QVINSAI non vrbs, ſed regnum dici meretur: eius peridromus eſt C. milliarium. Hæc principi ſuo ex ſale & aromatibus maius pendit vectigal, quam Perſarum rex olim ex omni Babyloniæ tributo collegerit. Sita eſt in lacu dulci: habetque pontium millia XII. quorum multi vſque eò elatis arcubus attoluntur, vt naues erectis malis atque expanſis velis ſub ijs agantur. Amœnitas loci memorabilis; ob quam ciuitatem cæli, (hoc enim ſonat *Quinſai*) dici voluerunt. Immenſum eſſet referre omnia. Sunt autem Chinenſes plerique facie lata, barba rara, naſo ſimo, oculis paruis. Color omnibus vt Europæis: Veſtinntur ditiores ſerico, cæteri lino; lanæ apud eos in veſtibus nullus vſus: Vtuntur etiam ex goſſypio contextis veſtibus. Viri comam alunt, quam contortis ſpiris exſtruunt circa verticem, & clauo argenteo conſtringunt. Mulieres auro & gemmis exornantur. Cænant prandentque Europæorum more adſidui, non Aſiatico accubui. Ingenio ſupra reliquos

mortales

mortales valent. Currus inuenerunt quos patentibus velis ſine iumentorum auxilio, nauium in morem per planiciem agitant. Scribunt non læuorſum aut dextrorſum lineis rectis iacentibus, ſed perpendicularibns deorſum. Litteræ non vocalem aut conſonantem indicant, vt ex earum connexione vocabula formentur; ſed ſingulæ rerum ſingularum ſunt notæ, prima Deum indicat, cæteræ res alias: ſuntque iſtiuſmodi notarum millia quinque apud illos atque amplius: Neque verò putandum, eſt, notas iſtas eſſe hieroglyphicarum illarum apud Ægyptios ſimiles: nam illæ pictura conſtabant & quadam ſimilitudine rerum quas ſignificari volebant; hæ ſolo linearum ductu. Imprimendorum librorum ratio apud ipſos antiqua eſt: vt & tormentorum aheneorum. Pictura non tam accurata apud ipſos. Procellanorum mirifica elegantia, magnum ingenij argumentum eſt. Hæc illi ex marinis cochleis conficiunt; & teſtis ouorum contuſis, diuque ſub terra adſeruatis. Antonius Pigiafetta regem Chinenſem totius orbis dicit eſſe potentiſſimum: regiam habere ſeptemplici muro munitam: imperare regulis LXX. alere Elephantorum x. millia, totidemque ſtipatorum. Prouinciæ in vninerſum ſunt quindecim: Maritimæ ſex, *Cantam*, *Foquiem*, *Chiqueam*, *Xanotra*, *Naquy*, & *Quiocy*, Mediterraneæ nouem, *Quichin*, *Iuaua*, *Quancy*, *Suinan*, *Fuquam*, *Canſy*, *Xancij*, *Hoaum*, & *Saucij*.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

197



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Zeilan vel *Ceilon* inſula Arabibus dicitur *Tenariſim* & *Ternaſſeri*, terra diliciarum:jacet
non longè à Comorino promontorio : decem gradibus ab æquatore, cælo ita tempera-
to, aëre tam ſalubri, vt omnes Indiæ prouincias hac parte excedat. Ager fertilis perpe-
tuò viret; arbores ſemper floribus aut fructibus onuſtæ ſunt, vt ſunt mala Aſſyria in-
credibili ſuauitate, mala medica, & citria optima : fett & palmam & aromata, cinnamomum,
caryophyllum, piper, aliaque. Oryza ex regno Malabar & Coromandel eò defertur, Elephan-
torum nuſquam maior frequentia bonitaſque. Hos venales habent miro modo, ad menſuram
enim diuendunt, vt pannos, aulæa, telam, pretio in ſingulos palmos definito : ita cum mag-
nitudine creſcit æſtimatio. Sunt & gemmæ huius inſulæ plurimæ, rubini, hyacynthi, ſaphyri,
chryſolithi, topazij, & quos vlulgo vocant *ochi di gatta*. Incolæ maritimi Mahumetani magna
ex parte ſunt : mediterranei Gentiles : color illis albus, abdomen prominens, ventrem
enim curant, veſtis infra vmbilicum è ſerico aut goſſypio, ſuperiora enim non tegunt: ſunt au-
tem ingenioſiſſimi, & ex auro, argento, ferro, ebore, opera faciunt politiſſima. Reges inſulani
ſunt nouem: potentiſſimus eſt *Colmuchi*, cui cæteri tributum pendunt annuum, hi ſunt reges *Ia-
naſapitan*, *Triquinamale*, *Batecolon*, *Villaſſem*, *Tananaca*, *Laula*, *Galle* & *Cande*. In vrbe Colmuchi Portu-
galenſes arcē habent rege permittente à ſe exſtructā: Portus eſt amplus & tutus. Insulæ Mal-
divæ Malabarico littori obiectæ mille ſunt atq; amplius: multitudinē iſtam faciūt incerturſan-
tes euripi, adeò anguſti, vt nauiū antennæ arborū frondes ſtringant, & qui validiores ſunt, ramo
quopiā manibus apprehenſo ex vna inſula ſe in alterā ſaltu tranſmittant. Incolis cibum, potum,
nauigia, vnica palma ſubminiſtrat, fructum vocant *Coquen*, librū *Cayro*. Ex arborum truncis naues

KB Den Haag

 conpin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

198



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

conpingunt, è folijs vela, ex cortice funes, cuius tenuioribus partibus pro filo vtuntur ad vela conſuenda, trabeſque colligandas, ſine vllo clauo ferreo: ita exſtructam nauem onerant fructibus eiuſdem arboris. Quorum tanta in hiſce inſulis eſt copia, vt & ipſis & toti Orienti ſufficiant. Piſcantur etiam palmeis verriculis minuta conchilia, miri ſplendoris, quæ nauibus loco ſaburræ ſunt, vendita verò in regionibus Bengalæ, Pegu, & Siam vilioris monetæ vicem ſupplent ad res parui pretij coëmendas. Æthiopes has conchas carius emunt. Maxima omnium inſularum eſt Maldiua, quæ cæteris etiam nomen & appellationem dedit.


DESCRIPTIO SVMATRÆ.

SVMATRA ſub Æquinoctiali ſita, & à Septentrione in Auſtrum porrecta longitudine nongentorum mill. paſſ. antiquorum eſt *Taprobana*; tametſi quidam putent hoc nomen Zeilæ inſulæ potius deberi, quæ in eodem ſinu Bengalæ ſita eſt, ſed magis occidentem verſus, ad promontorium Comorinum, nam Sumatra ſpectat oram Malaccenſem. Cælum regionis inclemens, ob magnam exhalationum copiam, vaporumque ex lacubus & ſtagnis, & fluminibus ardore ſolis extractorum. Ager milium & oryzam gignit, melle, Zingibere, benzuino, camphora, agarico, caſſia abundat, piperis verò vulgaris & oblongi tantus eſt prouentus, vt quotannis viginti naues onuſtas incolæ Cathaium exportent. Elephantes nuſquam maiores aut bello aptiores. Fons hic eſt ex quo naphta manat. Mons etiam flammas eructans. Diuiditur inſula in decem regna, quorum ſex maritima ſunt, *Pedir*, *Pazem*, *Achem*, *Campar*, *Menancabo*, *Zunde*: Duo mediterranea *Andragide* & *Aru*: ſunt & alia regna, ſed hactenus ignota. Ad occaſum Sumatræ ſunt aureæ inſulæ quarum vna eſt *Andramania* cuius incolæ ſunt anthropophagi: Ad orien-

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

199



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

orientem *Linga, Banca, Bintan*, & aliæ complures. Porrò Taprobanem alterum orbem terrarum eſſe diu exiſtimatum eſt antichthonum appellatione; neq; conſtitit eſſe inſulam ante ætatem Alexandri magni. Oneſicritus ejus præfectus elephantos ibi maiores bellicoſioreſq; quam in India gigni ſcripſit. Græcorũ fabulas de hac inſula videre licet apud Plin. lib. VI. cap. XXII. Romanis diligentior eius notitia contigit Claudij principatu, quo legati inde Romam aduecti ſunt. Id accidit hoc modo. Annij Plocami qui maris rubri vectigal a fiſco redemerat, libertus, circa Arabiam nauigans, Aquilonibus raptus præter Carmaniam XV. die Hippuros portum eius inuectus, hoſpitali regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio, cepit res Romanorum & Cæſarem percontanti enarrare. Rex auditis omnibus mirum in modum iuſtitiam Romanorum ſuſpexit, quod pares pondere denarij eſſent in captiua pecunia, quum diuerſæ imagines indicarent à pluribus factos. Et hoc maximè ſollicitatus ad amicitiam, legatos quatuor miſit, principe eorum Rachia, qui eius inſulæ naturam, ſitum, opes, gentis ingenium & mores Romanos docuit.

DESCRIPTIO BORNEO INSVLÆ.

KB
Den Haag

BORNEO inſulam Mercator putat eam eſſe, quæ à Ptolemæo Inſula *Bonæ fortunæ* nominatur, ſita eſt inter *Camboiam* & *Celebes*, proximamque ſibi habet *Calamianes*. parte Auſtrali ſubeſt Æquinoctiali circulo, cætera Boream verſus extenduntur. Eſt autem omnium illius Oceani maxima, crediturque ex quorundam relatu trium habere menſium circumnauigationem, ex aliorum verò, ambitum bis M. & CC. milliarium. Ager rebus omnibus ad vitam victumque neceſſarijs abundat, camphoram, agaricum, adamantem, equos puſillos producit. Camphora ab arbore Caphur nomen habet, cuius illa eſt gummi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Arbor maxima eſt, rami adeò patuli, vt vmbram quam latiſſimè iaciat, ligni materia leuiſſima & rariſſima. Camphoræ probitas prout vel vi extracta fuerit à matrice, vel expulſa à natura. Nam quædam è venis eximitur in quibus hæret quaſi cruſta quædam. Aliquando rupto exit cortice, & concreſcit, reſinarum modo, primum colorata, quæ deinde ſole aut arte candida fit. Præſtantiſſima eſt quæ ſole albeſcit, nam & igni fit hoc, tentatumque ad naturæ imitationem primùm ab Inſulæ rege *Riach*, vnde eï cognomen Riachinæ. Multi per omnem inſulam & præclari portus ſunt, amplæ vrbes, *Cabura*, *Taiaopura*, *Tamearatas*, *Malano*, & omnium præcipua *Borneo*; in qua incolarum millia vigintiquinque. Sita eſt in palude aquæ marinæ, adinſtar Venetiarum. Regem habet Mahumetanum, cum quo nefas niſi per interpretem loqui. Incolarum color albicans: ingenium acre, neque ita ſubdolum atque in alijs inſulis, colunt tamen idola.

DESCRIPTIO IAVÆ.

IAVA duplex eſt ex relatione M. Pauli Veneti: Maior & Minor. Hæc ab illo diuiditur in octo regna, è quibus ſex ipſe luſtraſſe dicitur, *Ferlech*, *Baſman*, *Samara*, *Drogoiam*, *Lambri*, & *Fanfur*. Horum quoque deſcriptiones ſubnectit, docetq; in regno Baſman eſſe monocerotes paulo minores elephantis, pilum habentes bubali. Maior Iaua non longè à Sumatra diſtat, orientem verſus, habetque trium millium mill. ambitum, longitudinem DLXX. mill. Ager eſt rerum omnium feliciſſima copia abundans, meruitque facili & vbere prouentu compendium orbis à Scaligero appellari. Hic auri, æris, tritici, immenſarum arborum mira copia. Armentorum, gregumque ingens frequentia; carnes ſaliunt ad ſuum & ad exterorum vſum. Sunt & volucres quædam apodes. Sericum è ſiluis nulla humana cura prouenit. Smaragdorum

eximius

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

201



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

eximius in hac inſula nitor. Piperis, cinnamoni, zingiberis, caſiæ fiſtulæ, aliorumque aromatum magnus prouentus. Incolæ Mauri ſunt in parte Boreali, Gentiles in mediterraneis, & parte Auſtrali. Regionem enim totam alti aſperrimique montes ita diuidunt. Sunt autem omnes humili ſtatura, lata facie, obeſi; ingenio callido & excitato: quoquo incubuere, feliciſſimè ſe dant, ocyſſime perficiunt, gnauiter exercent mercaturam, artes, arma, litteras, eruditionem, ſubtilitatem, eloquentiam. Ortos ſe dicunt à Chinenſibus; ſuntque reuera inſulanis cæteris multò & ciuiliores & comptiores: incedunt nudi magna ex parte, verenda ſolum tegentes: quidam etiam ſerico amiculo ad genua vſque promiſſo veſtiuntur. Cætera ſunt ſubdoli, infidi, ſuperbi, contumaces, præſertim in peregrinos. Rex ipſe à noſtris nautis admonitus cur fidem datam non ſeruaſſet, curque ſecus loqueretur quam olim, An neſciebatis inquit linguam mihi non eſſe oſſeam? Piraticam etiam factitant nauibus ſuis, quas adfabrè norunt exſtruere, vicinas oras infeſtantes. Vrbes præcipuæ ſunt *Sunda*, quæ pipere abundat, *Bantam*, noſtris nauibus frequentata, *Palimbam*, *Panaruca*, *Iapara*, aliæque.

DESCRIPTIO MOLVCCARVM INSS.

MOLVCCÆ Inſulæ celebres toto orbe ingentem proferunt aromatũ copiam, præſertim caryophyllorum, qui inde petiti per alias regiones diſtribuuntur. Hoc verò nomine præcipuè comprehenduntur quinque inſulæ, *Ternate*, *Tidor*, *Motir*, *Machiam* & *Bachian*, quarum maxima vix habet ambitum ſex mill. paſſuum: omnes intra ſpatium xxv. milliariũ concluduntur: Iacent ſub æquatore, inter *Celebes* & *Gilolo* inſulas. Ager eſt aridus ſpongioſus, quique cadentes è cælo imbres confeſtim abſorbet, antequam in mare dilabantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Producit varia aromata , nuces myriſticas , maſtichen, lignum aloes, ſantalum , cinnamomum, zingiber , piper, & caryophyllum. Quæ quotidiano eſui inſeruiunt, raró & parce creſcunt, ſed ea commutatione ſuarum mercium abunde parant. In his inſulis auis interdum decidit *Manucodiata*, maxima pica non minor; nec maior ſemipede. Caput ei non rotundum, ſed preſſum eſt, quale hiruudinis, cauda longiſſima, bifurcata, pedes nulli; itaque perpetuo volat, auram ruminat. Pluma in capitis parte ſuperiore adeò minuta, vt pilo proprior viſum penè fallat. Ei viriditas quæ in feris anatibus, ſed ita vegeta , vt ſmaragdi ſplendorem imitetur. In parte inferiore ſub gula etiam minutior & brevior, verum flaua, ac nitore citrij. Ad ſtomachum vergens dilutior eſt & dilucidior. A capite collum in ſupera parte denſiſſima pluma tegitur, fulgore fuliginoſo, quæ ad caudam ſeſe dimittens paullulum grandeſcit, ac de coloris illius intenſione paullatim aliquid remittit. Par ſub aluo magnitudo , color haud abſimilis. Alarum protenſarum prolixitas ſequipedalis. Pennarum color infernè buxeus , ſupernè candidus leuiſſima fuligine ſemitinctus. Pinnulæ pennarum non cohærent, ſed diſſitæ aërem tranſmittunt. Hanc ſi cadat, è cælo aut ex paradiſo Mahumetano mitti ſuperſtitoſe credunt. In Inſula *Ternate* montes ſunt Ætnæ inſtar ardentes. Sunt qui Moluccis adnumerent *Gilolum*, *Celebiam* , *Borneonem*, *Ambionum*, *Bandam & Timorem*. *Timor* ſantalum rubrum & album ſubminiſtrat, *Banda* nuces myriſticas, *Gilolum*, *Celebes*, & *Ambon* Mercator putat eſſe Sindas Ptolemæi. *Caryophylli* arbor in rupibus prouenit, quarto anno quam cepit creſcere profert fructum. Arbor foliorum forma & craſſitie lauro eſt ſimillima ; flores vmbellæ inſtar prodeunt, ſimillimi floribus mali aurei : fructus flore collapſo paullatim protuberant in formam clavi , vnde etiam illi apud noſtratus nomen. Initio

rubri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

rubri ſunt, mox ſole toſti nigreſcunt. Arbores ita inter ſe denſantur vel ſoli felicitate, vel ſemi-
nis aut ſtolonum fœcunditate, ut plerumque lucos faciant. Hos inter ſe partiuntur indigenæ,
fructuſque abdũt, ut mercatoribus diuendãt. *Myriſtica* arbor procera & patula eſt, noſtræ quer-
cui per quam ſimilis. Nuci operimentum triplex. Primum craſsius eſt aduerſus iniurias aëris,
venti, & imbrium. Alterum membranæ inſtat reticulato munimento; quod tertium aliud puta-
men ligneum ambit: membranula illa eſt muſcatæ flos, qui ab Hiſpanis dicitur macis. *Zingiber*
quod in hiſce omnibus inſulis prouenit, duplex eſt, ſpontaneum & ſatiuum: hoc illo melius eſt:
herba crocum refert: radix odorata eſt & mordax inſtar piperis, & quidẽ pipere ipſo calidior.
Cinnamomum, quod fabuloſa antiquitas auium nidis, & præcipue phœnicis decuti credidit, cortex
eſt fruticis, ſimillimi malo punico. Eum calore dehiſcentẽ à ligno auellunt, & ad ſolẽ exſiccãt, qui
in fiſtulas cõtractus, à canaliũ figura vulgò *Canella* vocatur. Arabes vocãt *Quirſa*, Perſæ *Darchyna*:
incolæ Seylon apud quos creſcit magna & copia & præſtantia *Curdo*, Malaccitani *Cayſnian*, Mala-
baritani *Camea*. Arbores decorticatæ ſemel, poſt triennium nouum corticẽ recuperãt, tanta cre-
ſcẽdi auiditate, ut ſiluas ac nemora repleant. Radix aquã mittit odoræ camphoræ, ſed eam nefas
eſt ſecare, vetitumque id publico regum edicto, ne cum radice incidantur ipſæ arbores. Lignum,
quod Xylocinnamomum vocant, ob quandam origani acrimoniam in faſtidio eſt. *Santali* tria
ſunt genera, album, flauum, rubrum. In Inſula *Timor* albi & flaui (vtriuſque autẽ ſumma eſt bo-
nitas) ſiluæ creſcunt. Rubrum prouenit in tractu *Choromandel* & *Tanaſserin*. Arbor nuci eſt ſimi-
lis: fructuum nullus uſus: lignum in febribus feruidiſsimis valet, ſi contuſum & in pollinem re-
dactum miſceatur liquori, eoque frons, tempora, arteriæ, inungantur. Sunt etiam in Moluccis
tam vaſtæ arundines, vt ex iis dolia conficiant incolæ.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1


PHILIPPINÆ INSULÆ
ARCHIPELAGUS S. LAZARI
Oriens
Occidens
Septentrio 155
155 Meridies
20
15
10
5
150
LUC O NIA INS.
Siday
Ilocos
Luzon
Aguari
Paganni
Pancnaſion
Piutados
Ancon Triſte
Pondam
P. Nebin
Manilha
P de Man dato
P. de Man dato
P. de Manilha
C de Bajador
Philippinæ
Pracel
Saburan
Sailon
Cabu
Subut
Negenes
Panama
Mudaric
I Caburao
I. Abreyo
Paßagen de S. Clara
C de Bicaya
B. Bicaya
Bicaya
Min danao
Malaqua
Surica
Buran
Dapito
Mindanao
Ca no la
Candagari
Solor
Pracel
Cacaracanim
S. Michael
Calamianes I. que et Paloan dicta
Palon
Marudo
Borneo Inſ.
Milliaria German.
20 40

IN Oceano Orientali multæ admodum ſunt Inſulæ. Præter *Iaponicas* & *Lequio* celebrantur
Philippinæ, quas ſequuntur *Moluccæ, Boruco, Iaua* & *Sumatra.* PHILIPPINÆ à Philippo
Hiſpaniarum rege nomen habẽt, ſuntque inſulæ complures. Ptolemæus eas vocat Baruſſas,
Præcipuæ ſunt *Luzzonia* ſiue *Luconla, Tandair, Mindanao.* Has magna parte Hiſpani incolunt,
qui cum inſulanis vicinis, & cum Chinenſibus mercimonia exercent, naueſque onuſtas merci-
bus in nouam Hiſpaniam & regnum Mexicanum inſtruunt, celebri & frequenti traiectu. TAN-
DAIR cæteris omnibus eſt præſtantior amæniorque, & ſingulari nomine vocatur Philippina,
ambitus eius eſt CLX. leucarum. LVZZON multò eſt major, ſed minus culta. In hac Hiſpani
vrbem condidere, cui nomẽ *Manila*, loco peropportuno, ad mare. MIND·ANAO plures habet
vrbes, *Cailon, Panaodos, Subut, Dapito, Suriaco.* Eſt autem harum omnium inſularum ſolum tempe-
ratum, aër ad calidum accedens, imprimis in ora maritima, nam mediterranea frigidiora ſunt.
Ager orizæ, ſaccari, leguminum feraciſsimus: mellis ingens vbique copia. Ficus ſemicubitales.
Piſces, gallinæ, anates ad vſum quotidianum abundantes. Sunt etiam auri & ferri metalla, quæ &
ad vicina loca & in Hiſpaniam nauibus exportantur. Ad occaſum harum inſularum Philippina-
rum, inſula eſt quam quidam *Palohan* vocant, alij *Puloaym*, nonnulli *Calamianes*; hanc Mercator
vult eſſe Ptolemæi *Bazacatam.*

KB
Den Haag

202



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

INSVLÆ IAPANICÆ Marco Paulo dicuntur *Zipangri*, antiquis *Chryſæ*: Sunt autem inſulæ plures, ſitu, nominibuſque differentes. Præcipua ea eſt quæ Iapan vocatur, à qua cæteræ Iapanicæ. Eſtque hæc in tantum auri ferax, vt Marcus Paulus Venetus teſtetur, ſuo tempore palatium regium aureis laminis tectum fuiſſe. Diuiditur omnis hic tractus in tres ditiones, quarum ſingulæ plura regna cõplectuntur. Prima continet LIII. regna, quorum potentiſsima ſunt, *Meaci*, & *Amaguncij*. Secunda dicitur *Ximo*, habetque regna IX. in quibus præcipua *Bungi* & *Figen*. Tertia eſt *Xicoum* quæ IV. regna continet. Diſtat autẽ Iapan à continente Chinæ intervallo leucarũ LX. à nova verò Hiſpania Indiæ Occidẽtalis, leucarum CL. Solum ſterile eſt & infœcundum. Incolæ coloris olivaſtri, laborum tolerantes, gloriæ cupidi, iniuriarum impatientes, quidã etiam in ſuos liberos truces, quos ſtatim editos ſuffocant. MEACVM civitas maxima, cuius ambitus unum & xx. milliaria patuit: ſed nunc bellis inteſtinis inſulanorum tertia parte imminuta eſt. In hac ſummus magiſtratus Iaponiæ moratur, conſtans tribus viris, penes quos ſumma eſt rerũ conſtituendarũ poteſtas. Primus qui *Zazo*, dicitur, Pontificis inſtar, præeſt ſacris. Secundus *Voo* dignitatibus & honoribus. Tertius *Cubacama* paci & bello. Hunc ciues in gratiam degentiũ illic Chriſtianorum quorundam ſuperioribus annis occiderunt. OSSACAIA ciuitas eſt illuſtris, potẽs, libera, omnium vt quidam arbitrantur totius Orientis opulentiſsima: magna hic mercatorum vndique concurrentium frequentia eſt, quorum qui mediocres facultates habent minimùm poſsident xxx, aureorum millia; qui maiores, incredilem ſummam. Præſidiarium militẽ extra ciuitatem habent, more Tartarorum Orientalium. BVNGVM ſui tractus vrbs præcipua, ſitu opportuno: in hac Chriſtianorum magnus eſt numerus, eſt & Seminarium, in quo Iapones, linguam Luſitanicam, Europæi Iaponicam diſcunt. COIA ciuitas eſt Bonſio cuidam ſacra, quem

 KB Den Haag Combo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

203



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Combodaſsi vocant. Creditur hic litteras ipſis primus dediſſe à ſe inventas; pro quo munere religiosè eum colunt, deſtinato Bonſiorum ingenti numero ad ipſius cultum: principes omnes in hac vrbe ſepeliuntur; aut ſi alibi, ſaltem huc dentem vnum mittunt ſepeliendum; tanta eſt loci veneratio. *Bonſij* ſunt qui ſacra curant, eſtque iſtorum Schola in oppido BANOVM, in qua ſolemni ritu gradus tituluſque confertur à præfecto ſtudiorum.

DESCRIPTIO IMPERII TVRCICI.

TVRCARVM meminit Pomponius Mela libro I. *Fœcundos pabulo iuxta Mæotim, at alia ſteriles nudoſque campos tenent Budini. Geloni vrbem ligneam habitant. Iuxta Thyrſſagetæ Turcæque vaſtas ſylvas occupant, aluntur que venando.* Eoſdem agnoſcit Plinius lib. VI. cap. VII. Neque eſt dubium quin ab his & nominis & gentis originem traxerint illi qui longè lateque hodie imperitant, ignavia noſtra magni. Horum Imperatores à Tartaris originem tradunt, vt & vniuerſa gens, cui ſe Chriſtiani Apoſtatæ adjunxerunt. Sunt autem plerique facie lata, membris compactis, corpore quadrato: comam barbamque radunt, myſtaces alunt. Ingenio ſunt tardo, ſtupido, ignauo: ex quo facile intelligi poteſt, natos illos eſſe ad ſeruitia, ſed nunc præter naturam, vi locum juſtitiæ occupante, imperare. In ſuos igitur obſequioſi, in exteros ſuperbe imperioſi ſunt, jactabundi, arrogantes, faſtuoſi. Religionis locum apud eos obtinet ſuperſtitio. Hæc à Mahumete conficta eſt circa annum DCXXIII, imperante Heraclio. Ferunt Mahumetem iſtum natione fuiſſe Cyrenaicum, patre Mago, matre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Iſmaëlitide, ingenio ſubdolo, & ad quiduis audendũ apto, corpore immani, aſpectu truci, voce terribili. Hic heri ſui viduam Iſraëlitici generis, quinquagenariam, quod eſſet locupletiſsima, vxorem duxit. Cuius opibus inſtructus, multò magis inſtitutum à ſe ſemel inſaniæ genus, adverſus veteris & novi Teſtamenti doctrinam vrſit. Acceſsit ad dementiam Sergij Monachi flagitioſiſſimi perfidia, qui ob hæreſin Neſtorianam Cõſtantinopoli exſul in Arabiam tunc temporis profugerat. Huius inſtinctu ex Iudaico fermento, & maſſa Neſtoriana hæreſin nouam formavit, quam de paxillo ſuſpenſam protinus Arabes & vicini omnes admirari, ſuſcipere, venerari. Epilepſiæ morbo ex intempeſtiuis comeſſationibus contracto vſus eſt ad fingendos arcanos cum Gabriele Archangelo congreſſus. Columbam aſſuefecerat, vt ex aure ipſius peteret pabulum, quod veterator callide eo loco abdere conſueuerat: Hanc ille dicebat eſſe ipſiſſimum Spiritum Sanctum. Volumen nouæ legis condidit, Alcoranũ. Quumque jam appetendi regni opportunũ tempus videretur, columbæ ſchedam alligat in qua ſcriptum, *Quiſquis tauro iugum impoſuerit, rex eſto.* Subornatur taurus, cuius inter cornua Alcoranus defigitur: hic cum multorũ terrore ſubitò erumpens ad Mahumetem (ita enim fuerat edoctus) adcurrit. Is pro concione legem veluti cœlo demiſſam recipit Sergius aperta columbæ ſchedula verba legit, adfert jugum, quo impoſito, confeſtim Mahometes Rex, Sergius Propheta denuntiantur. In lege omnia abſurda & ridicula, de creatione mundi, de eius fine, de Paradiſo, inferno, cœlo, terra, creatione hominis, deque Mahumetis itinere in paradiſum. Vnum tamẽ Deum agnoſcit, Chriſtum etiam pro magno Propheta coli præcipit, vt & Moſen & ſe. Annum non ex Solis ſed ex Lunæ curſu æſtimari vult. Hiſce omnibus & infinitis alijs à ſe inſtitutis, Arabiaque vniuerſa ſubacta, poſt multa bella tandem veneno à domeſticis extinctus eſt, quum ageret annum XL. Sepulchrum eius in Mecha Perſidis

ſummo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſummo cultu & veneratione Turcæ & Mahumetani omnes proſequuntur. Vartomannus tradit monumentum eius eſſe in Arabiæ Petrææ vrbe quam vocant Medinam, atque eo loci à Saracenis ſolere frequentibus peregrinationibus viſitari. Narrat idem quum eſſet Medinæ, ducem quendam quaterna millia ſeraphorum obtuliſſe Myſtagogo, vt oſtenderet cadauer Nabi, quod Arabibus Prophetam ſignificat: ibi Myſtagogum, Tune hiſce luminibus quibus tot ſcelera perpetraſti audebis eum conſpicari, cuius intuitu Deus maximus cœlum & terram creauit? Tum Ducem: Agnoſco vera eſſe quæ dicis; ſed hoc vnum liceat mihi impetrare, ut videam Nabi; quo viſo libenter in eius gratiam oculos mihi ſtatim effodiam. Hæc eo libentius commemoro, ut nos, quibus à Chriſto lux adfulſit, beatitudinem noſtram ex illorum imperitia miſeriaque æſtimemus, gloriantes in ſola ejus cruce. Multa interim ab illis præclarè dicuntur, quale illud eſt, quod Panormi in Sicilia ſupra portam quandam poſitum Arabicis literis exſtat, NON EST DEVS ALIVS PRÆTER VNVM DEVM, NON EST ALIVS POTENS PRÆTER EVNDEM DEVM. NEQVE EST ALIVS VICTOR, PRÆTER EVNDEM QVEM COLIMVS DEVM: Sed ignorantia eſt, quicquid extra Chriſtum de DEO aut ſcitur aut dicitur etiam ſpecioſiſsimè. Neque enim fieri poteſt, vt qui Filium ignorat, norit Patrem. Ex hoc igitur architecto noui dogmatis orta eſt fœda Turcarum ſuperſtitio. Hi ſe non Turcas ſed Muſulmanos dici volunt, hoc enim ſonat rectè credentes. Monachorum ordines habent quatuor, *Torlacorum, Deruiſiorum, Calendorum, & Hugiemalorum.* Chriſtianos Iudæis multò præferunt: cum illis cænare aut negotiari non detrectant, quin etiam eorum conjugia non refugiunt, hos verò omnium mortalium profligatiſſimos viliſſimoſque iudicant. Vxores habere quot libet, licet. Aliam fugiunt, alueo delectantur. In eleemoſynis profuſi ſunt, quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

non ſuos ſolùm, ſed etiam Chriſtianos iuuant: aues quoque à ſe emptas interdum dimittunt, ſanctitati tale opus adſcribentes. Veſtes omnibus oblongæ. Sidari alba caput tegunt, qui autem ex ſtirpe Mahumeti ſunt, viridi. Honoris cauſſa caput non aperiunt, ſed inclinato corpore reuerentiam exhibent. Pars læua omnibus honeſtior, fortè quia liberam ſibi cupiunt dexteram. Tergum obuertere inhoneſtum credunt: itaque poſt ſalutationem retrocedentes frontem ſemper aduerſam habent illi quem ſalutárant. Ter edunt quotidie, cernui, cruribus decuſſatim compoſitis, cibus ipſis oryza, piſces, carnes, præter porcinam: Vinum non bibunt, nam id lege vetitum: ſed eius loco aquam cui mel, ſaccharum, aut iulebum admixtum eſt, Opij frequens apud eos vſus. Domus priuatæ anguſtæ; neque enim curant quomodo habitent: maxima illis cura exſtruendi ſpatioſa Moſqueas ſiue templa, & Imaretia ſiue Xenodochia: ad hæc balnea, aquæductus, pontes, vias, aliaque publici operis, quæ hoc verſiculo continentur.

Moſqueæ, Imaretum, Carauanſarata, lauacrum,
Fontes, & pontes fluuiorum, ſtrata viarum.

Vrbes muro clauſas perraras habent; ſumma ipſis imperij vis in ſubditorum impotẽtia eſt. Itaque mœnia vrbium à ſe captarum ſtatim dejiciunt; tanquam infauſtum & infelix ſidus omnia depopulantes. Hinc prouerbium ortum eſt. Qua Ottomannicus aliquis tranſivit, ibi neque folia neque gramen prouenire. Debellatæ provinciæ rectorem dant: qui nobiles, præſertim eos qui principali ſtirpe orti ſunt, ad unum omnes occidir, familiaſque opulentiores aliò transfert. Neminẽ tamen cogunt ad abiurandam religionẽ. Arma victis adimunt. Ipſi diſciplinæ militaris amantiſsimi, obſequioſi; laboris, æſtus, frigoris parum tolerantes, pauco cibo eoque vili contenti, in itineribus conficiendis omnia ſilentio peragunt: Arma habent, lanceam, arcum, ſecurim, acinacem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

acinacem, clavam ferream, gladios quos vocant *ſcimilare*, ſclopeta, aliaque omnia quæ Chriſtianis in vſu ſunt. Primus illorum Imperator OTTOMANNVS fuit Tartarus, miles magni Cham, homo audax, corporis viribus præ cæteris eximius. Hic prætextu iniuriarum quarundã ſecedens à Tartaris, cœpit in Cappadocia montes atque aditus inſidere. Habebat initio apud ſe equites L. acceſſere tum prædæ ſpe, tum ſcelerum ſuorum conſcientia permoti multi alij; quorum opera, quod anteà clam inſtituerat, palàm adgredi cœpit, occupauitque *Cappodociam, Pontum, Bithyniam, Pamphiliam*, & *Ciliciam* regiones opulentiſsimas. Hæc geſta ſunt circa annum Domini noſtri M. CCC. Imperauit autem Oſmanes ſiue Ottomannus primus annos XXVIII. Succeſsit ei ORCHANES qui patrium Imperium iiſdem artibus, ſed maiore opum vi & diuitiarum copia ſeruauit auxitque, vſus imprimis opportunitate Chriſtianorum inter ſe animis diſsidentium; quo factum eſt, vt *Myſiam, Lycaoniam, Phrygiam, Cariam* domuerit, Nicæam obſederit ceperitque, & regnum ad Helleſpontum vſque protenderit. Contendebant eo tempore inter ſe Palæologi cum Catacuzeno; Ratus autem, quod res erat, fore, vt ſi huic faueret, in Europam accerſeretur, trajecit, & viam poſteris ſtrauit Europam diuexandi. Sub finem vitæ infeliciter cum Tartaris decertans occubuit, poſtquam regnaſſet annos unum & XXX. Sequutus eſt iſtum filius Murat ſiue AMVRATES, magnus ſimulandi & diſsimulandi artifex, robore animi, laborum tolerantia, diſciplina rei militaris majorum ſuorum par. Hic contentiones illas, de quibus dixi, inter Græcos diſsimulando fovit. quibus bello feſsis exhauſtiſque, vſus Genuenſium nauibus conductitiis (ſpecta hominum perfidiam & auaritiam) ex Aſia in Thraciam ſuperato Helleſponto trajecit. Anno M. CCC. LXIII. *Callipolim* in Cherſoneſo ſitam occupauit, quam magna ſtatim *Thacia* pars ſequuta eſt. Poſtea deuicit *Myſiam, Beſſos, Triballos.* Denique

quum

quum expugnata *Adrianopoli* Serviæ Bulgariæque inhiaret, à Lazaro Seruiæ Deſpota victus occiſuſque eſt, anno imperij ſui XXXI. Liberos reliquit Solimanum & Baiatzetum; BAIATZETVS qui aliis Peſaites, fratre interempto rerum potitus, Thraciam reliquã adgreſſus eſt. Vir erat ingenio acri & maximarũ rerum cupido; in rebuſq; capeſſendis audax, in adminiſtrandis ſolers, in laboribus perferendis indefeſſus, in occaſionibus proſpiciendis acutus & ſagax, in exequendis conſtans. Igitur *Thracia* omni ſuperata, animum ad Conſtãtinopolim adiecerat, ſed primum *Theſſaliam*, *Macedoniam*, *Phocidem*, *Atticam*, occupare viſum eſt, *Myſios* quoque (qui hodie Servij) *Illyricos* (qui Boſnenſes) & *Triballorum* (qui Bulgari dicuntur) partem reliquam Principe Bulgariæ interfecto ſubegit. IamqueConſtantinopoleos ſuburbia ſpoliarat, vrbemque ipſam totos annos octo obſederat, quum Hungarorum Gallorumque (quos Imperator eo nomine in Italiam profectus accerſiuerat) adventantium copias reformidans, relicta obſidione ad Nicopolim ijs occurrit; Congreſſus, victor euaſit, cæſis captiſque magna ex parte Gallorum ducibus. Occubuit eo prœlio Ioannes Burgundiæ dux, euaſit Sigiſmundus Hungariæ & Bohemiæ rex. Elatus rerum ſucceſſu Baiatzetus rurſus Conſtantinopolim contendit, eamque longa biennij obſidione fatigauit, iamque actum erat de obſeſſis, cum *Timir cultu*, quum hodie Tamerlanen vocant, magnus Tartarorum Cham igni & ferro Aſiam totam depopulari, vrbes vaſtare, prædas agere inſtituït, cuius ille ſubito terrore euocatus, in Galatiæ & Bithyniæ finibus aciem inſtruxit. Pugnatũ eſt aduerſis ſignis in multam noctem. Baiatzetus ſuperatus, captus, aureiſque cõpedibus vinctus in cauea per Aſiam traductus eſt. Periere Turcarum CC. millia. Incidit hæc clades in annũ Chriſti M. CCC. XCVIII. Baiatzetus haud multo poſt dimiſſus in Aſia mortuus eſt, poſtquam regnaſſet annos XIII. menſes VI. Filios reliquit Calapinum, Moyſen, Mahumetum & Muſtapham.

pham. CALAPINVS qui & Alpin ſubito extinctus eſt: filius eius Orchanes à Moyſe patruo oc-
ciſus, ipſe etiam Moyſes à fratre MAHVMETO. Hic *Valachiam, Macedoniamque* omnem deuicit, ſi-
gnaque Turcica ad Iouium vſque pelagus promovit: regiam cōſtituit Adrianopoli, & poſtquam
imperaſſet annos XVII. vita functus eſt, anno Domini M.CCCC. XXII. Sequutus eſt AMVRA-
THES ſecundus, qui Moralbeg. Hic Genuenſium opera in Traciam delatus patruum ſuum Mu-
ſtaphem cui Græci addictiores erant, bello vicit. *Theſſalonicam* vrbem antiquam, & tum tempo-
ris, amplitudine, amœnitate, opibus, ſituque illuſtrem, quam Veneti tenebant, euertit. *Cyprum,*
Epirum Ætoliam ſubegit. Quumque intelligeret rebus ſuis ſtabiliendis Chriſtianorum verò de-
bilitandis magnopere ſibi Georgij Deſpotæ Serviæ amicitiam prodeſſe poſſe, eam omnibus mo-
dis ambiuit, ducta inſuper eius filia in vxorem. Fretus itaque tum ſuis viribus, tum perfidi De-
ſpotæ fide, Belgradum ad Saui & Danubij confluentes ſitum, quod paullo ante Deſpota Sigiſ-
mundo Imperatori dono dederat, oppugnare aggreditur. Periere in obſidione VII. Turcarum
millia. Hac victoria confirmati Chriſtianorum animi maiora ſperare incipiunt. Vladiſlaus Polo-
niæ & Hungariæ rex Ioannem Hunniadē ob res benè geſtas, ducem ſiue Voiuodam Tranſſylua-
niæ facit. Hic Seruiam ingreſſus Turcas expulit, eoſdemque Tranſſyluaniæ fines vaſtantes, lon-
gè lateque ſtravit. Poſt hæc in Bulgaria ſexies vno die cum Turcis iuſto prœlio decertatus ſem-
per victor euaſit. Capta ibi hoſtium millia IV. ſigna IX. duces XIII. Ad extremum Amura-
thes tot malis amens, indignanſque induciarū fœdera ſanctè concepta Eugenij Pontificis ſuaſu
à Vladiſlao temere rupta eſſe, copijs ſuis omnibus collectis extrema experiri ſtatuit. Erant tunc
forte caſtra Chriſtianorum ad lacum Varnenſem. Turca corruptis ſpeculatoribus infra Callipo-
lim ex Aſia in Europam repentè tranſmiſit exercitum, ſolvitque Genuenſibus, penes quos fau-
ciam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

cium illarum poteſtas erat, c. millia aureorum. Pugnatũ eſt vtrimque magnis animis tres dies perpetuos. Tandem victoria penes Amurathem fuit, meritò Chriſtianos fidei fractæ incuſanté. Rex Vladiſlaus eo prœlio confectus interijt. Hunniades ægrè ſaluus euaſit. Iulianus Cardinalis, flabellum diſsidiorum, & auctor rupti fœderis equo lapſus miſerè animã in deuio ſaltu exhalauit. Quibus rebus elatus Amurathes, murum Hexamilum in Iſthmo Corinthiaco exſtructum diruit: ac tandem in Pruſia Bithyniæ vrbe, (in qua ſedes tunc erat Imperatorum) vitam finiit, anno imperij ſui xxx. Succeſsit ei MAHVMETVS ſecundus. Hic fratris nece quum tyrannidem ſuã ſtabiliuiſſet, *Conſtantinopolim* expugnauit anno M. CCCC. LIII. penultima die Maij. Poſt biennium Belgradum ſe contulit, ſed multis ibi ſuorum interemptis, ipſe ſaucius diſcedere coactus eſt. Poſteà *Bulgariam* occupauit & arcem Raſciæ ad Danubij ripam quam vocant *Smideren*: tum *Dalmatiam* & *Croatiam* cum *Raſcia* omni. *Trapezuntem* etiam expugnauit, & *Mytilenen*, cum aliis quibuſdam Ægæi maris inſulis. Venetos qui Hexamilum reſtituere aggreſsi fuerant, diſturbauit. *Euboeam* cepit, & *Theodoſiam* quæ nunc *Caffa* dicitur, Genuenſium vrbem, in Taurica Cherſoneſo. Tandem fruſtra oppugnata Rhodo, obijt Kal. Maij, anno M. CCCC. LXXXI. regnavit annos XXXI. vixit annos LVIII. Filios reliquit Baiatzethum & Zelimum qui aliis Zeliabus dicitur. BAIATZETHVS rerum potitus fratrem fruſtra Sultani Ægyptij auxiliis adjutum, Pruſia Aſiaque omni expellit: qui quum ad Chriſtianos defeciſſet & Rhodum veniſſet, inde miſſus eſt in Galliam, poſteà anno M. CC. LVIII. Romam ad Innocentium VIII. neque multo poſt ab Alexandro Papa veneno porrecto extinctus eſt. Baiatzethus interea *Ciliam* & *Album caſtrum* in Moldauia expugnauit. *Modon* inſulam & vrbem Venetis eripuit, cum Sophi rege Perſarum diu infeliter bellum geſsit, imperauit annos XXXII, ZELIMVS filius

vitæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vitæ patris pertæſus, eum veneno interfecit: Idem fratres nepoteſque ſtrangulari iuſsit. His
igitur artibus acquiſitum imperium, per tyrannidem rexit conſeruauitque. Primus iſte traiecit
in Africam, & eiecto Sultano magnam Ægypti partem occupauit. Sultanus erat Campſo, ho-
mo obeſus ſenioque confectus, annorum ſcilicet LXXVI. quo interfecto Mamuluchi Sultanum
fecerunt Tomonbeium. Sed & hunc prælio victum in fugam coëgit, & Alcairum Anno M. D.
XVII. cepit. Sultanum paluſtri iunco latitantem extraxit, & poſt varios cruciatus ſuſpendi iuſsit.
Rebus ita confectis quum Conſtantinopolim reuertiſſet victor, cancro renes depaſcente extin-
ctus eſt Anno M. D. XX. poſtquam regnaſſet annos VIII. vixiſſeque XLVI. Succeſsit ei SOLY-
MANNVS. Hic *Belgradum* cepit, propugnaculum non Hungariæ ſolùm, ſed totius etiam orbis
Chriſtiani. Idem *Rhodũ* deuicit, *Strygonium* & *Budam* aliaſque Hungariæ vrbes expugnauit, Vien-
nam Auſtriæ obſedit, tandemque ad Zygethum periit, anno imperij ſui XLVII. Sequutus eſt
ZELIMVS ſecundus, qui inducias cum Maximiliano fecit annorum VIII, *Cyprum* Ve-
netis ademit, Tunetum & Gouletam occupauit, obijt Anno M. D. LXXV. Hoc impe-
rante Turcica claſsis ad Naupactum memorabili victoria à Chriſtianis profligata eſt.
Eum AMVRATHES ſequutus eſt, & hunc MAHVMETES tertius, qui parricidio
interemptis fratribus XVII. imperium auſpicatus adhuc pœnis reſeruatur. Habet igi-
tur Turcarum Imperator latas amplaſque ditiones. In EVROPA *Hungariam & Thraciam,*
cum Græcia vniverſa, hoc eſt Macedonia, Epiro, Achaia Peloponeſo, & inſulis maris Ægai.
Prætereà *Illyridis ſiue Sclauoniæ* partem: Tum *Boſnam, Seruiam, Raſchiam, & Bulgariam.* In
AFRICA habet *Algerium, Tunetum, Tripolim, totam Ægyptum ab Alexandria vſque*
ad Aſnam vrbem quæ Syene eſt. In ASIA verò habet *Natoliam* quæ eſt *Aſia minor,*

Cyprum,

Cyprum, *Palæſtinam*, *Cœloſyriam*, *Babyloniam*, *Arabiam* omnē, cum *Armenia*. BOSNIA Oroſio Dardania dicitur, aliis Mœſia ſuperior: nomen habet à fluuio. Hoc regnum Turca Anno M. CCCC. LXIV. excoriato Stephano Boſniæ rege qui idem Raſciæ & Seruiæ Deſpota erat, ſui juris fecit. Hodie regitur à Beglerbego. SERVIA inter Boſniam & Bulgariam jacet, Regiam habet *Senderouiam*, captam à Murathe Anno M. CCCC. XXXVIII. paret Beglerbego Budenſi, regitur autem à proprio Sangiaco. BVLGARIA à Volga nomen traxit. Metropolis hic *Saphia*, in qua ſedem habet Beglerbegus Græciæ, qui Turcis dicitur *Rumeli Beglerbeg*, habetque Sangiacos ſub ſe vnum & XX. VALACHIA duplex eſt, maior quæ *Moldauia* appellatur; & minor quæ Tranſalpina. In illa vrbes ſunt, *Succavia*, *Varna*, *Ocazzonia*, *Barlauia*, *Cutinari*, & *Cocina*. In hac *Ternouizza*. Vtriuſque autem Voiuoda anno M. D. XCVI. deſertis Turcarum partibus ad Chriſtianos defecit. Sermo iſtis ex Latino corruptus. *Turcomania* ARMENIÆ maioris pars eſt inter Colchidem quæ nunc *Mengrelia*, & Euphratem. *Gurgiſtam* quæ nunc Georgia dicitur, IBERIAM veterum cum parte minoris Armeniæ complectitur. Oppida ſunt *Teflit*, *Lori*, *Cliſca*, *Gori* & *Tomanis*. Vltra Iberiam fuere Albani, qui ſe ad Mæotim paludem vſque extendere. His canes feruntur fuiſſe ingentes, tantæque ferociæ, vt cum tauris & leonibus auſi fuerint decertare. Adi Plinium lib. VIII. cap. 40.

PETRI

P. BERTII

TABVLARVM GEOGRAPHICARVM CONTRACTARVM

Liber ſeptimus.

IN QVO

AMERICA,

Cum luculentis Tabularum ſingularum explicationibus.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

204



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

QVINAM hanc orbis partem perpetua temporum ſerie incoluerint, planè incer-
tum eſt: nos de hac re nonnihil in medium protulimus quum de terrarum orbe
diceremus. Marinæus Siculus in Chronico ſuo Hiſpaniæ contendit, loca iſta iam
olim Romanis luſtrata & cognita fuiſſe, ex eo quod nummus antiquus Auguſti
Cæſaris effigie inſignitus alicubi in aurifodinis inventus ſit, miſſuſque in rei fidem ſum-
mo Pontifici, per D. Ioannem Rufum Archiepiſcopum Conſentinum: quod quidē non
tam facilè reſutari poteſt, quam ſpecioſè dicitur. Mirum eſt, nummum vnicum repertum
eſſe, præterea veſtigium nullum: mirum amplius, nummum illum in aurifodinis latuiſſe,
nullum poſteà vſpiam eductum: Narrabo Varrerij verbis hiſtoriam veriſſimam, vt pru-
dens lector ex ea judicet, an non fucus aliquis ſubſit ſub nummo Auguſti. *Eodem anno, aus*
certè, paullo poſt, quam inclytus Portugalliæ Rex Emanuel Indiam ſubegit, florebat Vliſſipone in Poetica
laude Hermicus Caiadus, homo Luſitanus, Angeli Politiani quondam auditor & diſcipulus, cuius etiam
eſt Epigrammatum libellus. Is Latinis carminibus commentus eſt Sibyllinam vaticinationem, in co-
lumnis marmoreis inciſam, qua per ambages ſignificabat, Indos ſub imperium & ditionem Luſitanorum
eſſe venturos. Eos lapides data opera detruncatos, vt aliqua ineſſent antiquitatis veſtigia, obrui præcepit
in extremitate promontorij Artabri, propè Syntram oppidum. Vbi verò defoſſa marmora vitium aliquod
feciſſe ex humore terreno iudicavit, ad certam diem invitat amicos in villam ſuam, quæ proxima erat loco,
vbi obrutum erat vaticinium. Quum igitur accubuiſſent omnes, ecce villicus nunciat Hermico, mer-
cenarias eius operas dum in fundo foſſionibus incumberent, incidiſſe in lapides, in quibus inſcriptæ eſſent
literæ indices magni cuiuſdam theſauri eodem loco defoſſi, ſic enim ruſtici opinabantur. Nec mora, om-
nes ſimul, alacritate ingenti, relictis epulis, accurrunt, defoſſas intuentur columnas, confeſtimque extrahi iu-
bent. Legebantur poſtea Sibyllina carmina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Sibyllæ Vaticinium Occiduis decretum.

Volventur ſaxa litteris, & ordine rectis,
*Cum videas * Occidens Orientis opes,*
Ganges, Indus, Tagus erit, mirabile viſu,
*Merces commutabit * ſuas uterque tibi.*

SOLI ÆTERNO AC LVNÆ DECRETVM.

Tum vero omnes pro ſe quiſque admirari, verſus illos fatidicos manu tangere, exoſculari. Quid mul-
tis? continuò Vliſſiponèm adregem iam antea commenti illius conſcium perferuntur, qui mirabundo
ſimilis, optimatibus oſtendere. Illi deſcribendum curare, in ſcriniiſque velut ſacrum deponere. Cum
verò res percrebuiſſet, peregrini mercatores qui tum Vliſſipone negotiabantur, continuo vaticinium in
Galliam & Germaniam ad Viros principes mittunt. Illi ſtatim ac diligenter cum præfatione cujuſ-
dam Valentini Moravi, qui, uc fit, rem verbis extulerat, adieceratque nonnulla de ſuo, typis ex-
cudendum tradunt. Poſteà autem inter antiquas inſcriptiones relatum eſt. Fidemque & autoritatem
apud pleroſque lectores invenit. Quid facias hominibus ita ſtultè credulis, vt de exoticis narranti,
non perpenſa rerum ſerie, ſtupide fidem ſemper adhibeant? Forté aliquid iſtiuſmodi fu-
gitivo huic Auguſti Auguſti numo accidit: quicquid verò eſt, mihi quidem nondum vide-
tur veriſimile. Sed redeo ad Americam. Antiquitus ſanè cultam fuiſſe, neque paucis re-
trò ſeculis habitari cœptam, tum alia permulta teſtantur, tum potiſsimum Imperij certa
& conſtans ratio, ſuperba urbium & viarum ſtructura, ædificiorum ſplendor: quæ omnia
quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quum apud illos ſumma fuerint, neceſſe eſt primum parva fuiſſe: non potuerunt e-nim è minimis ad maxima provehi, niſi longa temporis mora. Hortus fertur fuiſſe regius in quo herbæ arboreſque cum ſuis truncis, ramis, fructibus, ex ſolido auro ea mole ſtabant, qua vivæ in pomarijs. Fertur & conclave regium; in quo omne animantum genus ex gemmis erat, opere partim muſivo & ſegmentato, partim cælato; partim etiam ex plumis variè conſerto. Iam obedientiæ, liberalitatis, fidelitatis, ingenuitatis, amicitiæ, temperantiæ, fortitudinis adverſus dolores, famem, mortem, aliaque multa apud ipſos tam multa, tamque certa exempla ſunt, ut cum Sparta Græciam univerſam, cum Romanis Italos omnes ad Virtutum certamen poſsint provocare. Non potuerunt hæc omnia niſi ex legibus diſcere. Leges non potuerunt niſi longo tractu figi, formari, ſtabiliri. Sed & antiquitatem teſtatur id, quod de duabus vijs referunt, quarum altera per montium ardua, altera per planitiem campoſque ſtrata eſt, à *Quito* vrbe Peruana, ad civitatem *Cuſco*, ſpatio quingentorum milliarium: cuius operis decus augent ſtupendæ lapidum & ſaxorum moles, non equis aut bubus, (nam illis caruerunt) ſed humanis manibus adgeſtæ. Via campeſtris utrimque munita eſt muris, patetque in latitudinem pedes quinque & viginti: intra quos rivuli fluunt, conſiti ad marginem arbuſculis, quos ipſi *Molli* vocant. Altera verò è ſaxis & rupibus exciſa per medios montes diſcurrit, pari latitudine; ſalebroſis inſuper depreſsiſque vallium locis, prout regionis natura poſtulabat, adgeſtis munitiſque. Has vias *Guinacava* Rex (qui auorum noſtrorũ memoria vixit) perpurgari, parietes ruinoſos reſtaurari atq; exornari fecit: opus ipſum alias multò eſt vetuſtius, neque unius viri ætatis. Fuerunt etiam per itinera diſpoſita diverſoria ampla, ſplendida, amœna, (ipſi *Tãbos* nominãt) quibus regius omnis comitatus recipiebatur. Ex quibus apparet, non poſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

novitios exiſtimari huius orbis incolas, quum vetuſtas locorum, hominum frequentia, gubernandi ratio, Vrbium ſtructura, mores civium, nihil novi præ ſe ferant. Quid, quod in ſacris quoque clara iſtarum regionum mentio facta eſt? Enimverò Arias Montanus hæc loca à Sp. S. deſignari putat, quum claſſis ab Heziongaber Orientem verſus navigaſſe dicitur, nam & mora navigantium, & mercium varietas & locorum aliquot inſularumque interjacentium ſitus, ſoli Americæ conveniunt. Clarè etiam ipſam Americam nominari contendit voce *Parvaim*, quæ quidem dictio quum ſit dualis, duas regiones indicat; vnam, quæ hodieque *Peru* dicitur: alteram quæ à noſtris appellatur Nova Hiſpania. Primus eam quod quidem certo conſtet, detexit CHRISTOPHORVS COLVMBVS Genuenſis, acri admodum & divino ingenio Vir, edoctus (vt creditur à quibuſdam tam præclari facinoris gloriam arrodentibus) ab Hiſpano quodam nauta cui nomen Buxolæ. Nautam hunc aiunt tempeſtatibus jactatum, quum erraret cæli locorúmque ignarus, forte in has terras actum eſſe, inde reducẽ ad Maderam veniſſe, inſulam juriſdictionis Luſitanicæ, ſitus verò Africani; in qua inſula recens inventa, tum temporis Columbus habitabat. Eum nautam à Columbo comiter hoſpitio exceptum, totam itineris jactationiſque rationem docuiſſe. Columbum accenſum rei novitate, cum tribus liburnicis, auſpiciis Caſtellæ Regis Ferdinandi & vxoris eius Iſabellæ, Anno M. CCCC. XCII. Kal. Septembris iter illud ſuſcepiſſe, inſulaſque Hiſpaniolam, Cubam, & Iamaicam, primùm adiiſſe. Memorabile eſt, quod quum in Iamaica Inſula ob commeatus inopiam ad ſummum vitæ diſcrimen cum ſuis veniſſet, Barbaris hac ratione ſperantibus Chriſtianorum exercitum facilè poſſe expugnari; ſingulari quodam ſtratagemate ſe ſuoſque ab exitio liberaverit, uſus opportunitate imminen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

minentis Lunæ Eclipſeos, quam ille, vti erat Aſtronomicarum rerũ peritiſſimus, brevi obſcurandam ſciebat. Ducibus enim Iamaïcenſibus nunciari ex templo juſſit, ni ſibi ſuiſque neceſſaria omnia ſubminiſtrarent; fore, vt plurimis graviſſimiſque malis propediem adfligerentur: atque vt fidẽ dictis faceret, edixit, ſe proxima nocte effecturum vt Luna ipſis videntibus obſcuraretur. Has Columbi minas homines Barbari initio contemſere, poſteà verò quum ad conſtitutum ab ipſo tempus Lunam deficere paulatim conſpexerunt, attoniti, & metu perculſi accurrére, provolutiq; ad Ducis genua commeatum largiter miniſtravere, & quæ vellet omnia ſe facturos vltró promiſere. Poſt Columbum Americus Veſputius Florentinus auſpicijs Emanuelis regis Portugalliæ idem tentavit, & Anno M. CCCC. XCVII. die XX. Maij ſolvens à Gadibus, oram illam omnem quæ eſt ultra Æquatorem ſita, in qua ſunt *Paria* & *Braſilia*, primus detexit, quæ ora omnis ab ipſo America appellata eſt. Porrò, vniverſus hic orbis à Septentrione ad Meridiem exporrectus eſt duarum magnarum peninſularum forma, quæ tenui iſthmo connectuntur: earum altera dicitur America Septentrionalis, altera Meridionalis. *Longitudo* eius extenſa eſt inter Meridianum gradu. 190. & Merid. grad. 67. *Latitudinis* terminus Auſtrum verſus eſt fretum Magellanicum, id eſt gradus LII. Septentrionem autem verſus, à gradu LXVII. ſurſum pleraque adhuc ſunt ignota. Habet igitur ab ortu ſolis mare Atlanticum, quod vulgo vocant *del Nort*. A Meridie terram Auſtralem Magellanicam, freto interfluente disjunctam. Ab Occaſu, mare pacificum, *Del Zur*: à Septentrione, incertum, terras an maria. Tota circumvagatio eſt circiter XXXII, millium miliarium. Regio in univerſum multiplex eſt ac varia: Frumento initio & vino caruit; eius loco tulit *Mayz* leguminis genus: qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

buſdam etiam regionibus panem ex radicibus conficiunt. Sed neque boves ante habuit, neque mulos, neque aſinos, neque oves, capras, canes. Proinde mirandum non eſt, ſi indigenæ ad primum equi conſpectum perculſi fuerint. Mures gliresque ex Antverpiana nave, quæ per fretum Magellanicum vlterius navigabat, primam illic originẽ habuere: ex eo in tantum, ſive ſoli, ſive animantium ipſorum fœcunditate creverunt, vt ſæpè ſpem meſsis autumnique in herbis & arboribus arroſerint. Archiepiſcopi ſedes eſt in Limenſi vrbe, quæ & urbs Regia dicitur, atque totius tractus Peruani metropolis, condita Anno CIↃ IↃ XXXV à Franciſco Pizarro: in eo jus dicit Prorex & vniverſæ provinciæ ſenatus: Archiepiſcopus ſuffraganeos habet quindicim, Cuſionienſem, Quitoneſem, Guamantiacenſem, Arequipenſem, Paſenſem, Platenſem, Trugillenſem, Guanagienſem, Calapienſem, Portus veteris, Guaichieſne, Popianenſem, Carchinienſem, S. Michaelis & S. Franciſci. Incolæ curſu ac natatione valent, quibuſdam locis homines vorant, cacodæmonem adorant, quidam etiam Solem & Lunam. Lingua omnibus non una. Aurum, argentum, gemmas, nihili faciunt: horum loco conquirunt æſtimantque plumas avium, in iiſque divitias collocant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SEPTENTRIONALIS Americæ pars vltra Novam Hiſpaniam in varias regiones dividitur. Ab APALCHEN uſque ad promontorium Helenæ extenditur, diciturque aliis Virginia. NORVMBEGA peninſulæ inſtar ad mare *del Nort* porrigitur, habetque nomen ab oppido. Cælum eius regionis temperatum, ager fertilis. Mare ob Syrtes & vada periculoſum. Gentes aliter atque aliter nominantur ab Hiſpanis & Italis. Vicina huic eſt *Terra* quam vocant *de Baccalos*, à Ioanne Caboto & filio eius Sebaſtiano Caboto Venetis inventa anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono, die vigeſima quarta, hora quinta ſub diluculo, & ſic appellata, quod in eo pelago tanta inveniatur horum piſcium copia, vt etiam navigia rétardent Sed non fuerit alienum, hoc ipſo loco inſerere inſcriptionem quæ Oxoniæ ſpectatur, concinnatam ab hoc ipſo Sebaſtiano Caboto, rerum nauticarum ut videtur peritiſsimo, qui etiam pleraſque orbis ignoti oras feliciſsimè ibi depinxit: pertinet enim ad χαλυβοδειτικὴν, continetque non ineruditam tractationem de acus nauticæ declinatione. Sic ergo ibi legirur. *Sebaſtianus Cabotus Dux & Archigubernius ſacra Cæſarea Catholica Maieſtatis, divi Caroli Imperatoris, huius nominis quinti, & Regis Hiſpunia, ſummam mihï manum impoſuit, & ad formam hanc protrahens, plana figura me delineavit, anno ab òrbe redempto nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, qui me iuxta graduum latitudinem ac longitudinem, ventorum ſitum, doctè, & fideliter, navigatoria charta inſtar, deſcripſit, Geographi Ptolemai auctoritatem, peritiorumqu Luſitanorum fidem ſecutus, nec non ex uſu atque induſtria longa navigationis, integerrimi viri Joannis Caboti, natione Veneti, atque Sebaſtiani, aſtrorum peritia.*

KB Den Haag

 navi-

205



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

navigandique arte omnium doctiſsimi eius filij, auctoriſque mei, qui aliquotam orbis partem diu noſtratibus clauſam aperuerunt. Quapropter me fida doctiſſimaque magiſtra, ceu hydrographica charta vtens, quocunque eſt animus, mare metiri poteris, acus nauticæ variationem obſervans, qua ad Arctum vertitur, cuius rei argumentum eſt; Si ex ſacro promontorio ſolveris, Celticum promontorium petiturus, navim licet protinus ad Arctum dirigere jubeas, quo curſu recto Finis terræ appellas promontorio, iter tamen quod vere navis tua peregerat, non recta ad Arctum, ſed Arctũ verſus ad quartã Cæciæ fuit. Navigatoria ſiquidem acus, etſi recta linea è ſacro promontorio ad oram finis terræ curſum demonſtret ad Arctum, nihilominus tamen quarta parte ab Arcto ad Cæciam diſtat. Quapropter quum navim acu nautica ad Arctum regere iuſſeris, erit navigatio tua per quartam ſeptentrionis, Cæciam verſus. Eandemque navigationis conſiderationem obſervabis, cum è Salmedina brevi ſcopuloſoque mari in exitu portus S. Lucæ ad Nagæ oram Teneriſiæ inſulæ navigare decreveris, tunc enim ſi ad Liben ſeu Africum navim regere ſtudeas, hydrographicæ chartæ obſervatione: rectus tamen itineris curſus nauticæ acus probabiliore fide per Africum quarta & eò amplius Auſtrum verſus procul dubio erit. Salmedinæ nempe ad Nagã navigatio quarta longè minùs quam hydrographica charta indicat, nautica acus demonſtrat. Vnde pro comperto habebis, cùm è ſacro promontorio iam ſolveris, ſeptentriones petiturus, quòd iter tuum erit per quartam Arcti Cæciam verſus. Eodem modo ſi è Salmedina ad Nagam Teneriſiæ inſulæ adnavigaveris ad Africum, navis tuæ curſus erit per quartam Auſtri. Eadem ratione ſigillatim vti poteris, in quavis huius deſcriptionis parte, acus magnete fricatæ variationem obſervans, quam cum Arcti ſidere variè operatur, quippe quæ non aſſiduè, neque ex omnibus locis ſeptentrionem ſpectat, (vti plebs indocta cenſet) cum Magnes lapis ille (vt patet) nullam habeat vim dirigendi navigatoriam acum, ex omni parte ad Arctum. Quin potius (vt experientia conſtat) chalybem volubilem immotum reddere rectâ lineâ, non autem circulari, ad quemvis

vento-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ventorum Arcto proximum, & hac de cauſa acus nautica vſque variatur. Nam ſi eadem aſſidue & ex omnibus locis verteretur ad Arctum, nulla fieret eius variatio, vtpote quæ per circularem lineam ſemper viam demonſtraret. Ex quo ſequeretur, eundem æquidiſtantem ſeu parellelum frequentare, quod nullo modo continget recta linea circularem formam adeunti. Porrò vnum hoc adnotabis, candide lector, quo magis ad ſolis ortum vel occaſum à linea meridionali ſecedes: vbi acus nautica depictum lilium directè Arctum oſtendit: eò magis ab Arcto te diſtare pro comperto habebis. Vnde ſatis liquet, acum nauticam recta linea, non autem circulari, viam demonſtrare. Adnotandum igitur eſt, quod linea meridionalis qua acus nauticæ lilium rectiſſimè ſeptentriones oſtendit, diſtet à Florum inſulæ 30. paraſangis, quæ quidem vltima Accipitrum inſula eſt occidentem verſus, iuxta peritißimorum omnium navium gubernatorum conſenſum opinionemque: nec non ex eorum ſolerti experientia, quam diutina aßiduaque navigatione ſuo iure profitentur, ſiquidem Atlanticum mare & Indicum indies remetiri aſſueverunt. Adhæc Sebaſtianus Cabotus, meus autor, Occidentalem Oceanum adnavigans, ad æquor quoddam devenit, & plagam, vbi quarta parte Septentrionum iuxta Cæciam ventum acus navigatoriæ lilium illi rectiſſimè Arctum oſtenderet. Quibus de cauſis, & rationibus, & tutißima navigandi experientia apertißimè conſtat, defectus & variationes acus nauticæ crebò fieri cum Arcti obſervatione. NOVA FRANCIA ſuccedit, quæ juxta ripas fluvij *Canade* vel S. Laurentij extenditur, quam Galli primùm ſub Franciſco primo Rege Galliæ detexerunt. Et huius quidem loca principalia ſunt *Canada*, *Hocuelai*, *Hochgelaga*, quæ ex lignis conſtant. Eſt autem ipſa regio inops valde; quo fit vt ad eam pauciores contendant. Profert tamen ſegetes & legumina: Incolæ idololatræ ſunt, & aliquibus in locis anrhropophagi. *Terra Corterialis*, quæ & *terra Laboratoris* vocatur, inter fluvium Canadam & *Eſtotilandiam* peninſulæ forma

ma jacet : & hic fluvius aliis fretum trium fratrum vocatur, eſtque adeò ingens, ut eius oſtium triginta miliaribus Ital. pateat : longitudiném habet immenſam, nam ferunt navigatum fuiſſe octingentis milliaribus Italicis. Incolæ frequentes ſunt hic, proceri, & bene diſpoſiti, qui animalium pellibus teguntur : monilia ex argento & ære geſtant, ac piſcibus vt plurimum victitant. Horum præcipuæ civitates ſunt *S. Maria, Cabo, Marzo, & Preſt*. ESTOTILANDIA provincia eſt cæteris Septentrionalior & Orientalior, reſpiciens Friſlandiam inſulam plagæ Septentrionalis. Et hæc quidem prima omnium huius Novi orbis detecta fuit anno 1390, ab Antonio Zeno patritio Veneto, ſub auſpicijs Zichmi Regis inſulæ Friſlandiæ. Eius fines à Septentrione incogniti adhuc manent, ſed à Meridie ad terram Laboratoris terminatur iuxta fluvium qui vulgò *Rio Neuado* dicitur, & ab Ortu *Mare del Nort* habet. Eſt verò hæc terræ pars ſatis culta, & omnium penè rerum ad humanum vſum fertilis, ac metallis etiam dives, præſertim auro. Frigoribus autem planè ſubjecta eſt, habetque flumina præcipua quatuor, vniverſam Provinciam irrigantia, quæ ortum ducunt è celſiſsimo monte in regionis meditullio jacente. Incolæ ingenioſi ſunt, & artium penè omnium mechanicarum peritiſsimi : horum veſtitus eſt ex ferarum pellibus, ac vitulorum marinorum, ex quibus etiam cymbas conficiunt.

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PROFECTVRIS ex Hiſpania, Anglia, vel Gallia Belgica, in Indiam Orientalem aut Occidentalem, præternavigandæ ſunt INSVLÆ quædam quas FLAMDRICAS vocant vel ASORES, ſuntque numero VII. *Tercera, S. Michaelis, S. Maria, S. Georgij, Gratioſa, Pico & Fayal*: quibus duas quidam adnumerant Flores & Corvo quæ tamẽ non ſunt Aſores. Dicuntur Aſores ab Accipitrum multitudine, qui primùm has inſulas intrantibus apparebãt, nunc nulli ſunt. Flandricæ, quod à Flandris inventæ cultæq; Certè in Inſula *Fayal* etiam nunc familiæ quædam Flandrorum ſunt, & torrentis nomen vetus *Ribera dos Flamengos*. Præcipua omnium & quaſi caput eſt TERCERA, quam Hiſpani vulgò nominant *Iſola de Ieſus Chriſtus de Tercera*, altitudine graduum XXXIX. Milliaria quindecim aut ſedecim complectitur, altiſſimo & montoſo ſolo: rupibus cingitur, naturali munimento, quæ ſicubi deficiant, propugnacula ab arte earum vicem ſupplent. Portum ſinumve defendendis navibus idoneum nullum habet. Itaque naves Hiſpanicæ aut Luſitanicæ raró illuc adpellunt, ſed ſcaphas tantum ſuas emittunt, ſi qua re opus habent, ipſæ intereà curſum obliquant. Tanta autem eſt ventorum circa hanc Inſulam impotentia, vt ſaxa, ferrum, & quicquid ventis expoſitum eſt arrodatur atque atteratur. Narrat Ioannes Hugonis à Linſchoten, vidiſſe ſe clathros ferreos in telonio Régio poſitos craſſitie lacerti, intra ſexennium attritos ad tenuitatem ſtraminis, lapides verò planè adeſos, vt nihil ſupereſſet. Vrbes duæ ſunt *Angra & Villa de Prapa*. Angraab ore aperto, vel bicorni luna nomen traxit Luſitanicum, eſt enim mare circa vrbem lunari flexu patens. Auſtrum verſus duo montes in mare procurrunt, quos vocant Breſijl, ſunt autem altiſſimi, paterque ex ijs proſpectus ad XV. vſque milliaria. In alterius vertice duæ columnæ ſunt, è

quibus

quibus ſpeculatores inſnlanis ſignum dant navium adventantium: quæ ſi plures numero fuerint quam quinque, maius vexillum erigitur, data etiam buccina ſigno. Tales ſpeculæ per reliquas inſulæ oras certis intervallis ſunt diſpoſitæ. Priuſquam ſinum intrent naves, neceſſè eſt alterutra parte arcem prætemavigent. Eſt etiam in hac vrbe ſedes Epiſcopi. *Villa de Praya* ab Angra diſtat trium mill. intervallo: raræ eò naves, & non niſi tempeſtatibus actæ veniunt, caret enim portu: colitur, igitur ab agricolis: nam merces exoticæ Angram deferuntur. Reliqua inſula frumento abundat & vino tenuiore, quod proinde neque exportatur, neque lautioribus in vſu eſt, præferentibus Canariæ & Maderæ vina. Piſcibus, carnibus, alijſque rebus ad iuſulanorum neceſsitatem ſatis affluit. Oleum advehitur, itemque ſal, & ſupellex teſtacea, nam his inſulani carent. Mirus proventus eſt perſicorum varij generis, itemque pirorum, malorum, limonum. Glaſti verò quod paſtellum vocant, tanta eſt copia, vt hinc ad Anglis, Scotis, Gallis, Belgis, petatur ad tincturas. In rupibus vineta ſnnt, in vallibus & planitie glaſti, & frumenti ſegetes. Frumentum ipſum arte & cura ſingulari adſervatur ne vitium contrahat; facile enim aut mucceſsit aut puteſcit. Singulis civibus in platea ante ædes puteus effoſus eſt rotundus, cui operculum impoſitum cum nota heri, In hoſce puteos condunt ſinguli annonam ſtatim poſt meſſem, menſe Iulio; clauduntque locum terra & operculo ad eam rem deſtinato. Circà natalem Domini educunt quod depoſuerant intactum atque integrum, eoque poſtea vtuntur ſine vitij metu. Ex bubus maximum iuſulanis lucrum. Hi cornuum prolixitate & pulchritudine omnes Europæ boves longè excedunt. Videas camuris cum cornibus maxima armenta, quæ nominibus diſtincta ſi ab hero vocentur, accedent. Fontes paſsim calidi, vnus etiam in quo ligna lapideſcunt: adeò vt juxta

ſervent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

fontem arboris eiuſdem radices quæ fontem tangunt ſint lapideæ, averſæ ſuam ſervent naturam. Eſt etiam frequens vbique cedrus, adeò vt & carros & naves ex eo ſtruant, & focum alant. Eſt & ligni quoddam genus quod vocant *Sanguinho* à colore; hoc utuntur ad capſulas, aliaque inſtrumenta. Vici per inſulam ſparſim ſunt, *S. Sebaſtiani*, *S. Barbaræ*, *Altares*, *Gualuai*, *Villa nova*, aliæque. INSVLA S. MICHAELIS longitudinem habet XX. penè milliar. Vrbs eius præcipua eſt *Punta del gada*, in qua majore quam ad Angram frequentia Angli, Scoti, & Galli glaſtum coëmunt. PICO inſula quæ à monte excelſo nomen habet, diſtat à Tercera XII. mill. Habet autem ligni quoddam genus (Teixo vocant) cuius pretium ſingulare: Regio autem edicto cautum eſt, ne quis illud ſecet præter ſolos regios miniſtros huic rei conſtitutos: eſt autem duritie ſumma, colore intus rubro, coccineo, vndulato, pulchritudine eximia, quæ tractu temporis amplius etiam augetur. FAYAL à Belgis colitur, & qui ab his proſeminati ſunt. Sermo omnibus Luſitanus. Vrbs *Doata*. Incolæ humani, exterorum appetentes: vt intelligas tanto temporis intervallo Belgicum ingenium nondum degeneraſſe.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

207



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

IVCATANAM Petrus Martyr credidit eſſe inſulam, quum ſit Cherſoneſus in ſinu Mexicano
porrectus inter gradum x & xx. Ambitus eius eſt milliarium nonaginta. Regio beata re-
buſque ad victum neceſſariis abundans. in extremo littore eſt fluvius, inque eius ripa vrbs
ampla, cui nomen accolæ dederunt *Patanchan*, Hiſpani Victoriam. Qui eam primum ſunt in-
greſsi Cairo ſimilem dixerunt; Turritæ erant domus, templa magnifica, viæ ordine ſtratæ: ad
domorum atria decem aut duodecim gradibus aſcendebatur. parietes è ſaxo aut lateribus con-
ſtabant calce iunctis, tectum ex culmis aut tegulis lapideis. Incolæ commutabant aureas bullas
calculis vitreis, aut veſtibus ſericis. Fœminæ à cingulo ad talum promiſsã veſtem geſtabant, e-
ratq; eis religio pedem aut crus retegere. Speculorum Europæorum nullum precium, habebãt
enim è lapide levi multò puriora, Viri erãt circumciſi: cõmercia conſtant ſola permutatione, ſi-
ne ope numi. Tẽpla auguſta erant, & in ijs idola. Crinem ornabãt exſtruebantque. Rogati vnde
id haberẽt, reſpondebãt per interpretẽ, tranſijſſe aliquãdo per ea loca virũ ipſo ſole formoſiorẽ,
ita comptũ, qui eis id inſigne in ſui memoriã reliquiſſet. Et hæc quidẽ prima aditione. Alias re-
greſsi Hiſpani quũ ſe admittendos ſperarẽt, excluſi ſunt, negabãt enim incolæ ſe hoſpites pere-
grinos velle. Face thurea inter vtrumque agmẽ accenſa minabãtur niſi ſponte ſua terris illis diſ-
cederent, fore vt expellerentur. Ventum eſt ad pugnam. Gladio nudi, tormentis imbelles inter-
empti ſunt, cæteri in vrbem aufugere. Ita diſceſſum. Haud multò poſt, quum tertio accederent
Hiſpani peterentque alimenta, allatæ ſunt gallinæ octo & panis *Mayz*, ſimulque imperatum vt
diſcederent. Iterum igitur cum magna Iucatanenſium ſtrate pugnatũ eſt. Quadraginta ho-
minum millia eodie bello interfuere: tam multi à paucis ſuperati ſunt. Mirabantur novum
pugnandi genus: Equites ſedecim barbaros à tergo adorti, turmas eorum findebãt celeri curſu,
non ſecus quam ſi ovium gregem lupus diſpelleret. Attoniti barbari ſtupebant, nec mens, nec
manus officium faciebat: latera ipſorum interea Hiſpanus enſis hauriebat Miſeri putabãt vnum

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

eſſe animal, equum & hominem, centauri imagine, Ita potiti vrbe ſunt Hiſpani, Cives ſub dio exteri hoſpitibus excluſis ſub tecto vitam agebant. Ac hoc eventu nomen vrbi datum Victoriæ. Ferunt villas extra vrbem tam amplas & laxas fuiſſe, vt Hiſpani aliquot vnam ingreſsi, per horas quatuor in ea vagati ſint, antequam ilius exitum potuerint invenire. Inter *Iucatanem* & *Nicaraguam* vrbs eſt GVATIMALA, agro fertili, amœno, cælo ſalubri, in qua Vicarius Hiſpaniæ regis ſedes habet, penes quem ſumma & abſoluta poteſtas eſt in rebus judiciarijs.

DESCRIPTIO CVBÆ ET IAMAICÆ.

CVBA inſula ad Occidentem mari ſecernitur à Iucatana: ad Ortum freto ab Hiſpaniola, ad Auſtrum eſt Iamaica. Longitudo eſt ab Ortu in Occaſum M. CC. milliar. Latitudo maxima CC. L. Eam mediam ſecat Tropicus Cancri. Dicta primum fuit à Chriſtophoro Columbo *Ferdinanda*. Eſt autem montibus aſpera, multoſque habet auriferos fluvios, quorum aquæ dulces & potui aptæ ſunt. Magnam pro fert rubiæ tinctorum copiam. Eſt in ea vallis in qua globi lapidei inveniuntur tam exacta rotunditate à natura tornati, vt nulla poſsit ars exactius Vrbes ſunt *S. Iacobi*, & *Hauana*: illa exſtructa à Iacobo Velaſco, ſedes eſt Epiſcopalis: hæc totius inſulæ Emporium & navale: ad hanc ſolet claſsis regia tamdiu ſubſiſtere, donec anni tempus, & venti commodam navigationem traiectumque in Hiſpaniam polliceantur. Nunc in ea triremes aliquot ſunt quæ oram omnem contra Gallos Angloſque tuentur. Eſt in eadem inſula non procul à mari mons, è quo bitumen fluit aptum navibus ſtipandis. Sunt etiam paſsim ſerpentes magni, qui tamen noxij non ſunt, his uti ſolent pro cibo

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Cubaënſes. IAMAICA Chriſtianis dicitur inſula S. Iacobi: eius ambitus eſt CC. milſiarium. Vnicum in vmbilico montem habet, qui leniter adſurgit, ab omni regionis latere ſenſim creſcens. Eſt autem inſula ita fertilis, vt cæli temperie ſolique fœcunditate cum quavis alia certare poſsit: Incolæ multi, acuto ingenio & acri; qui vicinis facile imponũt, ipſi rarò decipiuntur. Habent auri metalla, & animalium diverſorum copiam: Eſt & ſacchari & goſsypij magnus proventus. Fluvij permulti, & lacus piſcoſi. Oppida duo *Oriſtan* & *Seuilla*. In hac eſt Eccleſia principalis cum Abbatia.

DESCRIPTIO HISPANIOLÆ.

HANC nſulam incolæ *Haity* & *Quiſqueia* quondam vocaverunt. Hiſpani à ſe HISPANIOLAM, & à *Dominico S. Domingo:* cuius etiam honori vrbẽ exſtruxerunt quæ omnium eſt præcipua. Ambitus eſt M. CCCC. milliarium, longitudo D. latitudo pro ſinuum & promontoriorum ratione varia. Hanc P. Martyr reliquarum inſularum genitricẽ vocat. Mediũ inſulæ ab Æquatore diſtat grad. penè XIX. verſus Boream: forma oblonga eſt, panditnr enim ab Ortu in Occaſum. Eſt autem montibus aſpera, ſed præ cæteris omnibus amœna & fertilis. Sacchareas cannas aiunt hic altiores craſsioreſque eſſe, quam vſquã alibi. Octo & viginti erecta ſunt torcularia quibus ſaccharũ exprimitur. Fertilitatis indicium hoc eſt, quod triticum ſatũ centuplũ reddat. Valentiæ in Hiſpania ex vnâ cannâ vix ſeptẽ phialæ implentur, in Hiſpaniola XX. ſæpè etiam XXX. Gignit præterea hæc regio caſsiam fiſtulam, Zinziber, malticem, lignum aloës, & cinnamomum: ſalis etiam vberem proventum habet. Ante Hiſpanorum adventum tria tantnm

KB Den Haag

 hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

210



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

hic erant quadrupedum genera: nunc importatis aliunde animantibus ita repleta eſt, vt ex ea pellium & coriorum magna vis quotannis in Hiſpaniam exportetur. Auri & argenti fodinæ ſunt divites: Eſt & aliorū foſsilium non parva quantitas, præcipuè verò coloris cærulei. Hiſpani quum primum inſulam invaſiſſent, eruerunt ferè omnes radices ex quibus Barbari ſuum panem conficiebant. Incolæ qui in tuta loca ſeceſſerant per internuncios rogarunt, abſtinerent; malle ſe vectigal pendere quam abſumptis radicibus fame interire. Ita factum, vt immanem pecuniæ vim ſingulis menſibus Barbari Hiſpano ſolverent. Vrbes huius inſulæ multæ ſunt: Præcipua eſt *S. Dominici* ad oſtium fluvij *Ozama*, ſede Epiſcopi & vicarii Regij inclyta: In hac etiam pecunia cuditur, ſed non ea quantitate qua in Mexico. Sunt etiam vrbes minores, S. Ioannis, Meguma, Portus Platæ, Portus regius, Xaragua, aliæque.

DESCRIPTIO NOVÆ HISPANIÆ.

Nova Hispania ampliſsima eſt Americæ provincia, & cæteris cultior, amœnior, ac populis frequentior. Incipit à ſinu Californiæ, quem vulgò *Mar Vermeio* dicunt, & extenditur vſque ad ſinum Mexicanum & Mare *del Nort*, & ad Iucatanam regionem. Occupata primum fuit ab Hiſpanis Anno 1518. duce Ferdinando Corteſio; cum maxima tamen ſuorum & incolarum ſtrage: cui remunerationis cauſa dono conceſſa fuit *Teoanteper* regio novæ Hiſpaniæ, à Carolo V. Imp. Eſt autem hæc provincia montibus & rupibus aſperrimis referta, nemoribuſque plena: aërem habet temperatum, quamvis ſub torrida jaceat Zona: in ea fluvij ſunt quā plurimi piſcibus abundantes, quorum aliqui etiam auriferi ſunt.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ſunt etiam lacus in ea multi, magna ex parte ita ſalſi, vt ſal ex ijs conficiatur. Præcipuus is eſt qui
Capharicũ mare ob immenſitatẽ vocatur. Abundat prætereà regio ipſa mineris opulentiſsimis
auri, argenti, ferri & æris: mittit caſiam fiſtulam, & fructus quoſdam quos incolæ *Jacao* appellant
amygdalorum inſtar, ex quibus potũ conficiunt: goſsypio ac omnibus inſuper frugibus fructi-
buſque. quos in Europa habemus, affluit: omnia quoq; profert animalium genera, anſeres, ana-
tes, coturnices, tigres, leones, vrſos, & alia huiuſmodi: vnde carnium hic magna eſt copia, viliſsi-
mopretio. Inveniuntur etiam in fluminibus crocodili, quorũ carnes ab incolis comeduntur. Ma-
re regionem alluens piſcibus abundat: & oſtrea fert ex quibus margaritæ colliguntur Incolitur
porrò hæc pars ab Hiſpanis magis quam vlla alia novi Orbis: vnde multas in ea hbaent co-
lonias, nempe, *Compoſtellam*, *Colimam*, *Purificationem*, *Guadalaiaram*, *Mechuachan*, *Cacatulam*,
Mexico, & alias. Sunt porro in hac Nova Hiſpania inſignes nonnullæ Regiones, nem-
pe *Galitia*, *Mechuacan*, *Mexico*, *Guiſtecan*. NOVA GALITIA ab incolis prius
Xaliſco vocabatur: quam primus detexit & acquiſivit Nunus Guſmannus, qui in ea vrbes ali-
quot fundavit, nempe *Compoſtellam* vbi ſedes Epiſcopalis & Conſilium Regium: *Spiritus*,
S. Conceptionis, *Michaëlis*, & *Gandalaiaram*, celeberrimam ac totius regni caput. Regio
aſpera eſt, incolæ feri ac crudeles, qui ab eſu carnis humanæ non abſtinent. Perti-
net ad novam Galitiam regio illa quæ *Culiacana* vocatur ab vrbe huius nominis: iacet
autem inter fluvium *Piaſila*; & fluvium ſancti Sebaſtiani, qui antequam in Mare ſe exoneret
à terra abſorbetur. Metropolis vrbs eſt *Culircan*, vbi Hiſpani duxerunt coloniam Domus
Michaelis. Incolæ pauperrimi ſunt, & ſub dio dormiunt, quorum qui iuxta Mare verſantur,
piſca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

piſcationibus vitam traducunt: qui verò mediterranea tenent, venationibus vivunt. Nullum olim ſuperiorem agnoſcebant, ſed hodie Hiſpaniarum Regi parent. Mechvacham regio ambitum habet 40 leucarum, & opulentioribus ac fertilioribus novæ Hiſpaniæ regnis accenſetur, nam in ea Mahitz matureſcit ter ſingulis annis, vt & alij fructus. Affluit goſsipio, melle, cera, grano tinctorum, herbis medicinalibus, ambra nigra, & ſale. ſericum quoque abundè fert, & auri argentique dives eſt. Multi ſunt in ea lacus ampli, & multi fluvij peropportuni, piſcibus copioſiſsimi. Incolæ proceri ſunt, & corporibus valentes, longævi, ac ingenioſi. Regio duas continet vrbes principales a b Hiſpanis cultas, in quibus vigent mercimonia, nempe *Paſcuur*, & *Valadolis*, quæ eſt Epiſcopalis ſedes, præter alias minus celebres, Mexicana regio cæteris non tantum novæ Hiſpaniæ præſtat, ſed vniverſæ etiam Americæ. Nomen ſumſit ab vrbe *Mexico*, quæ *Temiſtitan* quoque nuncupatur: & hæc vrbs olim exſtructa erat Venetiarum inſtar in medio immenſi cujuſdam lacus, antequam à Corteſio occuparetur, qui eam ad eiuſdem lacus ripam tranſtulit: Eſtque nunc optimè fabricata, ambitum occupans ſex miliar. Italicorum, cuius unam partem Hiſpani inhabitant. reliquam vero indigenæ. Reſident in hacipſa vrbe Archiepiſcopus, & Prorex, ac tribunal ſupremum novæ Hiſpaniæ: eſt etiam in ea imprimendi ars & cudendi pecuniam. Hic autem lacus, ad cuius ripas extructa eſt, ſalſus eſt, & creſcit ac decreſcit pelagi inſtar: & dum creſcit, ſuas aquas in alium lacum vicinum effundit qui dulcis eſt - nullos autem fert piſces, ſed tantum vermes æſtate putreſcentes ac aerem infeſtantes: extrahitur tamen in eo magna ſalis copia. Ambitus amborum lacuum patet 50 circiter leucis, atqu tam in ipſis, quam circa eorum ripas iacent 50. oppida, quorum quodvis continet plus decem M. domorum: Per eoſdem diſcurrrunt 50. ſcapharum millia, quas *canoas* vocant, ad uſum

vrbis

vrbis Mexicanæ & aliorum opidorum. Sunt autem hi lacus in planicie montibus cincta, nive ſemper opertis, quæ quidem planicies collibus aſſurgit amœniſsimis. Poſt Mexicum eſt *Teſcuro* vrbs ad ripam eiuſdem lacus, quæ amplitudine ſua Mexicum ipſum adæquat. Eſt etiam in hac provincia Angelorum civitas, quæ prius *Vacipalam*, id eſt terra ſerpentum, vocabatur, quæ lanificio celebris imprimis eſt. Huius ager vallibus & planitiebus diſtinctus eſt, in quibus innumera armenta & greges aluntur, & magna ſegetum ac fructuum copia colligitur. Eſt quoque in eadem provincia Mons Flammivomus, *Papocampeche* indigenis vocatur. Incolæ huius tractus olim idololatræ erāt, & anthropophagi, pluresque ducebāt vxores: quæ tamen vitia dimiſerunt paulatim poſt ſuſceptum baptiſma. Vtuntur in bello ſagittis, & fundis quibus iaciunt lapides. *Guaſtecan* regio novæ Hiſpaniæ ad Mare delNort poſita eſt, eſtque parum fertilis. vnde incolæ inopia premuntur, & piſcatu plurimū vivunt: ſunt tamen ſatis humani. Eſt in hac regione mons in quo reperiuntur duo fontes, alter ſcilicet picis nigræ, alter vero picis rubræ ferventis. Duas hic Colonias Hiſpani habent, nempe *Panuco*, & *D. Iacobi à Vallibus*. Poſtremo in Nova Hiſpania eſt *Tlaſcalan* vrbs, quæ poſt Mexicum ſecundum tenet locum, eſtque valde populoſa & opulenta & agro fœcundo, Reipublicæ more gubernatur, ſub poſſeſsione tamen Hiſpaniarum regis.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

212



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ANNO M. CCCC. XCII. *Chriſtophorus Columbus* Gadibus profectus devenit ad Inſulas Fortunatas quæ Canariæ dicuntur. Inde Occidentem vlterius petens, inſulas duas reperit, quarum alteri nomen dedit Hiſpaniæ, alteri Ioannæ : in quibus relictis triginta octo
ſocijs cum mandatis, ipſe in Hiſpaniam abijt, regique itineris ſui rationem expoſuit. Placuit
iterum tentare iter: conceſsis igitur XVII. liburnicis, venit ad inſulas Canibalorum, vnde par-
tem claſsis ſuæ in inſulam Hiſpaniam dimiſit, ipſe haud multo poſt ſequutus: Comperit ve-
rò ſuos omnes quos diſcedens ibi reliquerat, à Rege nefariè interemptos eſſe. Exſtruxit igi-
tur ipſe vrbem, eamque præſidio munivit, profectuſque longius Cubam & Iamaicam invenit. His
rebus confectis & fratre ſuo Bartholomeo ijs locis præfecto, ipſe Anno M. CCCC. XCV. in Hiſpa-
niam redijt. Tertium igitur inſtructa claſſe, Anno M. CCCC. XCVIII. mari ſe commiſit: circa Ma-
deram naves ita partitus, vt quinque Hiſpanam inſulam recta peterent: ipſe reliquis tribus no-
vum curſum inſtitueret. Ergo iactatus variè tandem venit ad inſulam Pariam, humaniterque ab
indigenis exceptus eſt. Hiſpaniolam verò delatus rationes omnes offendit conturbatas,
Hiſpani enim qui eo loci relicti erant, ſpreto Columbi & fratris imperio vinctos eos tan-
dem in Hiſpanias miſere. *Petrus Alanſus* poſteà iter illud tentavit : *Pariam*, *Curtanam*,
Canchietem, *Cinianam* devenit, onuſtuſque vnionibus in Hiſpaniam reverſus eſt. Succeſsit ei
Vincentius Pinzonus qui longè vltra Aequatorem Auſtrum verſus profectus, gentes of-
fendit immanitate barbaras. *Americus* etiam *Veſputius* miſſus à Ferdinando Caſtiliæ
Rege, Pariam tentavit, oramque omnem quæ ab ipſo America vocata eſt, quatuor na-
vigationibus inſtitutis, quarum poſteriores duæ factæ ſunt auſpiciis Emanuelis Regis
Portugalliæ. Et hactenus quidem præter Hiſpaniolam, Cubam, & Iamaicam inſulam,
parum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

parùm admodum terrarum fuerat ſubactum, quum *Franciſcus Pizardus* qui diu in S. Dominici oppido commoratus fuerat, cum ſociis aliquot in continentem traiecit, captoque rege *Atabalipa* & multis hominum myriadibus per nefas trucidatis, magnam illius regionis partem debellavit. Fertur *Atabalipa* captivus tam magnum auri & argenti cumulum pro redemtione ſui Piſardo obtuliſſe, quantum ipſe erectus extenſa manu poſſet contingere: Poſt ſolutum tamen à ſuis pretium redemtionis nihilominus turpiter jugulatus eſt. Pizardi huius ſociorumque in hominibus innocentiſsimis ſuſpendendis, jugulandis, ſubmergendis, comburendis, laniandis, omnique crucitus genere afficiendis, immanitatem, longum eſſe referre. Poſteà idem iſte à ſuis confoſſus, dignas, non tamen pares ſceleribus ſuis pœnas dedit, Anno M. D. XLI. Cæterum eodem ferè tempore Hiſpani & Portugalenſes novas terras quærere inſtituerunt, ita orbem inter ſe partiti, Alexandri VI. Pontificis autoritate, vt ab inſulis Heſperidum deinceps quicquid incognitæ terræ Orientem verſus ſpectaret, id Portugalenſibus cederet, quicquid Occidentem verſus, Caſtellanis. Sed quærebant hi quoque viam perveniendi ad Molucas. Commiſſa hæc cura mandataque *Ferdinando Magellano*, qui Anno M. D. XLI. die decima Auguſti ſolvens Hiſpali, ſuperatis Canarijs & Heſperidum inſulis, tandem pervenit ad promontorium Canibalorum S. Mariæ. Obſervavit littus ita in Auſtrum tendere, vt etiam in Occaſum recederet; ſperabat itaque fore, vt alicubi mari ambiretur: neque falſus eſt, nam ſequenti anno viceſima ſexta Novembris ventum eſt ad fauces, quæ arcto, neque latiore quam decem milliar. Italicorum freto, terras vaſtas diſpeſcebant. Altitudo poli Auſtralis erat LII. graduum. Hoc tranſmiſſo, certa eum ſpes habuit inveniendi Moluccas. Itaque recto curſu Æquinoctialem petens ſuperatis aliquot inſulis, venit in *Subuth*, vbi ipſe cum ſocijs ſeptem interfectus eſt in prælio

quod

quod rogatu regis adverſus vicinarum inſularum habitatores ſuſceperat. Interfecto ſucceſsit
Serranus, qui quum Magellani ſervum Moluccanum eodem bello vulneratum aſperius eſſet allo-
quutus, proditus eſt regi Subuth. Qui in navi erant reliqui, deſertis infelicibus terris, octavo
poſt ducis obitum menſe Moluccas invenerunt. Porrò AMERICA omnis MERIDIONALIS pyra-
midalem formam habet: cuius baſis prope Iſthmum eſt, Boream verſus; vertex ſive cuneus ſen-
ſim extenuatus ad Magellanicum fretum verſus polum Antracticum deſinit in acumen, gradi-
bus penè LIII. diſsidens ab Æquatore. Ad Orientem alluitur mari quod vocant *del Nort*:
ad Occaſum mari *del Sur* ſive pacifico. A *Maragnone* fluvio, cuius oſtium ſub penè æquatore eſt,
vſque ad fluvium Argenteum, *Rio del plata*, Orientē verſus omnia obtinent Luſitani: cætera (quæ
quidem nota nobis) habet Hiſpanus; Regionem omnem à Borea in Auſtrum montes ſecant:
Ager eſt auri & argenti proventu aliarumque rerum ad vſum humanæ vitæ neceſſariarum bea-
tiſsimus: Ambitus eſt ſedecim millium milliar. Partes eius multæ: ſed præcipuæ & hactenus qui-
dem ſuperatæ Barbariſque ereptæ hæ ſunt: *Caſtella aurea, Peruuia, Chili, Braſilia.* CASTELLA AV-
REA *Caſtiglia del oro*, iuxta Iſthmum ſita eſt, quo pars Auſtralis Boreali connectitur. Latitudo
Iſthmi eſt LXXII. milliar. Vrbes duæ ſunt, *Nombre de Dios* ad mare del Nort, & *Panama* ad ma-
re del Sur. Quicquid ex Peruvia in Hiſpaniam mittendum eſt, id omne in Panamaide vrbe co-
actum, terreſtri itinere mittitur ad Nombre de Dios, inde in Hiſpaniam navibus exceptum aſ-
portatur: Quicquid ex Hiſpania in Peruviam mittendum eſt, id delatum in portum *de Dios*,
terreſtri itinere mittitur Panamaidem, inde navigijs devehitur in Peruviam.

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

PERVVIA regio totius noviorbis nobiliſsima, tota ferè intra æquatorem & Tropicum Ca-
pricorni clauditur. Suntque eius fines à Septentrione nova Granata, Caſtella aurea, & Pe-
ru fluvius ac portus qui huic regioni nomen dat: ab Occaſu Oceanus ſeu *Mar del zur:* : à
Meridie Chila provincia: ab ortu montes: occupatque longitudine ſua hæc provincia M. LXXX-
leucas. Detecta fuit primum à *Franciſco Pizarro*, anno 1525. cuius præfecturā paulò poſt à Ca-
rolo V. obtinuit, atque eam perluſtravit & occupavit. Occiſus tandem ab Almagri filio, cuius
patrem ipſe, & Almagri filium decollavit Vaſco. Vaſcum cepit Blaſco, Blaſconem cepit Pizari fra
ter. Ita alij in alios ſevierunt, ſanguinis pariter & auri appetentes: ſolet enim creſcentē ſequi cura
pecuniam, maiorumque fames. Dividitur hodie in tres partes, nempe in planitiem, in *Sieras* ſeu
montes, & in *Andes* ſeu Vltramontanam. Planities Peruviæ iuxta maritimam oram expandi-
tur miliaribus propemodum 1500. Italicis. Eius latitudo maior ad 60 accedit, minor
verò ad triginta. Eſt autem hæc pars ſabuloſa, ſolitudinibus frequentibus deformis, ac majori
ex parte ſterilis, præſertim cùm nec ullos habeat fontes aut lacus, nec vllis imbribus aut pluvijs
vnquam rigetur. Sunt tamen in ea agri permulti circa fluminum ripas viriditate ac fœcundita-
te læti, quippe qui hyemali tempore ac fluvijs ipſis, à præcelſis rupium iugis delapſis effuſiſ-
que, qui nuſquam maiori quam duorum aut trium milliarium ſpatio inter ſe diſtant, v i-
li inundatione irrigantur: ſed & agros accolæ magna induſtria rigant & exercent, vn-
de poſtea goſsypium varii coloris, & omne frumēti genus copioſe reddunt. Huius tractus in-
colæ viles ſunt, puſillanimi & inopes, ſub arboribus & inter arundines ac iuncos vivunt ac dor-
miunt, pro eſca habent piſces & crudas carnes. Montana regio Peruviæ lōgo extenditur tractu à

Septentrione ad Meridiem mille circiter leucis, & aliquibus in locis minus. Sunt verò hi montes admodum frigori obnoxii, in eiſque frequenter nives cadunt: nec arbores vt plurimũ proferunt, vnde incolæ ignem ex terra quadã ad hoc apta fovent. Reperiuntur hic leones, lupi, vrſi nigri, capreoli, & quoddam pecudum genus camelis ſimile, è quarum lana veſtes gauſapinas, & alia neceſſaria conficiunt. Continentur inter hos montes multæ amplæ valles ac profundæ, fertiliſsimæ, ac populo numeroſiſsimæ, cum aëre fruantur calidiore. Et incolæ quidem harum vallium cæteris huius tractus ingenioſiores, animoſiores, ac civiliores ſunt. *Andes* ſunt etiam montes, ſed continua ſerie producti abſque vallibus. Hi à Septentrione in Meridiem porriguntur, & inter hos & alteros montes *Collao* provincia clauditur, quæ quidẽ vt plurimum montibus referta eſt, ac frigori ſubiecta, ſed tamen valde populoſa. Montana regio, vt ait Lævinus Apollonius, maritimæ regioni hominum cultu, vrbium frequentia, & ſoli aëriſque beatitudine longè præſtat, ac peculari idcirco regum ſede, procerumque habitaculo excoli conſuevit. Terra enim omnis egregia clementis cæli temperie adiuta multo iunumerbilium rivorum , amniumque quos montes profundunt excurſu, mirificè fœcundatur, vt à graminoſis vbique viretis lætiſsimè tranſeuntibus arrideat, & fertilibus paſsim pratis gravida omne leguminum genus liberaliter præbeat. Nam præter *Chamaceraſia*, & alia eius generis mora dumetis aſſueta, lactucas etiam, braſsicas, caros, daucos, raphanos magna procerirate luxuriantes , & tenuium etiam menſis vulgares, amaracum, naſturtium, petroſelinum, ſalviam, oxylapatum, mentam, & inviſam Veneri portulacam, condiendis epulis lautiſsimas herbas profert, & cætera porrò omnia , quæ poſtea Hiſpanis ſerentibus accepit, vberrima referendi benignitate reddit. Præter has & aliam herbam edit, flavos flores tenuiſculis pedunculis gerentẽ, frondium habitu, apio non abſimilem,

llem, quam celebratiſsimo à Græcis ſcriptoribus potamio ſtratiote potentiorem vulneri etiam
renaſcenti,& chirurgorum deſperatione deplorato vnicum remedium afferre; eandem autem
carnem ſanam ac valentem (ſi huic adhibita ſit) ad ima oſſa peredere ferunt. Hac etiam præ-
ſtantior naſcitur altera (*Cocam* indigenæ vocant) frondibus eius arbuſculæ ſimilis, quæ Græcis
Rhus dicta eſt, Latini fruticem cotiarium vocarunt, quæ ſicuti reipſa compertum eſt, omnem
cibi ac potus appetitum avertit in ore geſtanti. Verum ante alia frumentum tanta fæcundita-
te luxuriat, vt, ſi veré proditur, vno ex ſativo frumenti ſextario, quinquaginta, aut centum,
ducenti interdum progignantur: quod eo certè vehementius demirari licet, quod leviſ-
ſimam tenuiſsimamque agriculturæ curam ac rationem exerceant. Agros enim leviter
expurgatos, & lolijs evulſis ſarritos, cum aratrum vomeremquepenitus ignorent, non tanto in-
ductis ſulcis ſubruendi, glebas occandi, deinde poſt iacta ſemina æquandi labore ſe fati-
gant incolæ, quanto noſtri: ſed lignea pala modicè vulneratam humum leviter inver-
tunt, ſcrobibuſque effoſsis grana paſtino ligneo, ſicut apud nos fabæ ſolent, depingunt, quæ ter-
ra demum ſuperfuſa condita in ſummam luxuriam prorumpunt. Herbarum frumentique co-
piæ arborum fœcunditas reſpondet, quarum non illæ modò, quas novit Europa, egregiè creſ-
cunt; ſed earum etiam plurimas invenire licet, quæ nobis nomine naturaque ſunt prorſus in-
cognitæ. Nam vt in montanis fieri ſolet, nigrantes plurimis in locis ſylvæ occurrunt, quæ non
omne arborum genus modo, & ex earum caudicibus vberrimam lignandi copiam, ſed in cavis
abditiſque ſpecuum luſtris magnam ferarum multitudinem ſubminiſtrant. Pumilium etiam
animantium campi, ac imæ valles ad venatorum voluptatem vſque adeo ſunt plenæ, vt lepores,
cuniculi, turtures, columbæ, ficedulæ, niſi, frigillæque nullo anni tempore menſis deſint. Sed ne
pſittaci quidem, vulpes, vrſi ac leones rara montanis ſunt animantia: equi non iſthic modo,

ſed

ſed per vniverſum orbem novum penitus incogniti: verum horum inopiam,quanquam imparibus & ineptis ad bellum vitibus,ovium copia ſupplet,quæ equis magnitudine pares,& cætera forma,præter toroſi pectoris ſtrumam,camelis perſimiles,quinquaginta onerum podo ſuſtinẽt, & virum in terga ſublatum ad aliquot paſſuum millia vehunt;feſſæ,ſi vrgeantur , ſedentẽ fœdo odore conſpurcant:ſi onuſtæ ſint, tum humo ſeſe acclinant,nec inde vlla verberum vehementia,ipſis aſinis contumaciores,niſi penitus clitellis exonerẽtur,propelli poſſunt : vtile profectò animantium genus,non ad ſupplendum modò equorum in ſatcinis hominibuſque vehẽdis defectum : ſed ad alimoniæ etiam, & opimi lucri vſum. Lanæ etiam tenuitate longitudineque , & copia noſtras ſuperant,& ipſius carnis ſuavi gratitudine vervecum atque juvencorum noſtratium delectabilẽ ſaporem adæquant: frumento veſcuntur , ſed paucisſimi cibi ſunt:vſque adeo exigui verò potus,vt illo triduum quatriduumque abſtineant. pleraque autem montium pars innumerabiles auri argentique gazas nobilisſimis fodinis emittit; nec vlla ferè vrbs aliquo nomine ſpectata offertur , quam non inſigni aliqua fodina auri natura ditarit , vt meritò harum comparatione divitiæ ſordeſcete debeant,quos aut Tago,aut Lydorum Pactolo veterum fabulæ aſſcripſerunt. Nam præter inexhauſtas montium arrugias,quis eloqui poſsit quantam auri argentique vim canales,aut egeſti fluminis theſauri ferant,quæ rutilãtibus arenis & pellucidis vndis limpidi,aureo quodã profluxu ruere videntur?Nec in tãta fodinarũ copia minij, ſicut accidere Plinius teſtatur,aut ſandaracæ,& id genus verſicoloris terræ ad veſtimẽra inficienda venæ deſunt. Supra has dotes omnis hæc plaga, quæ per montes latisſimè extẽditur,ad vberrimam ſativarũ frugum alimoniam,& privatorum etiam puteorum cõmoditatem mutante vices tempeſtate pluviarum ſubſidia habet. quæ in tanto Solis æſtu magno incolarum & agrorũ hianti-

hiantium gaudio excipiuntur. Horum montanorum incolarum natutam his verbisquidam exprimit. Hac regionis felicitate incolæ induſtria atque ingeniorum ſolertia dignos ſe præſtāt, qui ſicuti ſoli bonitate, ita naturæ politiæque præſtantia maritimos longè antecellunt. Viri ſubuculam, ac chlamydem laneam geſtant, promiſſoſque alunt crines, quos circa verticem tenui faſciæ ſubſtringunt: fœminis veſtimentum eſt oblongum, ſine manicis, quod laneo cingulo ter quaterque circumducto infra vmbiculum ſuccingirur, huic penula ſuperjicitur aurea, argenteave, acicula circa collum conſtricta, quam Topum vocant. Hæ candida facie gratioſæ, quanquam abſurdè ferè in acutam cuſpidē capitum vertices acuminētur, non formæ modo, ſed etiā modeſtiæ verecundiæque muliebris, & reliquorū morum non levi gratia pollent: & huic ſingularem in maritos amorem fiduciamque mirabiliter adiungunt, quos præter ſui ſexusvires in quotidianis operibus aſsiduo & fideli labore ſublevant. De moribus autē Petuvianorum in vniverſum Lævinius Apollonius ſic ſcribit. Tribus potiſsimum gentibus vniverſi diſtinguuntur, quarum ſingulæ plures ſub ſe populos nominum rurſus varietate differentes continent. Hæ gentes diſsimilitudine gaudēt, & diverſis linguis ſunt diſcretæ: frequenter etiam limites excedentes inter ſe bella gerere, & ferro injurias vindicare diſcordes ſolebant, priuſquam in vnius *Gynacavæ* ditionem ad Æquatorē vſque provincia ceſsit: verùm vbi victoria eius cunctis ſub vnam poteſtarē redactis diſsidiorum facultas ablata eſt, ita apud proceres & vulgus *Cuſconia* lingua, qua dumtaxat ius dicebatur, voluptati ac ſtudio eſſe cœpit, vt huius gnaro totius provinciæ peragrandæ, non difficilis facultas relinquatur. Fœminis lanea veſtis eſt ad talos vſque propendens, mares induſiolum ad ſuras vſque, & huic ſuperiectum palliolum geſtant. Qnanquam verò idem ferè tota regione corporibus veſtimenti ſit genus, capitum tamen habitus mirificè variant, cùm

ſinguli pro vſitato patriæ more faſciolas tornatiles , multi ſimplices , plurimi verſicolores gerant : nec ferè ſint quiquam, qui eo in capitum ornatu ſecundum patrium vſum ab alteris non vehementer diſcrepent. Admirabili vero omnes natura indolis ſimplicitate imbuit : adhuc vetuſtæ ruditatis hæres, qua ridiculas nobiſcum negationes exercent : vix inexhauſtas ſuas auri & argenti gazas norunt , atque informibus eorum maſsis tantum vtuntur , quanquam aureorum atque argenteorum emblematum non minore quam nos delectatione capiantur : quibus templorum & regiarum poſtes bracteato ſculptove opere fabrefactis plurimum exornant. In ea tamen vulgari ſimplicitate proximè Aequatori ſubiecti morum incommoditate ac vitijs reliquos ſuperant. Hi multa hypocriſi taciturni, & compreſsis in labra verbis ſubmurmurantes, non multum à Iudæorum modo abhorrent, fœdeque in libidinem proclives, exiguo in pretio mulieres habent; quas non viliſsimè modò ſibi ancillari cogunt, ſed etiam leviſsima offenſione plagis acerrime excipiunt. Induſiolo levi vmbilico tenus veſtiuntur : cæteras corporis partes, ne pudendis quidem tectis nudas relinquunt. crura & brachia gemmatis ſphærularum circulis ornant, & pertuſis vtrimque malis atque orum labris turcoſios atque ſmaragdos mirificè ſplendentes hiatibus infixos gerunt. In eo ornatu tanta ſuperbia eſt, vt eundem vxoribus invideant, quibus nulla, vel ad perpetuos graviſsimi Solis æſtus arcendos ſtragula veſtium, præter tenue pudendorum operimentum laneum à maritis conceditur. In ipſis vero templis ſimulacra duo atrorum hircorum ſimilitudine ſculpta adorantur , idque perpetuo cultu. Ante hæc certarum miri odoris arborum ligna cremantur: ex quibus dum cortices detrahuntur, tam acri odore adeps defluit, vt olentium nares cerebrumque teterrimè afficiat, illita vero defunctis aut inſtillata (quemadmodum cupreſſo promanans reſina) perpetuo ab vermiculo-

rum

rum injuria, carieque vniverſa mortuorum cadavera vindicet. Apud Caraceos in ſupremis por-
tarum petiſtylijs humana ſimulacra conſpecta ſunt ſtriata Diaconi ſtola induta. *Paſaones* inter-
fectorum puerorum virorumque corpora ad ſaxeos ſtylos mirificè adverſus putredinem præ-
munita conſervant, & capita truncatorum in pugni magnitudinem quadam materia mirabi-
liter extenuata, ad poſtes clavis affixa tanto artificio oſtentant, vt poſt multa etiam annorum
ſpatia non ingratum odorem ſpirent. In vulgaribus vbique templis magnorum ſerpentum
figuræ odorantur: ſuper hæc ſinguli privatis in ædibus veteri Aegyptiorum ſuperſtitione, prout
cuique ſua ars atque opificium eſt, peculiares Deos ceu penates ac lares colunt. Omnis ſcientiæ
prorſus expertes ſunt, litterarum omnium ac picturarum exſortes, quæ apud Mexicanos lite-
rarum loco habentur, Laneis enim funibus vtuntur (*quippos* appellant) quibus implicitis di-
verſarum figurarum nodis numerum ſupputant ab monade ad denarium atque inde al-
tius numerando gradatim aſcendentes: nodis colores imprimunt rebus illis ſimiles quas indi-
care volunt. Singulos provincia quælibet conſtitutos notarios habet, qui per hos colores rerum
vel ante multos annos geſtarum memoriam, ceu litterarum monumentis hauſtam plebi inſinu-
ant, & ſi quid in provincia poſteritate dignum geratur, fideli per eorum nodorum colores cu-
ſtodiæ demandant: Communium legum ſeptis coercentur omnes, & in ſumma rerum publica-
rum moderatione egregius iuriſdictionis eſt ordo, iuſtiſsimoque, ſupplicio in ſontes animad-
vertitur. Arma illis ſunt, enſis, haſtile præpilatum, clavus ferreus, ſecuris argentea vel aurea, fun-
dæ, & alia telorum genera: excurrere, ſervare ordines, ferre opem expedite norunt, nec virtute
petitam mortem extimeſcunt, modo vel ſuis egregiam memoriam relinquere, vel accipiendi ab
ducibus muneris locum facere poſsint. Continet porrò Peruvia provincia intra ſuos limites

 pluri-

plurimas vrbes ac civitates quarum ptæſtantiſsimæ ac celeberrimæ ſunt: *Portus vetus*, *Michaelia*, *TrugiZum*, *Regeum ſeu Lima*, *Arequipa*, *Quito*, *Cuſco*, *Argyropolis*, & *Potoſium*. quarum quinque priores ab Hiſpanis primum ſitus cõmoditate. & mercaturæ opportunitate allectis occupatæ ſunt. & ædificijs more Europæo exornatæ. PORTVS VETVS vulgo *Portoucio* prima eſt vrbs ab Hiſpanis occupata, quæ Æquatori proxima eſt, iuxta maius littus, & optimo portu gaudet, ſed aëre inſalubri, ob idque infrequenter habitatur. Ad hanc autem navigia appellunt quæ vel in Peruviam regionem tendunt. vel ab ea Panamaidem redeunt. Vicinus ager Smaragdos in rupium lateribus ſuppeditat, quos perpolitos magno cum lucro varias in vrbes Hiſpani ſubmittunt. Apud hanc vrbem effoſſa ſunt ab Hiſpanis gigantum oſſa ac dentes, qui tres latitudine & quatuor longitudine digitos exequarunt : quod quidem hominum genus indigenæ affirmant quatuor virorum longitudinẽ ſuperaſſe. MICHAELIA, ſeu divi Michaelis vrbs *Piura* à Barbaris vocatur, eſtque ſecunda ab Hiſpanis occupata, jacetque propter fluvium *Ciram*, optimũ portum habens: fertili etiam gaudet agro, ſed auri argentique fodinis experte, & peculiari Ophthalmiæ morbo infami, qui teſte Læuinio tranſeuntium oculos magno dolore impedit atque excruciat. *Trugillum* tertia Hiſpaniarum vrbs, agrum fertiliſsimum habet, frumenti præſertim illius quod incolis *mayz* vocatur: ſed navigijs parum frequentatur, ob portuum incommoditatẽ *Lima* ſeu *Regium*, totius maritimi tractus excultiſsima metropolis, in amœniſsima valle ad ripam amnis jacet tutiſsimo in portu, ad duo paſſuum millia ab littore ſemota. Mira aëris temperie gaudet, agro rerum omnium fertili, præſertim fabis, piſis, & omni leguminum noſtratium genere: atque etiam ficuum, malorum citriorum, aurantiorum, limonum, & cæterorum fructuum copia. Eſt præterea populo frequentiſsima : quingentis namque ædificijs & pluribus excolitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

litur,ambitum cōprehendens valde ſpatioſum,in quo ſunt latæ viæ,amplum forum,& cultiſsimi atque amœniſsimi horti. Condita fuit hæc vrbs à Franciſco Pizarro anno 1535. & in eā reſidet nunc vniveſæ huius provinciæ audientia, Cācellaria, Prorex, & Archiepiſcopus, cui ſubſunt Epiſcoparus hi, *Quito, Cuſco, Guamantiaci, Arequipa, Pars, Plata, Trigilli, Guanugio, Cacapoia, Portus vetus, Guaiachil, Popoiani, Carchi, S. Michaelis, S. Franciſci*. AREQVIPA, quinta Hiſpanorū maritima colonia, 12. à mari miliar. Italicis diſtans, fœcundo ac ſalubri in agrc condita, trecentis amplius ædificiis nitet, & frequenter quidē habitatur, ob portus ſui commoditatē, continuoque magis atque magis incolis ac opibus augetur. ſed tamen admodū divexata fuit ab ingenti terræ motu anni 1582. quo omnes ferè eius domus proſtratæ ſunt, interemtis etiam 22. viris. Mediterraneæ ac montanæ vrbes præſtantes ſunt, in quibus Hiſpani colonias habent. QVITO vrbs, opulenta eſt, incolarū numero opibuſque metropolitanæ vrbi fere par. Æquatoris lineæ ferè ſubiacet: nec tamen fervido, ſed frigido potius cœlo fruitur, Eius ager ſemper virens aſt, & omni frugum beatitudine floret, vbi Europæi fructus mirificè aluntur, atque etiam domeſtica animalia. Scatet inſuper auri metallis, & Mercurio vivo crocei coloris. CVSCO montanarum vrbium regina, multitudine incolarum *Regio* non cedit, fodinarum opulentia longè ſuperior eſt. Hæc ante Hiſpanorum adventum provinciæ Reges læta ſede fovebat, magno procerum & gregariorum commercio jura hinc petentium celebrata: inter Peruvinas ſola eſt, quæ faciem vrbis præferat: munitiſsimam enim quadratorū maximæ magnitudinis ſaxorum molē habet, quorum permagnā copiam vicini montes immenſiſsimis lapicidinis petētibus excidentibuſque ſufficiunt: indigenæ ſaxa eruta, & infinito labore, quum ijs oneribus trahendis vehendiſq. equi

ac bo-

KB Den Haag



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

ac boves deeſſent, vnum in locum cõportata firmiſsimo egregiæ ſtructuræ operi adhibuerunt.
Ædes quas incolæ quondam poſſedere, eaſdẽ politiore paulò ornatu inſtauratas Hiſpani tenent:
vniverſa civitas magno hominum confluxu indies augetur, Regum inſtituto quatuor in partes,
veluti in tribus diſpertita eſt, & in harum vnam ſevero edicto impulſi, quicunque civitate donari
aut vrbem incolere vellent, recipere ſeſe debebant. Ager non frugum, aurearumque fodinarum
quarum ingẽs numerus circa ſcatet, felicitate modo gratus eſt: ſed mitiſsimi aëris, auræque pla-
cidiſsimæ tanta gratia commendatur, vt vegetè ſaneque ingreſſus priſtinam valetudinem non
facilè immutet. Agro *Cuſconio* diſiunctus magno ſatis ſpatio iacet ad Orientem lacus *Titicaca*,
quẽ rapidiſsimus amnis in Occidentẽ decurrens, aquarum in magnũ ſe ſpatium effundentium
efficit, ac deinde veluti intolerabili onere ſolutus in alvei ſui anguſtias redit. ſed iſthuc receptus,
iterumque velut ante illabentium amnium mole increſcẽs in alterum rurſus, ſed minoris quan-
titatis lacum prorumpit, laxatiſque tantæ molis incubitu vinculis liberius excurrens, obſcuro
exitu evaneſcit, in occultos naturæ ſpecus ſubſidens, & ſubterraneo alvei abſorpti cuniculo in
pelago tranſmiſſus; quemadmodũ Alpheum ex Peloponneſo in Siciliam perlapſum olim ferunt.

DESCRIPTIO ARGENTI FODINARVM POTOSI.

AVRI optimi bonitas Hiſpanorum & Gallorum legibus definitur ceratiorum XXIII.
& dodrantis ceratij, ita vt ſi maſſa fuerit C XCII. partium, tres partes auri deſint.
Argẽti enim ad aurum ratio toto pene terrarum orbe eſt duodecupla, Aurum omninò
tribus modis iuvenitur: Fluminũ ramentis, puteorum ſcrobibus aut ruina montium, & cuni-

culi

culis per longa ſpatia terrarum actis: Quod tamen in amnibus invenitur longè eſt abſolutiſſimum, ac curſu ipſo attrituque perpolitum: tale eſt in Hiſpaniæ Tago, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. Quod è terra eruitur multa adhuc cura indiget. Qui illud quærunt, ſegullum tollunt, arenam lavant, atque ex eo quod ſubſedit coniecturam faciunt: ita invenitur ſæpè in ſumma tellure, rara felicitate. Quod ex puteis effoditur, canalitium alij vocant, alij canalienſe. Quod è cuniculis educitur, arrugiam appellant. Primus hanc artem factitaſſe fertur Tubalcain, vt in ſacris clarè proditum eſt Geneſ. cap. IV.

Auri Hungarici alibi mentionem fecimus. Dalmaticum prædicat Statius,

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatæ montes: vbi Dite viſo
Pallidus foßor redit, erutoque eſt
Concolor auro.

Similis penè argenti natura. Terra eſt ruffa, alia cinericia: in vtraque argentum invenitur puteis effoſsis. Excoqui non poteſt niſi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi, galenam vocant, quæ iuxta argenti venas plerumque reperitur. Eodem tunc opere ignium deſcendit pars in plumbum, argentum autem ſuperne innatat, vt oleum aquis. Vbicunque vna inveta eſt: non procul invenitur altera. Argenti Vena quæ in ſummo reperitur, crudaria appellatur. Finis antiquis fodiendi ſolebat eſſe, alumen inventum; vltra nihil quærebatur: ſed deprehenſum, etiam ſub alumine æris venas interdum eſſe albas. Odor ex argenti & auri fodinis noxius admodum eſt.

Lucre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Lucretius.

Nonne vides etiam terra quoque ſulphur in ipſa
Gignier, & tetro concreſcere odore bitumen?
Denique vbi argenti venas aurique ſequuntur
Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro
Qualis exſpiret ſcaptenſula ſubter odores?
Quidve mali ſit? vt exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddant facies, qualiſque colores?
Nonne vides, audiſve perire in tempore parvo
Quam ſoleant? & quam vitai copia deſiat
Quos opere in tali cohibet vis magna? neceſſe eſt
Hos igitur tellus omneis exæſtuet æſtus.

Neque tamen prohibuit aëris corruptiſsimi violentia Hiſpanos, ne in alio orbe novum mo-
riendi locum quærerent: Inventus eſt præcipuè in provincia CIARGA Regni PERV. Primum
Porco & *Carabaya*: poſtea verò ad *Potoſi*, decimo octavo miliari à *Villa de plata* quã lij Argenteam
vocant, alij Græco nomine Argyropolin. Eſt autem oppidulum iſtud haud ita magnum. Argen-
tifodinæ uberes admodũ: nam quintale vnum marcas reddit argenti puriſsimi octoginta, quod
alijs locis inauditũ eſt. Inventio huius fodinæ Indis debetur, qui forte per loca iſta iter facientes
metallum deprehenderunt. Quod vbi Argyropoli innotuit, confeſtim montem placuit inter ci-
ves diſtribui, qui Indorum opera tantam argenti vim extraxerunt, vt ea Europæ vniverſæ ſuf-
ficiat.

KB
Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

215



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

CHILI. regnum vltra Tropicum Capicorni ſitum eſt, inter Peruviam & Patagonum regionem, quarum hæc Meridiem, illa Boream ſpectat: ad Occaſum habet mare pacificum, longo tractu. Nomen ei à frigore, quod interdum hic locis tam eſt vehemens, vt equos cum ſeſſoribus penitus conſtringat, & marmoris inſtar induret. Pluvias, fulmina, & totius anni mutationem ſentit diſtinctis intervallis, haud aliter atque Enropa: niſi quod illic æſtas eſt quum nobis eſt hiems, mutatis rerum vicibus. Polus Antarcticus obſervatur ex nubecnlæ cuiuſdam albæ circumactione, cuius periferias centrum polum conſtitnit. Regio omnis partim maritima eſt, partim montana; quæ pars mari vicinior eſt, ea magis calet. Magna hic pecudum & ſtruthionum frequentia. Fructus qui ex Hiſpania allati hic feruntur, facile creſcunt. Fluvij plerique ob indomitum frigus noctu concreſcunt, interdiu verò decurrunt ſoluto gelu. Incolis vaſta & firma corporis moles, membra compacta, animus bello adſuetus: arma habet, arcum & ſagittas: veſtem, pelles ferarum & luporum marinorum. Metropolis eſt civitas *S. Iacobi*, colonia Hiſpanotum, quam illi noſtra memoria duxerunt. Orientem verſus terminat hanc regionem Braſilia quam nos copioſè deſcribemus: eius fluvius qui Indorum lingua *Vrnai*, Hiſpano verò Idioma dicitur *Rio de la Plata*, clarius hac tabula diſertiuſque exprimitur. PATAGONVM regio Auſtrum verſus protenditur vſque ad fretum Magellanicum. In CHICA regione ad littora S. Iuliani apparuere Magellano proceræ atque invſitatæ magnitudinis homines: ſingulis longitudo erat denum pedum. Hi ſine vlla nauſea ſeſquicubitales ſagittas per guttur ad ſtomachi vſque fundum egere, vt hoc argumento oſtenderent quam eſſent robuſti. Anno M. D. LXXXVIII. Hiſpani ad freti Magellanici defenſionem vrbem condidere

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

216



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

didere quæ Philippopolis dicta fuit: Eam poſteà Angli ingreſsi, offenderunt colonos omnes fame enecatos; fuerant autem quingenti: Itaque à re *portum famis* dixere.

DESCRIPTIO BRASILIÆ.

BRASILIA inter duos fluvios ſita eſt, *Maragnon & della Plata*. Eius deſcriptio prout à Ioanne Petro Maffeio edita eſt, ſic ſe haber. BRASILIAM paullò poſt Capralis acceſſum Veſputius Emanuelis Portugalliæ regis auſpicijs accuratius exploravit. Hæc à duobus ab Æquatore gradibus partibuſve, ad gradus quinque & quadraginta in Auſtrum excurrens, trigoni oblongam ſpeciem refert, cuius baſis in Æquatorem & Septentriones obverſa, ab Oriente in Occidentem rectà protenditur. Angulus extremus ignotas ad Meridiem regiones attingit. Latus in Orientem ſpectans, interpoſito Oceano Heſperiæ Æthiopibus objacet. alterum latus à provincia Peruana diſterminant iuga montium adeo celſa, vt ipſos avium volatus fatigare dicatur, vno duntaxat, quod adhuc exploratum ſit, eoque difficilimo tranſitu. Regio tota imprimis amœna eſt, Cœli admodum iucunda ſalubriſque temperies: Lenium quippe à pelago ventorum commodiſsimi flatus matutinos vapores ac nebulas tempeſtivè diſijciunt, ſoleſque puriſsimos ac nitidiſsimos reddunt. Scatet ea tota ferme plaga fontibus ac ſylvis & amnibus inclytis: è quibus (vt reliquos taceam) is quem *Argenteum* vocant, leucarum quadraginta oſtio in Oceanum fertur, adeò violentus, vt inde nautæ dulces hauriant latices, priusquam tellurem ex alto conſpiciant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Terra partim in planitiem ſoluta,partim in colles clementer aſſurgens,fælix præpinguibus glebis& riguo ſolo ſemperque vernante,credita ſemina multiplici reddit fœnore:ſacchari præſertim eſt ferax, quod cœleſte donum Attico melli multis partibus præferendum,proceris arundinibus condidit natura : è quibus aquæ dulciſsimus humor expreſſus,in ahenis excoquitur, tum formis in panes cogitur ad metæ figuram:dein rurſus, vbi libuerit,eliquatus , artifici manu pigmentis ad inſtar ceræ varias in effigies indiſcreta pené ſimilitudine trahitur. Cujus generis officinæ,hodie, qua præſertim incolunt Luſitani,paſsim exſtructæ viſuntur:atque ex eamerce negotiatores vel maximum capiunt emolumentum:ſiquidem navibus quotannis in Europā evecta, maximo compendio longè lateque divenditur: Certis etiam è plantis,quas vulgò *Copaibas* vocant; inciſo per æſtatem cortice, in modum balſami liquor ſuaviſsimi odoris emanat: cuius cum ad alios mortalium vſus,tum ad curanda vulnera & cicatrices tollendas ,mirificam vim eſſe perhibent. Eæ plantæ cernuntur affrictu animalium attritæ,quæ à ſerpentibus venenatis,aut à feris icta, ad remedium illud ipſo naturæ inſtinctu ſe conferunt. At *Zabucales* quæ dicuntur,admodum excelſæ,magnos ferunt ſumma duritie calices,ore in terram obverſo :& quidem admirabili naturæ ſolertia pyxidatim operto, ijs calicibus nuces caſtaneæ ſaporis egregij continentur,quæ vbi maturuerint,excuſſo confeſtim operculo,paulatim ipſæ per ſe in alimentum incolarum è calice decidunt. Sylveſtria etiam ſunt *Caiuſia pira*,ſucci plena,& innoxia:itaque medijs caloribus avidè manducantur. Cæterum in imo Pyro faba quædam extuberat cortice amariſsimo,prædulci medulla ſi torreatur. Pyro refrigerandi eſt vis,faba calefacit. Verum ex omni genere palma tribuitur ijs,quos vulgus *Ananazes* appellat. Planta eſt humilis,cuius è ramis veluti pinea nucamenta dependent præmollia: hæc ſuo tempore in fruſta diſſecta , gratiſſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

mo ſimul odore ac ſapore non recenti duntaxat edulio ſunt, verum etiam in longum tempus adſervantur è ſaccharo: Iam verò elati in eas regiones ex noſtro orbe *melopepones*, cucumeres, malogranata, ficus, viteſque biferæ ac triferæ, nec non multiformia mala medica ſuppetunt. Adhæc eſt videre complures alias pomiferas arbores, quas percenſere nimis longum ſit, piſceſque & aves coloris eximij, & quadrupedia plurima ſed ferme ſylveſtria, partim nota nobis, partim ignota. in quibus vtique apparet, quam miris modis ac varijs divina ſapientia ludat in Orbe terrarum. Ex eo numero, vt pauca perſtringam, apri ſunt amphibij carnibus optimis ac ſaluberrimis: ij quod priores pedes perbreves habent, poſteriores autem prælongos, tradiore ſunt curſu: itaque depræhenſi à venatioribus, quâ proximum eſt ſeſe aquis immergunt. *Antæ* ſunt etiam gentis vocabulo ad mulæ ſimilitudinem, ſed minores, & bucca tenuiore, inferiore autem labro tubæ inſtar oblongo, rotundis auribus, brevi cauda, reliquo corpore cinereo: eædem lucifugæ ſunt, non niſi noctu ad pabulum prodeunt, vbi diluxit, in ſua ſeſe condunt latibula. huius belluæ carnes guſtatu planè bubulas referunt. *Cotias* verò nominant, magnitudine & forma & ſapore leporum: rufo colore, parvis auribus, cauda ferè nulla. Maiores ſunt einſdem ferè ſpeciei, quas *Pacas* vocant, roſtro & facie felis, fuſco colore, candidis maculis interſtincto: neque carne tantùm, ſed & corio ipſo prætenero, atque ob id ipſum in delicatiores epulas expetito. Cæterum inſolito ſpectaculo *Tatuſiæ* ſunt, ad porcelli magnitudinem, corio ſquamatim loricato, adeò vt equi cataphracti ſpeciem reddant: ex eo caput duntaxat, more teſtudinum, exerunt, pedibus contractis ſpecubus ferme vti cuniculi ſeſe continent: hæ quoque carnes palato gratiſsimæ. Magna prætetea vis trigidum eſt, quæ famelicæ horribili velocitate ſunt, viribuſque tremendis: eædem paſtæ (quod mirere) tanta ignavia dicuntur eſſe, vt à gregarijs etiam cani-

bus confeſtim in fugam agantur: adeo cibi potuſque ſatietas non homines tantùm ſed etiam feras enervat. Illud verò mirum in *Cerigonibus*, (id animanti nomen, buxeo colore, vulpeculæ magnitudine.) ex eius alvo duæ dependent veluti manticæ: in ijs catulos circumferunt, & quidem adeo pertinaciter ſuo quenque vberi affixos, vt à perpetuo ſuctu non avellantur, antequam ad paſtum ipſi per ſe progredi valeant. Valde etiam inuſitata & effigie & natura eſt animal, quod ab re ipſa Luſitani *Pigritiam* appellant, Cerigonum fere magnitudine, ſed roſtro fœdiore ad aſpectum & vnguibus ad digitorum ſimilitudinem prominentibus. Huic ex occipitio coma cervicem velat, lentoque ipſa ventris adipe verrit humum, neque vnquam in pedes exſurgit: denique tam tarde movetur, vt quindecim totis diebus ad lapidis iactum continuo tractu vix procedat, victitat arborum folijs, & in earum cacuminibus degit plerumque: quarum in aſcenſu biduum circiter, tantundem in deſcenſu ponit: neque verò adhortationibus tantùm aut minis: ſed ne plagis quidem fuſtibuſve beſtiam vel tantillum de inſita ignavia ac tarditate dimoveas. Mirandum eſt etiam genus quas *Tamendeas* vocant, vervecis ſimilitudine, colore fuſco, prælongo ac tenui rictu, neque eo ad malas diducto, ſed modicè ad imum inciſo: Vnguibus inſtructa eſt quadrupes mirè longis latiſque, nimirum ad victum faciliùs comparandum, formicis enim alitur, quarum latebras vbi crebro vnguium injectu ac foſsione detexerit, illico exertam trium fermē dodrantium linguam immittit exilem, opertamque fotmicis repente contrahit, deglutitque deceptas. Huic vti ſciuro valde promiſſa & ſetoſa cauda pro tegumento eſt: ſub ea quippe ita ſe condit, vt nihil ex reliquo corpore prorſus appareat. Neque hæc tantùm & alia indidem ſylveſtria, vt dixi, verùm etiam nuper à Luſitanis invecta pecorum & equorum armenta planè admirabili proventu fœtificant: quo magis mirum,

vber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

vberrimo agro, mitiſsimo cælo, tam fera & acerba eſſe incolarum ingenia. Nullos omnino colunt Deos, ominibus tantum & augurijs ad inſaniam dediti, ariolis impoſtoribusque miſerandum in modum quæſtui ſunt. Nudi æquè viri ac fœminæ prorſus incedunt, robuſti, fluxo à vertice duntaxat capillo: nam cæteras corporis partes identidem depilant: ſimis vti Sinarum populi naribus: cutem omnem atro inſuper ſucco pomi *Genipapi* turpiter inficiunt. Præterea inſertos habent iam inde à prima ætate deliciarum cauſa quidam inferiore duntaxat labro, quidam etiam facie tota prælongos nullius pretii lapillos, tetro ſanè ſpectaculo. Gregatim peregrinantur ordine ſimplici, ſilentio miro, virum vxor anteit. Carorum adventum circumdatis collo brachijs, appreſſo ad pectus capite, cum effuſa comploratiòne altiſque ſuſpirijs primum excipiunt, viæ laborem & incommoda miſerantes: momento dein ſiccant oculos, habentque lacrymas in poteſtate. Gravidis haud ita multus in partu dolor; à puerperio fœta confeſtim exſurgit, ac domeſtica obit impigre miniſteria. Eius loco (quod vix credat quiſquam) in aliquot dies velut æger decumbit maritus: hic officij cauſa ab amicis & propinquis inviſitur: huic ſorbiunculæ dantur ad refovendas vires: huic de gentis more bellaria & delicata munuſcula offeruntur. Numerandi rationem ac litteras ignorant omnes: tantùm tenui quadam traditione, nonnulla de Noë, deque diluvio à patribus accepiſſe dicuntur: vt valdè probabile ſit, poſt diſsipatos quondam divino juſſu mortales, nullum huic genti cum noſtri orbis hominibus fuiſſe commercium. Vino & frumento in hæc uſque tempora caruere, ſativa radice victitantes in farinam redacta quam *Mandiocam* appellant. Sub eodem tecto, ad inverſæ modum carinæ prælongo multæ ſimul familiæ degunt: noctu ad noxia vitanda animalia cubant in retibus ſupra terram ſuſpenſus: vivunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

in diem, & quicquid habent in commune facilimè conferunt, nihil in poſterum ſoliciti. Natandi arte ad miraculum vſque præcellunt. ſub aquis totas interdũ horas, vbi quippiam in imo quærendum eſt; patentibus oculis vrinantur, laboris item & inediæ tolerantiſsimi ſunt. triduum integrum, vbi penuria ciborum ingruerit, jejuni traducunt: idem ſi copia ſuppeditat, à primis tenebris ad lucem vſque in convivijs & compotatione perſiſtunt. Recte aut perperam factis, nihil poſt mortem præmij aut ſupplicij ſupereſſe arbitrantur. Qui diem ſuum obiêre, eos perinde ac deceſſerint, vel intero corpore, vel mancos, vel debiles vulneribuſque confoſſos, deſcendere ad orcum putant; ergo incremata condunt humo cadavera, addito reti cubandi cauſa, nec non cibariis aliquod dierum appoſitis : quod perſuaſum habeant, & ſomnum interim capere, & cibo frui manes mortuorum. Captos in prælio hoſtes (crebra autem inter eos bella excitantur, ac ſagittis præſertim vtuntur) egregia multorum dierum cura ſaginatos, ingenti cum tripudio mactant, vorantque toſta verubus membra. eæ potiſſimæ Braſilijs epulæ ſunt : neque ſi cui hoc lethi genere perire contigerit, malè ſecum actum exiſtimat : quinimo ad mortem pergit alacriter ac ſecurus, editiſque contra ipſoſmet percurſores facinoribus, magnifice in ipſo necis articulo gloriatur. Sparſis domicilijs habitant, nullo magiſtratu legibuſve conſtricti. Lingua difficilis cognitu, & vna ferme eſt omnium quotquot adhuc probe noti ſunt, exceptis certarum rerum vocabulis, quæ aliter viris aliter a feminis vſurpantur. Trium ex alphabeto elementorum F. L. R. nullus apud eam gentem eſt vſus: minime abſurda quorundam animadverſione, factũ id eſſe, eò quod Fide, Lege, Rege, ſicuti dictum eſt, careant: beneficiorum acceptorum immemores : æque iræ ac libidinis impotentes : ad pugnas & certamina temerarij præcipiteſque: vltionis & humani ſanguinis avidiſſimi: ad ſummã, belluis, quã hominbus propiores ſunt quot-

quot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

quot mores patrios retinent,ac mediterranea incolunt loca. nam poſt illatam religionem & liberalium artium diſciplinas,in vicos & oppida tributi;præſertim qui mare accolunt,ad humanitatem ac pietatem magnis laboribus excoluntur. Atque hæc Maffæius. Cæterum in hanc regionem Portugallenſes omnes ferè attulerunt fruges ac fructus Europæos: & nunc ex ea maximam ligni rubri copiam ad tingendos pannos expetiti extrahunt, quod Braſilium vocant, deinde etiam goſsypij & ſacchari ingentẽ vim. Multæ verò ſunt iſthic Portugallẽſium coloniæ, in quibus complura ſunt ab ipſis ad ſaccharum exequendum conſtructa ædificia, mempe *Peinambicum, Caput S. Auguſtini, Portus omnium ſanctorum*, vbi Epiſcopi & Præſidis totius Provinciæ ſedes. Poſtremò ſunt & aliæ quamplurimæ regiones in hac Meridionali peninſula, nimirum POPAIAM,in qua ſunt vrbes,*Popaiam* metropolis,*Paſtoco, Calli, Cartago, Antiochia*,& aliæ. NOVA GRANATA, in qua eſt *Tunia* regiuncula ſmaragdorũ, & *S. Fides*, vbi reſidet Archiepiſcopus,& Præſes novæ Granatæ. CARIBANA, in qua ſunt *Daricz, Vraba, Cenu, Cacibana, Cartagena, Veneriola, Manacapina, Cumana*. PARIA, quæ fuit prima regio huius continentis à Columbo detecta, CINNAMOMIFERA regio ab Ortu Peruviæ adjacens, profert cinnamomum à vulgato differens. TVRCOMANORVM regio, in qua ſunt Hiſpanorum coloniæ,*Salta, Stero, S. Michaelis, Corduba, S. Iacobi*. PATAGONVM ſive Gigantum regio, & aliæ nonnullæ, quarum quædam fœcundæ ſunt,quædam ſteriles rerumque omnium inopes. Incolæ plerique barbari,inhoſpitales, anthropophagi.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GEOGRAPHIÆ PTOLEMAICÆ CVM NOSTRA COMPARTIO.

SVpereſt, vt priuſquam extremã manum imponamus huic operi,inuenta noſtri ſæculi cum Ptolemaicis conferamus, vt ita appareat quanto noſtra iſta ampliora & exactiora ſint,Primũ ergo Ptolemæus non orbẽ terrarum vniverſum deſcripſit,ſed partem eius ſæculo ſuo notã: eoque non Geographiam integram dedit, ſed mutilatam. Neque verò id vitio ipſi verti debet. Fecit enim quod quivit, & quò vlterius eo tempore non potuit contendere propter obſervationum raritatem atque incertitudinem, ſicũt ex prolixis ipſius diſputationibus cum Marino Tyrio,quas libro primo complexus eſt,videre licet. Qui noſtra iſta cum ipſius obſervationibus contulerit,facilè videbit,& quid ipſi defuerit,& quam in multis certior ſit noſtrorum temporũ notitia. Illi terminus Occidentalis eſt meridianus qui per inſulas Fortunatas ducitur,vltra quẽ terminum nihil ille terrarum novit. At nobis meridianus iſte mediam ſphærã ſecat,tantumque nos terrarum ac marium Occidentẽ verſus in deſcriptione ponimus, quantum ab eodem meridiano Orientem verſus a Ptolemæo poſitum eſt. Dimidiatam ergo ille terreſtris globi partem ignoravit,& de gradibus CCC LX. longitudinis non novit niſi gradus C LXXX : vt ſi quis globum noſtrum in duodecim rhombos ſphæricos æquales ſecuerit,deprehẽſurus ſit,non nota fuiſſe Ptolemæo niſi ſex dedecatemoria : aut ſi quis duo planiſphæria ab inſulis Fortunatis ducat, alterum deprehenſurus ſit Ptolemæo planè fuiſſe incognitum.Neſcivit ergo ille AMERICAM vtramque Septentrionalem inquam & Auſtralem : in quibus *Eſtotilant*, *Terra laboratoris*, *Terra de Bacaleo*, *Nova Francia*, *Norumbega*, *Florida*,*Nova Hiſpania*. Itemque *Braſilia*,*Tiſnada*, *Carimbana*, *Pugnana*, *Peruvia*, regiones ampliſsimæ: vt intereà inſulas vtriuſque Oceani non referam, *Terceram*, *Cubam*, *Iucatanam*,aliaſque. Atque hoc quidem longitudinis eſt diſcrimen. Neque verò minor latitudinis differentia eſt. Ille ab Æquatore ad arctũ non colligit niſi gradus quatuor & LV:

nos

non totos nonaginta : quo fit, vt ſupra Thylun , quæ nobis Schetlandia eſt, ille nullas terras ſciat, nos permultas. Idem ab Æquatore verſus polum antracticũ non progreditur niſi ad gradũ trigeſimum: nos ad nonageſimum. Itaque ille periplum Africæ & promontorium quod nos Bonæ ſpei vocamus, neſcivit: nos & iſta deſcribimus, & alia quæ curioſa navigantium nobis ſuppeditavit induſtria. Ptolemæus ergo treis orbis partes cognovit duntaxat, Europam, Aſiam, Africam, & has ſingulas imperfectè: nos & iſtas integras damus, & præter iſtas Americam, ipſi incognitam, & regiones ſubpolares. Ille Europam decem tabulis deſcripſit; Africam quatuor: Aſiam duodecim, deditque in vniverſum tabulas XXIII: nos quam multas damus? Sed vt exactius adhuc Lectori conſtet quid à nobis hic ſit præſtitum, componemus παραλλήλως noſtra iſta cum illius laboribus.

KB Den Haag

COMPA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

217



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

DESCRIPTIO ORBIS NOSTRÆ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

COMPARATIO OPERIS PRAESENTIS CVM PTOLEMAICO.

D. P. BERTII LIB. I.	CL. PTOLEMÆI LIB. I.
De Geographia. p. 3. *De Mundo.* p. 9. *Terra.* p. 10. *Mari.* 14. *Ventis.* 17. *De orbibus cæleſtibus.* 28. *De globo terræ.* 36. *Eius menſura.* 39. *Ambitu.* 40. *Parallelis.* 44. *Orbis terrarum & cœli cœptus.* 45.	Quid differat Geographia à Chorographia. Cap. 1. Suppoſitiones ad Geographiam. c. 2. 3. 5. 4. De Marini Tyrij deſcriptionib. cap. 6. 7. &c. De recta deſcriptione. cap. 19. &c.
P. BERTII LIB. II. *Deſcriptio Hyperboreorũ.* pag. 53. *Deſcriptio Spitſbergiæ.* 61. *Groenlandia.* 65. *Iſlandia.* 9. *Nova Zembla.* 73. *Fretum Vaigatz.* 77.	Hæc Ptolemæo incognita.
P. BERTII LIB. III. *Terræ Subauſtralos.* 83. *Nova Guinea & inſulæ Salomonis.* 89. *Fretum Magellanicũ.* 91.	Etiam iſta.
P. BERTII LIB. IV. *Europæ Vniverſalis deſcriptio.* 95. *Inſulæ Britannicæ.* 98. *Hibernia.* 101.	**CL. PTOLEMÆI LIB. II.** Præfatio. cap. 1. TABVLA I. EVROPÆ. Hiberniæ inſulæ Britannicæ deſcript. 112.

Vltia

KB Den Haag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Vltonia.	105.	
Connacia.	107.	
Media.	109.	
Momonia.	111.	
Lagenia.	112.	
Vdrone.	115.	
Magna Britannia.	117.	Albionis inſulæ Britannicæ deſcriptio. cap. III.
Scotia.	121	
Septentrionalis.	125.	
Auſtralis.	128.	
Anglia.	132.	
Northumbria.	138.	
Weſtmorlandia.	140.	
Cambria.	142.	
Cornubia.	144.	
Tractus Eboracenſis.	147.	
Warnicenſis.	149.	
Inſulæ.	151.	

HISPANIÆ *deſcriptio.*	153.	TABVLA II. EVROPÆ. Hiſpania. Luſitania cap. V.
Portugallia & Algarbia.	160.	
Galleria & Aſturia.	165.	
Legio.	167.	Hiſpania Bætica. c. IV.
Biſcaia Guipuſcoa.	169.	
Gades.	171.	
Andaluſia.	173.	
Eſtremandura.	179.	
Caſtella.	181.	
Murcia.	186.	Terraconenſis. cap. VI.
Valentia.	189.	
Arragonia.	193.	
Nauarra.	195.	
Maiorica, Minorica.	197.	Balearides quæ & Gymneſiæ. cap, VI.
GALLIÆ *deſcriptio.*	p. 201.	TABVLA. III. EVROPÆ. Celtogalatia Aquitanica. cap. VII.
AQVIT. *Bearnia & Bigornia.*	p. 207.	

Vaſco-

Vaſconia.	209.	
Pictauia.	213.	
Bituriges.	215.	
Lemouici.	219.	
NARBON. *Languedóc.*	221.	Celtogalatia Narbonenſis. cap. x.
Prouincia.	223.	
Auennion. Com.	227.	
Delphinatus.	229.	
Sabaudia.	230.	Celtogalatia Lugdunenſis. cap. VIII
LVGDVN. *Tractus Lugdunenſis.*	p. 235.	
Britan. Gal.	237.	
Normannia.	240.	
Andegauenſ. tractus.	244	
Belſia.	246.	
Francia Com.	249.	
Campania.	252.	
Burgundia Com.	254.	
Burgundia Ducat.	258.	
GAL. BELGICA.		
Calet. & Bonon.	264.	Celtogalatia Belgica. cap. IX.
Picardia.	267.	
Arteſia.	271.	
Flandria.	273.	
Brabantia.	281.	
Zelandia.	287.	
Hollandia.	293.	
Auſtralis.	309.	
Arx Britan.	315.	
Hol. Boreal.	319.	
Veromandui.	325.	
Hannonia.	326.	
Namurcenſis tract.	331.	
Leodienſis tract.	335.	
Lotharingia.	340.	
Lutzenburg.	345.	
Limburg.	349.	
Iuliacenſis duc.	351.	
Cliuia.	353.	
Geldria.	355.	
Heluetia.	359.	

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Vaſconia. 365.		*Norwegia & Suecia.* 429
Bernates. 368.		*Gotlandia inſ.* 573.
Argovia. 370.		*Gothia.* 433.
Tigurini. 373.		*Boruſsia.* 575.
Alſatia. 375.		*Pomerania.* 437.
Weſtraſia. 377.		*Marchion. Brandeb.* 441.
Trevirenſes. 378.		*Saxonia,* 433.
Colonienſes. 381.		*Sileſia.* 446.
GERMANIÆ *deſcriptio.* pag. 382.	TABVLA IV, EVROPÆ. GERMANIÆ magnæ ſitus. *cap.* XI.	*Bohemia.* 449.
*Provin*æ XVII *inferioris Germ.* 392.		*Fraconia* 453
Vltraiectum. 399.		*Palatinatus Rheni.* 457.
Tranſiſalania. 403.		*Salsburg.* 459.
Friſia Orient. 407.		*Auſtria.* 461.
Comit. Emdan. 411.		*Bavaria* 461.
Weſtphalia. 413.		*Noricum.* 467.
Haſsia. 417.		*Hungaria.* 469.
Naſſouienſ. Comit. 419		*Tranſsylvania.* 473.
Dietmarſia. 423.		*Illyricum.* 477.
Dania. 425		*Liburnia.* 481.
		Tirol. Comit. 483.

		TABVLA V. EVROPÆ.
RHÆTIA.	463.	Rhætiæ ſitus. cap. XII.
Vindelici.	463.	Vindeliciæ ſitus. c. XIII.
		Norici ſitus. cap. XIV.
Hungaria.	469.	Pannonia ſuper. c. XV.
Illyria, Liburnia, &c.	477	Illyris, Liburnia, Dal-
& pag.	481.	matia. cap. XVII.
		CL. PTOLEMÆI LIB III.
ITALIA.	485.	TABVLA VI. EVROPÆ.
Iſtria.	493.	Italia. cap. I.
Forum Iulij.	495.	
Ager Patau.	497.	
Veronenſ.	503.	
Brixienſ.	503.	
Cremenſ.	509.	
Ducat. Mediol.	511.	
Ager Cremon.	515.	
[illegible] Comenſ.	517.	
[illegible]	521.	

Hetruria.	525.	
Tractus Senenſ.	525.	
Peruſinus.	529.	
Orivetanus.	533.	
Picenum.	535.	
Latium.	537.	
Regnum Neapol.	545.	
Aprutium.	549.	
		TABVLA VII. EVROPÆ.
Corſica.	553.	Cyrnus quæ Corſica, cap. II.
Sardinia.	551.	
Ilua.	557.	Sardinia. cap. III.
Iſchia.	559.	Sicilia. cap. IV.
Sicilia.	561.	Hanc Ptolemæus Africæ
Melita.	567.	adſcribit.
		TABVLA VIII. EVROP.
Livonia.	427	Sarmatia Europæa. cap. V.
Ruſsia & Moſco. lib. VI.		
pag.	685.	
[illegible]	439.	

Oſwiec. & Zator. 447.	
Taurica cherſon. 995.	Tauria cherſoneſ. c. VI.
	TABVLA XI EVROPÆ.
Iazyges Metanaſtæ in Hungaria. 471. & 473.	Iazyges Metanaſtæ. cap. VII
Daciæ. 473.	Daciæ ſitus. cap. VIII
	Myſia ſuperior & inferior. cap. IX. & X.
Thracia. 596.	Thracia. cap. XI.
Cherſon. Thraciæ. 597.	Thraciç cherſon. XIII.
	TABVLA X. EVROPÆ.
GRÆCIA. 595.	
Macedonia. 599.	Macedonia. cap. XIII
Epirus. 599.	Epirus. cap. XIV.
Corcyra. 593.	
Cephalenia. 607.	
Zacynthus. 909.	
Achaia. 598.	Achaia. cap. XV.
Peloponneſus. 603.	Peloponneſus. ca. XVI.
Creta. 611.	Creta. cap. XVII.
Eubœa. ibid.	

P. BERTII LIB. III.	CL. PTOLEMÆI LIB. IV. in quo AFRICA.
	TABVLA I.
Africæ deſcriptio.	Mauritania Tingitana. cap. I.
Barbaria Aphricana, in qua vtraque Mauritania. 647.	Mauritania Cæſarienſis. cap. II.
Regnum Tunetan. 649	
	TABVLA II.
Numidia. 649.	Africa minor. cap. III.
	TABVLA III.
Cyrenaica. 647.	Cyrenaica. cap. IV.
Marmarica. 647.	
Aegypti deſcriptio. 623.	Marmarica & Ægyptus cap. V.
Mare Rubrum. 633.	
	TABVLA IV.
Gualata. 653.	Libya interior. cap. VI.
Guinea. 653.	

Abiſsini.	635.	Æthiopia ſub Ægypto. cap. .iiiv
Aethiopia inferior.	939.	
Mozamique regn.	643	Hæc ignota Ptolemæo.
Inſula Madagaſcar.	645.	
Conghi regnum.	655.	
Inſulæ Canariæ.	619.	
Inſulæ capitis viridis.	661.	
Inſ. S. Helena.	693.	
Inſ. S. Thoma.	667.	
P. BERTII LIB. VI.		CL. PTOLEMÆI. LIB. V. in quo ASIA. TABVLA I.
ASIÆ *deſcriptio.*	672.	
Aſia minor.	675.	
Pontus, Bithynia.	*ibid.*	Pontus & Bithyn. c. i.
Aſia propriè dicta.	*ibid.*	Aſia prop. dicta. ca. ii.
Phrygia.	676.	
Lydia.	677.	
Mæonia, Myſia.	677.	
Chius inſula.	679.	

Rhodus.	183	
Lycia.	678.	Lycia. cap. iii.
Galatia.	678.	Galacia ſive Gallogræcia. cap. iv.
Pamphylia.	478.	Pamphyl. cap. v.
Cappadocia.	678.	Cappadocia. cap. vi.
Cilicia:	679.	Cilicia. cap, viii.
		TABVLA II.
Tartaria.	695.	Sarmatia Aſiatica. caput ix.
Colchis.	768.	Colchis. cap. x.
Iberia.	768.	Iberia. cap. xi.
Albani.	768.	Albania. cap. xii.
		TABVLA III.
Armenia.	768.	Armenia maior. c. xiii.
		TABVLA IV.
		Cyprus. cap. xiv.
Syria.	707.	Syria. cap. xv.
Phœnicia.	705.	

Paleſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

COMPARATIO OPERIS PRÆSENTIS CVM PTOTEMAICO.

Paleſtina.	*701.*	Paleſtina.	cap. XVI.
Iudaa.	*702.*		
Arabia Petraa.	*707.*	Arabia Petræa.	ca. XVII
Meſopotamia.	*913.*	Meſopotamia.	c. XVIII
Arabia Deſerta.	*707.*	Arabia deſert.	ca. XIX.
Babylonia.	*714.*	Babylonia.	cap. XX.
		CL. PTOLEMÆI LIBER VI. TABVLA V.	
Aſſyria.	*711.*	Aſſyria.	cap. I.
Media.	*611.*	Media.	cap. II.
Suſiana.	*711.*	Suſiana.	cap. III.
Perſia.	*709.*	Perſis.	cap. IV.
Parthia.	*709*	Parthia.	cap. V.
Carmania.	*714.*	Carmania deſerta,	VI.
Gedroſia.	*714.*		
		TABVLA VI.	
Arabia felix:	*708.*	Arabia eudæm.	ca. VII.
		Carmania.	cap. VIII.
Ormuzij regnum.	*717.*		

		TABVLA VII.	
Hyrcania.	*714.*	Hyrcania.	cap. IX.
Margiana.	*ibid.*	Margiana.	cap. X.
Bactriana.	*714*	Bactriana.	cap. XI.
Sogdiana.	*696.*	Sogdiana.	cap. XII.
		Sacæ.	cap. XIII.
Scythia intra Imaum in Tartaria.	*693.*	Scythia intra Imaum montem.	cap. XIV.
		TABVLA VIII.	
Scythia extra Imaum in Tartaria.	*696.*	Scythia intra Imaum montem.	cap. XV.
Serica.	*693.*	Serica.	cap. YVI.
		TBVLA IX.	
Aria.	*714.*	Aria.	cap. XVII.
Paropaniſadæ.	*614.*	Paropaniſadę.	c. XVIII.
Drangiana.	*711.*	Drangiana.	cap. XIX.
		Archoſia.	cap. XX.
Gedroſiæ.	*711.*	Gedroſia.	cap. XXI.

India

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

	CL. PTOLEMÆI LIBER VII.
	TABVLA X.
India Orientalis. p.719.	India intra Gangem. cap. I.
	TABVLA XI.
Deſcripſio India Orientalis. 719.	India extra Gangem. cap. II.
Cambaia. 723.	Sinarum ſitus. cap. III
Sinæ regnum. 739.	
Malabar. 725.	
Nærſinga. 731.	
Bengala. 732.	
Aracham & Pegu. 735.	
Malacca. 737.	
Zeilan. 743.	
	TABVLA XII.
Maldiuæ inſ. 743.	
Sumatra. 745.	Taprobane inſula. cap. IV.
Borneo. 747.	
Iava. 749.	
Moluccæ inſſ. 751.	
Philippinæ inſ. 757.	
Iapanicæ inſ. 771.	
Deſcr. Imp. Turcici. 760.	

P. BERTII LIB. VII.	
Deſcriptio Americæ. 771	Hæc omnia incognita Ptolemæo.
Terra nova. 775.	
Tercera inſ. 783	
Jucatana. 787.	
Cuba. 789.	
Iamaica, 719.	
Hiſpaniola. 792.	
Nova Hiſpania. 790.	
America Auſtralis. 799.	
Peruvia, 803.	
Potoſi arg. fodina. 813.	
Chili. 817.	
Braſilia. 819.	
TABVLARVM CONTRACTARVM. FINIS.	TABVLARM PTOLEMAICARVM. FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

SVMMA PRIVILEGII.

PRIVILEGIO *Illuſtrium Ordinum Generalium cautum eſt, ne quis* Tabulas Geographicas Contractas emendatius ornatiuſque a PETRO BERTIO Philoſophiæ in Academia Lugduno-batava Profeſſore Ordinario, per IUDOCUM HONDIUM editas cum gradibus ſuis, poſitionibus, & deſcriptionibus, *intra hoc proximum ſeptennium citra autoris voluntatem vel eaipſa forma, vel majore minoreue excudat, vel alibi quacumque lingua excuſas in hiſce provincijs divendat, venumne exponat, ſub pœna in privilegij ipſius Diplomate latius expreſſa Hagæ Comitis die* IX *Martij Anno* MDCXVI.

Sign. HENR. FEITH *Vt*

C. Aerſſens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1

GESTEMPELD 24-3-2011, 218 KAARTEN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
122 N 1